BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
14 R
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
14 G
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu



BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMAN. ROMA

NEAPOLI, Apud Tarquinium Longum. MDCII.

Sumptibus Pauli Venturini, Bibliopolæ Parthenopei,



PER ILLVSTRI VIRO
DOMINO IVLIO
PALLAVICINO
IOAN. BAPTISTA PORTA NEAPOLITANVS S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NOBILISSIME Iuli, nil viros liberos liberiùs decere iudicaui, quàm qui ſe ab aliquo adamari ſine fuco cognouerint, ſeſe aliquo itidem amoris pignore redempturos tantoq; id decentius præſtari debere, quanto ingentioribus beneficijs ſe aſtrictos fatebuntur. Et præcellentius id, ſi ij viri fuerint, qui egregijs gloriæ præcellant muneribus. His igitur rationibus adductus & te amare, & colere, atque aliquo obſequij munere me redimendum conſtitui, ne indecenter mihi ingrati turpis inureretur nota. Mitto hic tuæ dignitatis fulgores, nec tuæ Pallauicinæ familiæ antiquitatem meminero, tantorum virorum meritis nobilitatam. Mittu Io: Baptiſtæ patris tui primatus, & ad varios mundi proceres legationes, Summorum Pontificum, & Cæſarum, quantoq; ſuæ patriæ præfecturis, & tuẽdæ dignitatis toto pectore incubuerit. Prætermitto etiã Grimaldæ tuæ matris familiæ nobilitatem, ab eo Anſaldo oriundæ, qui de ſua patria benemeritus, adeo Carolo Quinto Imperatori maximo carus extitit, vt eum muneribus, & titulis condecorauerit, cuius quidem nomẽ nunquam peribit: & tot Cardinales illuſtres: & ad tuos præcipuos mentis ornatus eloquia conuertam,

cui librum meum in grati animi monimentum, & amoris pignus affero. Par enim videbatur de Phyſiognomonia tractaturo, non indecenti viro dicari, ſed qui à natura, vultus, & corporis concinnitate largiſſimè fuerit cumulatus. Ex roſeo igitur tuæ carnis colore, cum tantulo fuſci commixto, eiuſdemq; mollitie, ingenium arguitur quibuſuis diſciplinis indipiſcendis aptum, vt vix primordijs indigitatis, ſub quibus prçceptoribus tyrocinium exerceas, eiſdem mox te illis præceptorem exhibeas: breui enim temporis curriculo matheſeos artes omnes tranſgreſſus, ad reliquas ſciẽtias ita ſuperuectus es, vt ij ſolus natus viderere: de quibus tam eleganter, tam promptè loquaris, vt quicquid dicas, merum ſal, meram ſapientiam. Ingenij quoque tuo incrementa perſpiciuntur ex apta ſanguinis cum melancholiæ modico temperatura: melancholia enim ſua frigiditate ſanguinis feruorum retũdit, & ſanguinis ſua claritate melancholiæ atrorem illuſtrat, exinde vultus indoles, dignitate & maieſtate renidet, vt eos qui te ſemel viderint, etſi non noſcant, ad te amandum, & colendum cogas. Ex hoc nam temperamento mentis acumen, ſpiritum ſublimitas, atque heroicarum actionum deſiderium pullulat. Oculorũ cæſius color clarus, mitium morum, comitatis, miſericordiæ & animi ab ira, ſuperbia, atque humilium contemptu ſe moti teſtis eſt. Ex eorundem viuacitate, ingenij, & ſpirituum viuacitas arguitur, prudẽtia, conſiliorum, & executionum promptitudo. Ex fronte quadrata, tranquilla, ſerenaq;, animi relucet ſerenitas, & tranquillitas, omni dolo, impoſtura vacui, nulla labe ſordeſcentis, nulliſq; opum contagijs ſolliciti. Statura iuxtæ menſuræ, greſſus longus & tarpus, negotiorum efficaciam oſtendunt, & magnificentiam, ac deniq; tot dotibus à natura dotatus, vt inuidendus potiùs, quàm imitandus videaris. Dono igitur fuere, & me, ſicut ſoles, ama. Vale.

PRAE-

PRAEFATIO AD LECTOREM.

INSIGNIVM eſt nonnullorum in Philoſophia procerum vulgata ſeutentia: Nullum eſſe homine ſocialius animal. Iure quidem, ſi eorum mores, quibus ipſe ſamiliariter vſurus fuerit, cognoſcere velit, aut dum ſenſim pertractando integros eorum mores perſcrutari contendit, eum vitam abſumere, aut pluries in vita ſalli oportere, nemo eſt, opinor, qui ambigat: cum in tam numeroſo hominum cætu quamplurimi ſint, quorum familiaritas pernicioſior, quàm multorum, etiam poteutum inimicitia ſit. Mens enim humana, vt M. Tullius ſcribit, multis ſimulationum inuolucris tegitur; & quaſi velis quibuſdam obteuditur vniuſcuiuſq; natura: frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè. Sub hominum effigie, inquit Seneca, latet ferinus animus, imo feris ſæuior, & immanior. Ob id Socrates feneſtratum hominum pectus coucupiuit, ne occultiores deliteſcerent mores: ſed eo penitus recluſo & patenti, omnibus perſpicuum fieri poſſit, quid ſibi vellet, aut meditaretur; vera ne promeret, an ſecus. Huic malo opem tulit præſtantiſſima ſcientia Phyſiognomoniæ, à ſummis vndequaq; viris ſummo ſtudio, ſummaq; inquiſitione pertractata. Hæc namq; ab extimis, quæ in hominum corporibus conſpiciuntur ſignis, ita eorum naturas, mores, & conſilia demonſtrat, vt intimos animi receſſus, ac, vt ita dicam, penitiſſima cordis loca penetrare videatur. Effecit itaq; clementiſſimi Dei benignitas, vt reconditi mores, ac arcanæ hominum affectione ſignis expreſſæ ſint, ac in propatulo conſtitutæ, quo propriæ ſaluti quilibet conſulendo, fidelibus, probiſq; moribus inſignitis adhæreret; ſceleſtos, prauoſq; declinaret. Itemq; Sapientiæ præceptor nos docuit, dicens: Cum iracundo homine non cohabites, neq; cum inuido comedas; neq; abeas in conſilium impiorum, atque vanitates, nec in cathedra peſtilentiæ ſedeas. Si vocauerint te, veni nobiſcum, cum ipſis ne proficiſcaris. Polemon inquit: Si quid eſt, quòd homines iuuare poſſit, hoc præſtat Phyſiognomonia. Nec enim depoſitum quiſquam aut theſaurum, aut vxorem cuiquam credere, neq; amicitiam cum illo iuire, aut vicinum exoprare debet, quem petulantiæ, infidelitatis, aut alterius cuiuſdam improbitatis notas præſeferre animaduerterit: nam nobis hæc ſcientia tum mores, tum vitæ propoſitum, veluti quædam augurandi ars, aut Deorum oracula, vt ociſſimum vaticinandi genus, abſque vllo experimento demonſtrat, vt proborum propoſito inhærere, ſceleſtorum improbitates, & flagitia deuitare poſſimus. Itaque omni prorſus ſtodio futuram perdiſcere fortunam quemlibet ſatis optimum iudicauit. Ex fronte, & vultu, Adamantius ait, etiam in ipſo oris ſilentio, natura loquitur. Dicebat Cleanthes Philoſophus, ſecundum Zenonem, ex ſpecie mores dignoſci poſſe. Pythagoreis morem fuiſſe, narrat Iamblicus, venientes ad ipſos diſcendi gratia, non prius admittere, quàm figuram, inceſſum, & totius corporis motum diligentiſſimè perſpexiſſent; vt planè è naturæ ſignis, num ad diſciplinas apti forent, nec ne cognoſcerent. Quoniam natura ipſa, quæ animis conformat corpora, inſtrumenta eis congrua ſubminiſtrat, imagineſq; animorum in corporibus indicat, per quas eorum ingenia deprehendi poſſint. Socrates item, qui honeſta indole præditi videbantur, ad Philoſophiæ ſtudia rapiebat, vt ex Platone habemus; & ex ſpecie & optima corporis modulatione Alcibiadem ad ſupremum Reip. gradum peruenturum prædixit, Plutarcho referente. Ipſe idem etiam refert, Spartanis morem fuiſſe nutriendi partum genitori ius non eſſe, ſed eum quendam in locum deportaſſe, vbi ſedentes, qui ex tribulibus maximi natu eſſent, ſi quidem infantem animaduerterent pulchrè efſictum, & robuſtum, educari iubebant; ſin autem ignauum ac deformem, ad locum exponendum demittebant ſecus Taygerum præcipitem, ac proruptum: perinde quaſi eius vita, qui minus pulchra ſtatim ab initio, & ad bonam corporis compoſitionem, & ad robuſticatem naturam productas non eſſet, neq; ſibi, neq; Repub. vtilis foret. Naturam animantibus corpus animi moribus, & actioni-

bus accommodatum dediſſe & ſcripſit Plato, & ab eo Ariſtoteles. Quoniam inſtrumentum omne alicuius cauſa ſit, partes autem ſingulæ corporis alicuius cauſa factæ ſunt, illudq; cuius cauſa aliquid ſit, actio quædam ſit; perſpicuum eſt totum corpus maioris alicuius actionis gratia conſtitutum fuiſſe; neque enim ſectio ſerræ, ſed ſerra ſectionis gratia inuenta eſt. Quare corpus animi cauſa conditum eſt, & partes operum, & munerum cauſa, ad quæ ſingulæ natura conditæ ſunt. Galenus item libro De partium vſu, particulas omnes corporis animæ vtiles eſſe demonſtrauit, quippe cuius inſtrumentum ſit corpus: ob eamq; cauſam multum à ſe diuerſorum animalium partes differre, quia ipſius animi maximè differunt. Quod Lactantius Firmianus Theologus & Philoſophus, libro De opificio Dei vſurpauit. Neſtor vultus ſimilitudinem Telemachi conſpicatus apud Homerum, ita de animo conijcit:

------------ ſi vera viri, puer optime, talis
Es ſoboles: ſtupor altus habet me clara tuentem
Lumina, & ora patrem referentia. quid, quod & illi
Aſſimilis fandi tibi copia? quis queat alter
Iſta loqui puer; ingenti niſi cretus Vlyſſe?

Alexander, cui cognomentum Magni inditum eſt, id præclarum edixit, quod imaginem ſuam noluit à multis artificibus vulgi contaminari; ſed, vt Horatius ait:

Edicto cauit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia, &c.

Vt ſtatuis, tabellis, & toreumati idem vigor animi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis videretur. Poterit etiam huiuſmodi ſcientia non ſolum ex aliorum, ſed etiam noſtri inſpectione maximi eſſe adiumenti, vt noſmet ipſi noſtri phyſiognomones euadamus. Nam rectè antiquitus memoratum legimus, Socratem philoſophum ſpeculo ad morum diſciplinam vſum eſſe: quod Seneca item tradit adinuentum, vt homo ſeipſum noſceret: nam ex hoc conſequimur noſtri notitiam, mox conſilium quoddam. Nam ſi quis ſemet in ſpeculo contemplabitur corporis optimam conſtitutionem conſpicatus, procuret, ne corporis dignitatem morum dehoneſtamento polluat; qui vero ex ſignis formæ animam minimè commendabilem animaduerterit, nauiter conſurgat, vt virtutis exercitio corporis mala ſigna rependat. Sunt enim eiuſmodi animi propenſiones & affectus, vt miſericordia, iracundia, & inuidia, vt qui conſtituti ſunt, quaſi mala animi valetudine, ſanabiles tamen, vt de Socrate refert Cicero in Tuſculanis, quum multa in conuentu collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturas cuiuſq; ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſcerent; ab ipſo tamen Socrate ſubleuatus eſt, qui ſibi vitia illa ineſſe, ſed ratione à ſe eiecta diceret. Similem hiſtoriam Ariſtoteles Alexandro Magno recitat de Hippocrate, cuius figuram cum eius diſcipuli depingere curarent, picta & optimè expreſſa delata fuit Philemoni, qui cum eam adſpexiſſet, & membrum membro comparaſſet, pronunciauit ipſum eſſe virum luxurioſum, coitum appetentem, & deceptorem: ob quam cauſam diſcipulis eius indignatis, & culpantibus, & flagellis ferè Philemonem tundentibus, quod de viro eximio talia iudicaſſet, ab eis tamen hoc iudicium ad Hippocratem delatum eſt, qui confeſſus eſt Philemonem verum omnino de ipſo protuliſſe: ſed amore philoſophiæ, & honeſtatis ſui cordis concupiſcentias omnes eieciſſe, & ſtudio & abſtinentia conquiſiſſe, quod prius eius naturæ negatum fuerat. Hanc ſcientiam in Pythagoricæ & Socraticæ philoſophiæ arcanis ſanctiſſimè cuſtoditam legimus; hanc Ariſtoteles Alexandro vtilem, ac neceſſariam perdiſcendam proponit, & ex vultus inſpectione ad ſui regni miniſteria ſeruos eligendos monet; hanc Auicenna Medicis vtiliſſimam monſtrat, vt ex vultu, & oculis de eius ægritudinibus poſſint iudicare. Hanc ergo ſcientiam blandè excipiamus, hilariterq; amplectamur, vt verè noſtram, & de nobiſmet ipſis tractantem, quam qui non amat quam qui non amplectitur, nec philoſophiam amat, neq; ſuæ vitæ diſcrimina curat.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA.

LIBER PRIMVS.

PERMVLTAS DIVINATIONVM SCIENTIAS VANAS, ſalſas, & pernicioſas eſſe: ſolam autem Phyſiognomoniam, vtpote naturalibus principijs innixam, præcipuam eſſe. Cap. I.

FVIT ſemper quidem ab antiquis vſque dedncta temporibus diuinationum ars præclara, magnifica, & vtilis, nec fuit vnquam gens tam barbara, & feralis, quæ futurarum rerum ſcientiam, præſentionem, & hominum ſecreta cognoſcere, quæ abditis cordium penetralibus laterent, toto animo non exarſerit, & concupierit. Natura ſiqnidem humana, vt quæ diuinitatis ſemina in ſe contineat, magnificarum, & ſublimiũ rerum ſemper eſt auida, nec tam alta quit inueſtigari, quin maiora ſemper intelligere velit, prædictionum artes exquiſiuit, cũ quibus videtur diuinam naturã mortalium ſors æmulari, ſperans ſemper fęliciorem, & meliorem fortunam quodammodo conſequuturam. Hinc tot varia, diuerſaq; diuinationum genera pullularunt, inter quas Phyſiognomonia præfulget certiſsima, vtpote naturalibus innixa fundamentis, & vtiliſsima, tùm vt aliena vitia canere, & deuitare, cùm vt ſua cognoſcere poſſit, & emendare. Sed vt eas ordine recenſeamus, paulo altius exordiemur. Duo fecit antiquitas diuinationum genera, quorum alterum artis, alterum Naturæ dixit: artis, quæ coniectura proſequuntur, natura, quæ non ratione, & coniectura, ſed concitatione quadam, aut animi motu futura prænunciant; vt per ſomnia, & per furorem. Ab his, quæ artis ſunt, incipiemus, quarum princeps Aſtrologia. Ægyptij propter regionum planitiem, cum cælum patens, & apertum intuerentur, traiectiones, motuſque ſtellarum obſeruarũt, ex diuturna obſeruatione ſcientiam putantur effeciſſe, vt quod cuique euenturum fuerit, prædici poſſe confiterentur. Eandem Chaldæi, & Aſſyrij temporum longinquitate conſecuti profitentur. Sed hanc ſcientiam vana ſpopondiſſe, & ridiculam deprehænderunt doctiores, & in eam quondam S. Auguſtinus, Picus Mirandulanus, & plerique alij inuecti ſunt, & nos quoque dicato opere; ideo non amplius immorabimur. Poſt cælum ſequuntur elementa, è quibus diuinationes conſequuntur. Ex igne Pyromantia: inſpiciebant enim è ſacrificiorum ignibus, vtrum flamma plana, recta, vel in apices diuideretur. Conſors Capnomantia, ita Græcis vocata, noſtris per fumum dicta, vtrum in orbem ſoluatur, vel in obliquum flectatur, aut in rectum protendatur, quo quiſque meliorem, aut aduerſam fortunam ſortiretur. Statius in Thebaide.

Vincamur pietas: pone eia altaria virgo,
Quæramus ſuperos, facit illa, acieque ſagaci
Sanguines flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, & clara tamen mediæ faſtigia lucis
Orta docet; nunc in ſpeciem ſerpentis inanem
Ancipiti gyro volui, frangique ruborem.
Demonſtrat dubio, patriaſque illuminat vmbras.

His verſibus per ignem, & fumum diuinatio deſcribitur: nam vbi geminus apex, & flamma extitiſſet, diſſidium portendebat, vt ex Cicerone habetur. Sic ex aere Æromantia, ex aqua Hydromantia, ex terra Geomantia proueniebat, adhibitis etiam quibuſdam cęremonijs, & excantamentis futura prænidebant, & occulta retegebant. Eſt & alter Geomantiæ ſpecies ab Heleno filio Priami inuenta, quæ puncta in arena format, & ex punctis figuras, vnde nomen obtinuit: ab Aſtrologia non alienam putant. quod eiuſmodi ex linearibus factæ interpunctis, planetarum, aſtrorumque vim oſtendunt. Ridicula res, & quo magis ridiculam faciant, addunt terram minime pedibus calcatam legi oportere, eamq; à caſtiſsimo puero tolli. Plinius inter Magiæ ſpecies ab Oſthanæ exortas, alia recenſet genera, veluti ex aqua, ſphæris, aere, ſtellis, lucernis, pluribus, ſecuribuſque,

& multis alijs modis. Diuinationem per peluim Græci Lecanomantiam appellabant, & in Græcorum commentarijs permulta leguntur de illa, maximeque apud Aſſyrios in prætio erat. Vaticinantes peluim aqua plenam accipiebant, quam cum Dæmones irrepſerint, leuiter commouere, & ſubſilire videbatur, & exiguus ſpiritus ſignificationis expers percipiebatur, quo ipſi Dæmones minus intelligerentur, & rei obſcuritate facilius hominibus imponant, eo quę ſono futura prænoſci poſſe profitebantur. Zetzes veterem, & nouam Lecanomantiam dixit. In Homericæ Iliadis commentarijs vetus, qualis illa Vlyxis, noua, quæ ex aqua ἐκ λεκάνη, in qua aurum, argentum, electrum, æra, lapides, aliaque id genus veniebant. Plutarchus Cheroneus quoniam teſtatur antiſtites aqua, & mero apud diuerſos populos ſacra proficere, vt vinolenti, & lymphatici dicerentur, ac deinde vaticinari. Alecriomantiam ferunt Libanium Sophiſtam, & Iamblicum Chalcidenſem feciſſe, quo ſucceſſorum Valentino imperio noſſent. Exprimunt in puluere literas, ſingulisque frumenti grana accomodant, quæ gallus legat deuoranda, poſt excantationem admittitur gallus, aduertuntque ex quibus literis legat ex ordine, & dictiones componunt. Sed primùm gallus legit θ, inde ε, poſtea ο, mox δ, vnde quod quæſitum fuerat, ambiguum ſtetit, Theodorus ne, an Theodoſius futurus videretur. Valens eiuſdem nominis ſuſpectos multos occidit, & cum diuinationis authores mox exquireret, Iamblicus Valentis immanitatem formidans, lethali hauſto poculo vita deceſsit, ſic materias facti pœnas luit. Sunt & diuinationes ex humani còrporis partibus, quas Natura expreſsit lineis, Chyromantia ex manuum, Metopoſcopia ex frontis, podemantia, & vmbilicomantia, vulgò ex pedum, & vmbilici, ex quibus imbecillis vitæ, robuſtæ, mortis genera præſagia conijcientes. Quæ omnia quàm vana, & ſine ratione prolata ſint, ſtomachum literatis faciunt uiris. Sunt & ſortes diuinationum genera, quibus futura præcinerentur: vnde & ſortilegi. Primum enim in Italia Numerium Suffuſtium comperiſſe in Præneſtinorum monumentis proditum eſt, is ſortes ipſas in robore ſculptas priſcarum literum notis, exciſo ſaxo excepit, quas Romani Pontifices ex Oleaginea arcula, pueri manu commixtas educere ſolebant. Hæ Romani populi facta continebant, vt apud Liuium, & Tranquillum reperies. Alium quoque morem fuiſſe legimus Romanis Imperatoribus in euentibus prænoſcendis, verſibusque ad eam rem compoſitis, vel poëmata caſu accipiebant. Vulgatum eſt illud Hadriani, ſortes conſulentis, quùm Virgilianas ſortes accepiſſet.

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens; noſco crines, incanaque menta
Romani Regis: primam qui legibus vrbem
Fundabit, curibus paruis, & paupere terra
Miſſus in imperium magnum.

Eſt & Mantices pars Haruſpicina, cuius magiſter Tages fuiſſe perhibetur, vt Hetruſcorum libris memoriæ proditum eſt. Ex auium volatu, paſtu, cantune futura primum præſagire Chalcantem perhibent, de quibus plura M. Tullius, & S. Auguſtinus referunt, cum nulla, quæ ad publica, vel priuata officia pertinerent, inauſpicato Romani perficerent. Phryges, & Cilices, & Arabum natio auium ſignificationibus plurimum obtemperant, & Lacedæmonij Regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederant, itemque ſenibus, (ſic enim conſilium appellant) augurem intereſſe voluerunt. Erant antiquitus cæleſtia, quùm fulgura, & tonitrua ederentur, quo tempore nefas habitum erat facere quicquam. Pedeſtria, quæ excipiebantur ex vulpe, lupo, ſerpente, equo, ceteriſque quadrupedibus. Soliſtima ex tripudijs gallinaceorum. Peſtifera in quibus cor in extis, aut caput in iecinore non extitiſſet. Caducos cùm in templo aliquid decidiſſet, aut virga ex manu augurantis, Piacularia, cum hoſtia profugiſſet ab ara, aut percuſſa mugitum dediſſet. Sunt Oſcinia, & cætera, de quibus Feſtus Pompeius. Erant, & apud antiquos nefariæ artes Pædomantia è puerorum cæde diuinatio, nec defuerunt efferatæ veneficæ mulieres, quæ in impuberes adhuc pueros graſſarentur, quorum ſanguine, & medullis in philtris abuterentur. Necromantia verò, quæ & pſychopompia, pſychagogia, ac necyomantia ab alijs, atque alijs Græcis appellatur, ex immolato homine futura conijciunt, quibus apud Homerum Vlyſſem, & apud Virgilium Æneam vſum fuiſſe perhibent. Sed vt Nicephorus monet, non mortuorum animas, ſed dæmones vocant. Sed hæc genera ceremonijs, & ſuperſtitionibus conſpurcata à probis quibuſue uiris, doctioribuſque execrata ſunt, quique iſta profitentur, infælices diuino quodam iudicio, errones, abiecti, mendici, ac tandem poſtremo vitæ exitio horrenda, deteſtabilique morte pænas luunt. Sunt & naturæ vaticinia, quæ non ab arte, vtpote à melancholia, & à Triſmegiſtro edocta. Hæc ex melancholici humoris contractione animum ab externo ſeuocant, vnde melancholici ſæpè præclara prænunciant. Ariſtoteles Socratem melancholicum vocat. Carmides in Nemea certauit, ac certaſſe pænituit, Socrate vetante, & Critoni contra Socraticum præceptum ruſticanti, ramulus quidam percuſsit oculum; cuius rei teſtes ſunt Xenophon, Plato, Apuleius, & Antipater. Aliæ ſpecies per ſyncopin, ideſt per caſum

corporis

corporis ſemiuiui, cum ſpiritus, qui in membris ſunt, ad debilitati cordis præſidium contrahuntur, quo excelluiſſe Herculem dicunt, Arabeſq; permultos. Enarchum tanquam mortuum à Medicis relictum, poſtea in ſe ipſum redactum, prædixit eo morbo non moriturum, Plutarcho referente. Eſt vaticinij ſpecies famigerata per ſomnium, quam percalluiſſe Hippocratrem ferunt, qui cum Democritum curaturum adiret, qui vulgo inſanire ferebatur, accepit per ſomnium non inſanire, ſed vulgus. Eadem ratione Socrates futuram Platonis excellentiam prædixit. Phyſiognomoniæ autem ſcientia ex humoribus, figuris, & hominum proportionibus mores prænoſcit, & propenſiones, & naturalibus innixa principijs veriora affert præſagia, afficitque, vt ijs cognitis, vitijs mederi poſsimus, virtutes verò excolere. Galenus verò, cæterique Medici animi propenſiones per medelas, & cibos mutari poſſe teſtantur, vnde à literatis quibuſque viris exoptatur, laudatur, amplectitur: ieiectis igitur cæteris, vtpote vanis, illicitis, & mendacibus, ad hanc perdiſcendam accedamus.

DE MVTVA ANIMI, ET CORPORIS CONSEQVVTIONE.
Cap. II.

FACILE nobis experientia videre licet, quod animi à corporis moribus non ſint impaſsibiles, & animæ paſſionibus corpus corrumpatur, vt inito quodam fœdere, & inter ſe confligant, & reſanentur, & tandem ſibi mutuo compatiantur. In corporis morbis animum cum corpore pati, & vnà perturbari, facile videbit quiſpiam rationis compos. Plato ex vitioſo corporis humore animum conflictari nouit. Crudæ, & ſalſæ pituitæ, aut quicunque amari, bilioſique humores corpus peruagantes, vbi intus intruſi, per reſpirationem foras non erumpunt, halitus ex ipſis in animæ partibus ſe permiſcentes, morbos animæ ingerunt, vnde audacias, timiditates, obliuiones, & hebetudines inijciunt, ſicque vt Plato ipſe ait, nemo ſponte malus, ſed ob prauum corporis habitum. Quod quidem ita intelligendum, vt ipſe ſe ibidem explicat, vt qui ob ingentes voluptates, doloreſque inſanit, huius quidem animus propter corpus æger fit, atque inſipiens: vulgò tamen non æger, ſed pro arbitrio malus exiſtimatur, & quidem falsò. Videmus quoque quod ſi vinum corpus inuadit, animum à mœſtitia, & tædio leuat. Dicere ſolebat Zeno. Quemadmodum amari lupini macerati aqua dulces euadunt, ita homines à vino afficiũtur. Oenopia radix vino infuſa id magis præſtat, eumq; eſſe Ægyptiæ gentis medicamentum. Poeta cecinit.

Infundit vino medicamentum vnde bibebat,
Luctum, iramque fugans, obliſicumque malorum
Cunctorum.
Perithoi quoque magnànimi centaurus in aula
Inclytus Eurytion mentem percuſſus Iacco
In Lapitas rueret, dum amens infanda patrauit.

In acutis quoque ægritudinibus prorſus delirum effici, nec ſuo officio fungi contingit, vt alienus homo videatur. Non minus corpus animi affectionibus fluctuat: hic enim amoris igniculis accenſus, & maximè ſeuiens, corpus commutat, vt facile contabeſcat. Virgilius de Didone.

Sæuit inops animi, totamque incenſa per vrbem
Bacchatur, qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Bacco
Orgia, &c.

Apuleij nouerca priuigni ſui amore æſtuans, ita deſcribitur: Pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua, quies turbida, & ſpiritus cruciatus tarditate vehementior. Idem etiam in brutis videre licet amore tabeſcentibus. Virgilius.

Carpit enim vires paulatim, vritque videndo
Fæmina, nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ,

Sic etiam animus Inuidiæ ſtimulis expunctus, corpus extrema induit macie. Ouidius ex inuidorum figura inuidiam deſcribens, ait.

Pallor in ore ſedet macies in corpore toto
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis

Nimia mæſtitia multi, & ſapientes beluis ſimiles facti ſunt. Hecuba amiſſis viro, & filijs, & demum Polydori morte nunciata, inſtar canis latraſſe dicitur. Nec defuerunt, qui immodica lætitia ad mortem deuenerunt. Diagoras Rhodius, vt ex Gellio habetur, quum tres filios eadem die Olympiæ coronari videret, eumque adoleſcentes amplexati eſſent, in manibus filiorum animam efflauit præ lætitia. Et apud Cãnas, quùm Romanus exercitus cæſus eſſet, quum matrem nuntio de morte filij allato mœrore affectam eſſe, ſed is nuncius non verus, atq; adoleſcens non diu poſt ex pugna redijt, anus repente viſo filio, copia inopinati gaudij exanimata eſt. Immo in Phyſiognomo-

nicis probat Ariſtoteles quòd anima mutata habitum, corpus immutat formam, ideſt compleſsionem, & mores, & corpus mutatum formam, anima commutat habitum, quàm anima triſtis eſt, corpus lugubrem facit, & hilaris hilarim oſtentat, & diſſoluta corporis forma, ſoluitur & anima: Solomon: Spiritus triſtis exiccat oſſa, anima hilaris hilarem facit. Mania eſt animæ paſſio. Medici corpus curantes, animam à mania liberant. Sic corporis curatione forma ſoluitur, & anima liberatur: itaquod corporeę diſpoſitiones animæ potentijs, ex virtutibus correſpondent, vt plurimarũ adinuicem paſſionum cauſæ fiant, neq; vnquam animal tale à natura factum eſt, vt formam alterius animalis, animam verò alterius habeat. Nunquam viſus eſt lupus, vel ouis, qui canis animam, vel leonis haberet, ſed ſemper lupi, & ouis corpus eorundem animalium habebant, vt neceſſarium ſit tale corpus talem animam, ipſius ſpeciei conuenientem ſequi.

EX CORPORIS NOTIS ETIAM BRVTORVM DISPOSITIONES dignoſci poſſe. Cap. III.

POSSVNT & nobis innoteſcere diſpoſitiones, ſeu mauis brutorũ mores ex corporeis ſignis. Michael apud Zonarã, & Curopalatam ex ſuibus recenter natis prædicebat qui nam præclare alturi eſſent, & qui corporis magnitudine haud expertes futuri, atq; equos, & aſinos calcitrones nouiſſe, & mulorum optimi ad onera ſciendum, aut ſeſſorem, ſic equos qui nullo pauore conſternati eum excuterent, & ab oculorũ ictibus qui ad currendũ robuſti, & celeres eſſent, & qui in prælijs fortiter ſubſtinerent, ouium ad abundantiam lactis, & fœcunditatẽ ab ineunte ætate non dubijs coniecturis cognoſcebat. Sic venatores, aucupes, & qui eorũ miniſterio præſunt, quæ ad venandũ, quæue ad progeniem idonea cognoſcuntur, eligunt canes, vt Xenophon refert, corpore magnas, probant leuia capita habentes, ſimas, muſcoloſas, ſub fronte venoſas, oculos elatos, nigros, præfulgidos, magnas frontes, lataſque, caua diſcrimina, breues aures, & tenues, poſteriora gracilia, ceruices molles, longas & teretes. Gratianus libro de Venatione.

Sint celſi vultus, ſint hirtæ frontibus aures,
Os magnum, & patulis agitatos morſibus ignes
Spirent, aſtrictis ſuccingant ilia ventris.
Cauda breuis, longumque latus, diſcretaque collo
Cæſaries, non pexa nimis, non frigoris illa
Impatiens, validis tum ſurgat pectus in armis:
Quod magnos capiat motus, magniſq; ſuperſit,
Effuge qui lata pangit veſtigia planta,
Mollis in officio.

Plato, Oppianus, & Pollux, equi ſtatum corporis rectum, & articulatum probant, caput oſſeũ, maxillas paruas, oculos extantes, quia vigilantiores putant, quàm profundos, igneos, quaſi ſubcruẽtos, corpore nigros, auriculas breues, & minutas, verticem grãdiorem, nares patulas multo, quàm cõuenentes, vt apertiores meatus habeant animæ, roſtrum aduncum, ſic de pectore nõ oriatur ceruix, tam quam porci prona, ſed eminens pertineat ad verticem, vt gallinacei, circa ſummam vertebram gracilior ſit, vt caput in eo flectatur; ita collum fuerit ante equitem, oculi autem ſpectabunt ante pedes. Virgilius etiam equorum præſtantiam poſſe præſagiri, meminit his verſibus:

Continuo pecoris generoſi pullus in aruis,
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,
Primus, & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.
Nec varios horret ſtrepitus, illi ardua ceruix,
Argutumq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga

Et bubulcos quibus ſignis, quaue forma boues eligere debeant, docet.

„ Optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix
Et crurum tenus à mento palearia pendent,
Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,
Pes etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat, maculis inſignis, & albo,
Aut iuga detractans, interdumq; aſpera cornu,
Et faciem tauro proprior, quæque ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.

Varro, oues qua forma ad fæturam eligere oportet, docet: Eas eſſe oportet amplo corpore, quæ lana multa ſit, & molli, villis altis, & denſis toto corpore, maximè circum ceruicem, & collum, ventrem quoque vt habeat piloſum eſſe oportet, cruribus humilibus, caudis, vt ſunt in Italia, prolixis, in Syria breuibus. Et arietes fronte ſint lana bene veſtiti intortis cornibus, pronis ad roſtrum, rauis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore, & ſcapulis, & clauibus latis, cauda lata, & longa. Idemque etiam ex progenie eligere docet. Monſtrat enim in ſuillo pecore ſubulcos præſtantiores eligere, vt ſcrofæ ſint amplis membris, præterquam pedibus, & capite vnius coloris potius, quàm varij: hæc eadem habent verres, tum vtiq; ſint ceruicibus amplis, & boni ſeminis, ita etiam à progenie, & cæli regione, cognoſcendos. Sic etiam Demetrius Conſtantinopolitanus auceps ſuos accipitres ad ancupíum idoneos eligit, vt caput inſtar ſerpentis paruum, & planum habeant, rotundi, & quadrati oblongis præponuntur, lingua nigra, pennas in cauda treſdecim gerant, ſint paruis digitis, maculas in naſo nigras, in vnguibus veluti ſquamas, circa radicem vnguis ſciſſuram, & lineam habeant. Aſtures ſint capite modico, facie longa, & anguſta, vt in vulture, & ſimilitudine aquilam referant, faucibus, & gula amplis, oculis magnis, cauis, & paruo orbe in eis nigro, collo longo, pectore craſſo, carne dura, longis, carnoſiſque coxis, ſed crurum, genuumque oſſibus breuibus, vnguibus craſſis, longiſque. Falcones ſunt capite craſſo, non tamen enormi, & oblongiori, maxillarum partibus bene rotundis, & breuibus, mobilibus, ſpecie humidi cholerici (quorum proprium eſt cito moueri in prædam, & non diſcurrere; ſed plus audent, quàm poſſint,) collo breui, ſed non adeo, vt enorme ſit, quod phlegmaticam, frigidam, aut melancholicam ſiccitatem ſignificat, nocturarum inſtar: caudę longitudo tanta ſit, vt compoſitæ alæ ſuper caudam attingant; longa enim cauda ſpinæ dorſi medullam nimis humidam indicat, & obeſæ timiditatem: pectus amplum, neruoſum, & validis oſſibus munitum, quo freti ad feriendum promptiores ſint; fæmora craſſa; crura breuia: ſic grues, & aues magnas capient. Fæcundas gallinas ita villicus parabit. Probi coloris, ideſt nigri, aut flaui, robuſti corporis, quadratas, pectoroſas, magnis capitibus, recta, rutilaque criſtula, & interdum gemina, albis auribus, imparibus vngulis, ſed non cruribus emineant tranſuerſa calcaria: nam quæ hoc virile gerunt inſigne, contumaces ad concubitum dedignantur admittere mares. Agricolæ etiam apes operi habiles, & ineptas ſignis cognoſcunt. Virg.

„ hic melior inſignis, & ore
Et rutilus clarus ſquamis, ille horridus alter
Deſidia, latamq; trahens inglotius aluum

Plinius ait: Leonum animi iudex cauda, ſicut equorum aures: nam & has notas Natura generoſiſſimo cuique tribuit: immota ergo placidum, clementem blandienti ſimilem arguit; crebrior enim iracundia eius. In piſcibus, herbis, plantiſque etiam adſunt notæ, ex quibus eorum mores, virtutes, vtpote medicæ facultates, & vitia: ſcilicet venena cognoſci poſſunt, quas propemodum in verè ſtudioſorum gratiam publicabimus, vt vnuſquiſq; varias, & penè infinitas, ſuo marte, plantarum facultates venari poſsit. Et ſic certis ſignorum proprietatibus reliquorum animalium operationes cognoſcuntur. Vnde ſi hæc vera ſunt, vt vera eſſe manifeſtè vidétur; erit & vera Phyſiognomonica ſcientia.

ANTIQVORVM OPINIONES DE PHYSIOGNOMONICA *ſcientia.* Cap. IIII.

SED videamus nunc Phyſiognomonicam ſcientiam, & qui penitus tollere conati ſunt, & qui eam admiſerint, & admiſſam quibus modis ſpeculati fuerint, nobiſque tradiderint. Stoici, vt altius exordiamur, inter quos Chryſippus, à veritate admodum aberrantes, cum extraneis corporibus mortuorum animas accedere autumarent, eiſque nouos mores afferre, penitus huius ſcientiæ ſubiectum eliminarunt. Pythagorei non ſolùm in humana corpora, ſed in ferina quoque tranſire exiſtimabant. Dicebatque Pythagoras, quod fuiſſet aliquando Æthalides, & aliquanto poſt Euphorbus, atq; à Menelao fuiſſe vulneratū, ac poſtremo Pyrrhus, & poſt Pyrrhum factum fuiſſe Pythagoram, & dum Æthalides fuerit, Mercurij filius putatus, ab eo pro munere accepiſſe, vt illius anima perpetuo vagaretur in quas vallet arbores, vel animalia. Vnde Ouidius.

Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, èq; feris humana in corpora tranſit,
Inq; feras noſter, nec tempore deſerit vllo.

Prænitius autem, & Poſſidonius cæleſtium rerum ſtudioſi, animas è ſtellis mores ducere tradiderunt, e quæ è ſtellis eueniunt, non niſi ineuitabili fato, & adamantinis legibus prouenire. Horum poſtremo Plinius opinionibus aſtipulati videtur, quippe vndecimo libro capite quadrageſimo ſecondo admiratur, derideteque Ariſtotelem non modo tradidiſſe præſcita vitæ poſſe ex aliquibus ſignis in corporibus noſci, verùm prodidiſſe: Breuis vitæ ſigna raros dentes, digitos prælongos, plumbeum colorem, contra longæ vitæ incuruos humeros, & plures quàm 32. dentes, aureſque amplas. Addidit quoque Trogum, alioqui ſeueriſsimum authorem mores ex aſpectu noſci poſſe ſimiliter potuiſſe, quæ quoque Ariſtoteles animalium libro prodiderat: Frons magna ſegnem ſubeſſe animum, parua mobilem, rotunda iracundum, & ſimilia. Sed quod iſte librorum compilator contra Ariſtotelem audeat, iudicent alij, quùm ſui oblitus, quamplurimis in locis hanc doctrinam comprobet. Eodem libro, capite trigeſimo primo dicit: Pleriſque verò naturale, vt nictare non ceſſent, quos pauidiores dicit. Ex felle in mores crimen bilis nomine adeo magnum eſt in hac parte virus, cùm ſe ſundit in animam. Auidi ciborum, quibus ab aluo longius ſpatium, ijque minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter. Sanguis quibus multus, & pinguis, iracundi, quibus craſſior, fortiores, quibus tenuior, ſapientiores, quibus minimus, timidiores, reliquis animalibus, quibus nullus hebetia. Pili libidinoſi congeniti, maturinſque defluunt, idem, & ſexcentis alijs in locis. Reliqui à veritate admodum aberrant, nec aliter, quàm verbis, & vanis opinionibus innitantur, ideo ſuperuacaneum duxi eorum opiniones redarguere.

QVIBVS MODIS MAIORES NOSTRI PHYSIOGNOMONICAM ſcientiam ſpeculati fuerint, & tradiderint. Cap. V.

SED videamus quibus modis maiores noſtri, qui hanc ſcientiam receperint, ſpeculati fuerint, nobiſque tradiderint. Primi quidem ex corporis temperatione mores innoteſcere poſſe deſcripſerunt. Conſtans enim fuit priſcorum Philologorum opinio, nec nõ Medicorum, animi mores corporis temperaturam ſequi, idque his experimentis, & argumentis probare deprehenſi ſunt. Quòd ai imaè corporis paſſionibus torquentur, ſatis conſpicua ſunt puellulorum opera, & effectus, horum namque ſine fuco, ambitione, ſimulatione, vel diſciplina in infantia alij timidiſsimi ſunt, alij terribiles, alij cupediæ addicti, & inexplebiles, alij ieiunium facilius ſufferunt, & cibo abſtinent, alij impudentes, verecundi alij, vnde confiteri neceſſe eſt, aut animam illas paſsiones ſortiri prius, aut corpore torqueri, &, vt ita dicam, violentari ad einſmodi affectiones. Quod animæ vitijs conſpurcatæ, defædatæque prius corporibus adueniant, rudis, habes, & fatua imaginatio eſt: nam videmus, quod mutatis corporis temperamentis, mutantur & animæ affectus. Melancholici biliofis humoribus obſeſſi, mæſti, triſtes, & mærore affecti ſunt, purgatis humoribus, prudentes, & hilares fiunt. In ætatibus eadem experimur. Infantia humida eſt & calida; ob id voluptates, potus, cibos, & conuiuia exoptat: iuuentus calida, prælia, rixas, iurgia, & amores teſtatur: Virilitas ſicca, honorum, magiſtratuum ambitioſa eſt, ſenectus frigida, ſegnes, timida, parca, & opum cupida. Empedocles Agrigentinus dixit: mores non ſolum elementarias conſtitutiones ſequi: ſed noſtros animos eſſe elementarias hormonias; argumento eſſe, quod in omnem affectuum diffinitionem ingrediantur complexiones. Vt, ira eſt accenſio ſanguinis circa cor; manſuetudo eiuſdem tepeſcentia; audacia ſanguinis ad extima diffuſio, timor eiuſdem ad interna reuocatio. Plato in Timæo ex vniuerſo corporis habitu lædi animam putat, acres pituitas, felleoſque humores per corpus oberrantes, quoquo ſinguli appulerint, vaporem ſuum animæ penetralibus influunt, vnde animo languores inducant pro loci natura (ſic audacia, timiditas, obliuio, & habetudo oboritur, & ex corporis contagione inſipientia, & animi ruditas naſcitur, tantoque homines prudentiores eſſe, quanto corpora minus humiditate participantia fuerint. Ariſtoteles ex corporis temperie animi facultates affici ſecundo De partibus animalium tradidit. Eſt roboris efficacior cauſa ſanguis, qui craſsior, calidiorque ſit; ſed qui tenuior, frigidiorque vim ſentiendi, intelligendique obtinet pleniorem, & in ijs quoque videtur, quæ ſanguini proportione reſpondent. Quamobrem apes, & huiuſmodi animalia ingenioſiora ſunt multis ſanguine præditis, nec non inter ea, quæ ſanguinem frigidiorem, tenuioremque habent. Sed optimè conſtat, quæ calidum, tenuem, & ſincerum habent, imo ex ſanguinis natura, mores in animalibus differre. Taurum, & aprum fortes eſſe, quod eorum ſanguis ſit feruentiſsimus. Galenus in libro De mutua animi, morum, & corporis conſtructionis conſequntione, cum videret tantam eſſe animi cum corpore copulam; animam non ſolum ſui corporis temperiem ſequi, ſed animum ipſum nil aliud eſſe putauit, quam æquabilem humorum omnium in corpore temperationem, ſcilicet humiditatis,

ditatis, ariditatis, caliditatis, & frigiditatis, vt bonum temperamentum boni animi mores ſequantur, malum verò mali: cuius ſententia ab omnibus exploſa eſt, & mores non ſolùm ex prauo corporaturæ habitu mutari, ſed alimentorum, & loci ratione, vtpote ex ſuperabundanti phlegmate in cerebro, in deſipientiam, ex nigra bile melancholiam, & ex phlegmate in lethargum trahi. Alij vero non ex qualitatum temperie, ſed ex proprietatum ſignis rectius dijudicari poſſe opinati ſunt. Hermes enim, qui & inter Phyſiognomones voluit annumerari; nonnulla eſſe ſigna motum dixit, quæ non ex elementorum qualitatibus proueniunt, neque ad cauſam vllam referri poſſunt, ſed ex occulta proprietate manant. Videmus enim cholericos, qui mæroribus æſtuare deberent, ſæpiſsime faceto ſo animo, & ridibundos eſſe, ſanguineos, qui ex caloris exuberantia liberales eſſe deberent, tamen parcos, & auaros extitiſſe, idque non ex temperamenti, ſed ex proprietatum ſignis euenire. Præterea ambulantes, qui caput ad dextram inclinatum ferunt, cinædi ſunt, quod non ex caliditate, frigiditateque, ſed ex ſigni proprietate cognoſci tradidit. Galenus formatricem virtutem in natura eſſe dixit, quæ artifex facultas eſt, & particulas ſecundum animi mores effingit, de hac nanque Ariſtoteles dubitauit nunquid diuinioris originis ſit, atque à calido, frigido, humido, & ſicco res diuerſa, quo minus ſibi rectè facere videntur, qui tam temere de rebus maximis pronunciant, & ſolis qualitatibus formandarum partium munus aſcribant. Alij tres hominum mores perſcrutandi modos tradiderunt, vt Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis tradidit, qui omnes ad vnum tendunt ſyllogiſmum. Primum modum bifariam diuidunt: nam ſecundum vnumquodque animalium genus propriam quandam figuram deſcribunt. Alij vero tali animali corpus, & propriã animam adſcribunt, putabantque tales mores in totum, vel in partes ei ineſſe, qui eiuſmodi corpus, vel corporis partes poſsideret, idque in cæteris animalibus faciunt. Vterque modus Platoni aſcribitur, quùm dixerit, animam dari corporibus ſecundum merita materiei, ac ſi diceret: leo talem habet animam, quia eius materiei tale erat meritum, ſiue miſtio. Non admodum à primo differens eſt ſecundus modus, quem Trogus tradere conatus eſt: nam non omnibus animalibus, ſed ex ipſo hominum genere non vniuerſo, ſed diſtinguens ſecundum gentes, mores aſſignabat ſecundum corpus: nam ſignatæ regioni proprium corpus ſtatuebat, & proprias paſſiones, vt cui tale corpus ineſſet, & talem animam poſſidere neceſſe foret, ſecundum regionum, climatumque diuerſitates hominum mores variari. Alij, vt Philon Lacedęmonius, per apparentes in corpore mores ſcientiã exercebant, nam quibus moribus quiſque ſe exercendo præfigurat, natura tales ei ineſſe iudicabant, vt ſi viderent quempiam oculos ſurſum natura adducere, eum ſalacem iudicabant, quia concũbentes oculos ſurſum attollunt. Sic palleſcentes, meticuloſos dicebant; quia qui metuunt, expallent. Etſi quis vultum natura præfert, quemadmodum qui irati ſolent, eum iracundum pronunciabant. Sunt qui mores per ſigna à contrario deſumpta dijudicent, vt ſi pilorum durities robuſtitatem arguat, mollities imbecillitatem indicat. Sunt etiam ſigna ex maſculino, & fæminino genere accepta, quibus poſſimus mores, & maribus, & fæminis ſimiles pronunciare. Sunt qui paſſiones ex alijs paſſionibus dijudicent, ab ætate, à nutricibus, à manſueto, & agreſti, & eiuſmodi ſimilibus pleriſque modis.

QVOMODO PER TOTIVS CORPORIS TEMPERATVRAM de moribus ſit coniectandum. Cap. VI.

SED non inopportunum videtur, quomodo animi mores ex corporis temperaturis deprehendi poſſint, referre, præcipuè qui ex Medicorum libris hauſimus. Cum calidum temperamentum ex imperio eſt, dignoſcendi ſigna hæc recenſet Galenus. Caro eſt tangentibus calida, hirſuta, minus pinguedinis habens, color ruber, capilli nigri. Alibi vero. Venæ latiores, (caloris eſt enim has dilatare, flatuſque extendere.) Nec ſolum venas latas habent, ſed infantes thoracem, & omnes inanitates latas habent, nam calidus ſpiritus multa dilatatione opus habet. Sic enim arterias validas pulſantes, ſic vniuerſum corpus robuſtum, & promptum ad omnes motiones. Rhaſes. Citiſſimè creſcentes, tangentibus calidi, macri, graciles, venæ manifeſtæ, motus velox, & omnia, in eis conſiderantur velocia. Pauci ſomni, obſtinati, multorum capillorum, criſporũ, nigrorum, color rubens, ruffus cum obſcuritate quadam. Addunt alij: Anhelitus manifeſtus, vox firma, fortis, & agreſtis, cito ſudant, comedunt, & digerunt benè; pili craſſi, & criſpi. Multi præterea ſunt calidi, & pauci frigidi. Natura animoſi, certaminis auidi, & ad actiones pluſquam expediat, prõpti, & luxurioſi. Frigidæ tẽperaturæ ſigna. Pilorum carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat, caro vnà cũ capillis ruffior, & vbi frigiditas multa adfuerit, liuidus, quem nonnulli luridum appellant. Alibi: Venæ anguſtæ, oculi glauci. Alij addunt. Tardè creſcentes, anhelitus tardus, & immanifeſtus,

ſtus,

ſtus, vox ſtabilis, & acuta, in coitum debiles, parum comedentes, & minimè digerentes, capilli extenſi, longi, ſubtiles, coloris albi, raroque ſudant. Natura timidi, & imbecilles. Plato hanc temperiem non laudat ad ſcieutiam, nam animam prius ſapientiſsimam dicit, ſed in corpore delapſam propter multam humiditatem in corpore repertam, ſtupidam reddi dicit. Rhaſes. Tardè creſcunt, & capilli quoque eius tardi naſcuntur, hebetis ingenij, & timidarum operationum, pulſus paruus, anhelitus occultus, caro tangentibus frigida, iu coitum impotentes, paucos filios generantes, & multi ſomni. Humidæ temperaturæ ſigna. Carnoſum corpus, molle, lene, iunƈturæ occultæ, vigilantes, conſuetæ partes pilis nudæ, oculi illachrymantes, capilli colore flaui. Alibi. Oculi cæſij, natura imbecilles, boni ingenij, pauidi, & luxorioſi. Rhaſes. Motus leuis, caro mollis, membra laxa, iunƈturæ, & oſſa occulta, panca virtus, laborem non tolerantes: nam cito diſſoluuntur, corpulenti, debiles, multum dormientes, & depiles. Siccæ temperaturæ. Corpore gracili, & duro. Adduut alij. Caro taƈtu aſpera, iuuƈturæ manifeſtæ, capilli & pili craſſi, & aſperi, colore rubei, moderatè comedunt, & digerunt, in laboribns durantes. Rhaſes. Corpora aſpera, dura, & macra, fortia, rigida, laborem tolerantia, nerui & iunƈturæ manifeſtæ, piloſi, & capilloſi. Diximus de ſimplicibus, nunc de compoſitis temperaturis. Compoſita corpora frigida, & ſicca, calida, & humida, ſimplicium diſpoſitiones miſtas habent. Calidæ & ſiccæ temperaturæ ſigna. Caro calidior, & ſiccior, hirſutior, durior, pinguedine carens, gracilis eſt, & nigros capillos habens. Rhaſes. Hæc corpora iu vltimo abundant, plurimis capillis, nigris, & ſpiſſis, macilenta quoque in vltimo reperiuntur, quæ & tangentibus calida occurrunt. Cutis ſpiſſa, & aſpera, nerui fortes, oſſa, nerui, & iunƈturæ perſpicuæ, panci ſomni, pulſus velociores, & metus. Natura audaciores, & obſtinatiores. Calidæ verò, & humidæ temperaturæ. Caro mollior eſt, calidior & carnoſior: ſi calidior erit, hirſutior, & tangentibus non parum calidior, capilli nigri, & caro pinguedine carens, ſi multo humidior, mollis caro, & multa, color ex albo, & rubro commixtus, & tangentibus paulò calidior. Frigidæ verò, & humidæ temperaturæ: Capillis nuda caro, alba, mollis, craſſa, & pinguis, color vnà cum capillis ruffus. Alibi. At ſi contraria omnia in thorace ſint (ſcilicet ſiccorum, & calidorum) ac æqualis in toto corpore temperies vigeat, ideſt ſi humidiores, & frigidiores vniuerſi corporis partes ſint; thorax quidem anguſtus, & glaber erit ſicuti etiam totum corpus pilis nudum, cutis mollis & alba, capilli ſubruffi, potiſsimum in iuuentute, hi in ſeneƈtute non calneſcunt, timidi, ignaui, ſegnes. Adde etiam, paruis venis, ac minimè conſpicuis, & adipoſi ſiunt: ijdem neruis, muſculiſque imbecilles, & artubns parum exaƈtè delineatis, & bleſus. Rhaſes. Corpora tangentibus mollia ſuut, pilis denudata, capilli lenes, venæ anguſtæ, iunƈturæ occultæ, corpulenti, & pingues, & laxi, ſomniculoſi, pigri, & tardi motus. Frigidæ & ſiccæ temperaturæ: Corpus natura durum, & gracile, & glabrum, tangentibus frigidum, pinguedo, & ſi graciles ſint, per carnes diſperſa. Sed moderatæ temperaturæ ſigna: Calor ex albo, & rubro commixtus, capilli flaui, gilnique mediocriter criſpi, carnoſitatis mediocritas iu qualitate, & quantitate. Ad ſummum, corpus tangentibus neque molle, neque durum, neq; frigidum, neque calidum, inſpicientibus neq; glabrum, neque craſſum, neque tenue apparebit. Alibi verò, Vniuerſus thorax latiſſimus, venæ amplæ, arteriæ magnæ, æedem maximè, & vehementiſſimè pulſantes, tum plurimi per totum corpus pili, atque ij quidem in capite plurimi incrementi, nigri, criſpiſſimique in prima ætate, procedente verò tempore caluities excipiet, cùm eiuſmodi hominibus, & robuſtum, & exaƈtè delineatum, & muſculoſum totum corpus erit: nam cutis nigrior, durior, & hirſutior, color corporis eſt albus rubeo commixtus, taƈtus neque frigidus, neqne calore ſuperfluus, neque multum leuis, corporis habitudo media inter macrum, & carnoſum, tamen plus carnis, quàm macies habebit, capilli inter ſubtiles, & groſſos, inter rubros, & nigros, leues & aſperos, corpus neque piloſum, neqne glabrum: operationes autem animales, & naturales æquales, vt nec multum deſiderij habeat, neque ſuæ cupiditatis in tantum debilitentur, vt quaſi mortuæ inueniantur, neque vigilans, neque dormiens, neque quietus, neque mobilis, ſuperfluitates corporis mediæ, & ad ſummum eius diſpoſitio inter contrarias media exiſtit. Venæ neqne apparentes, neque occultæ, neq; anguſtæ, neq; amplæ, vox, anhelitus, & pulſus, & motus inter extremos medius. Sed hæc ſigna temperato hoc noſtro climate valent, ſecus autem ſub varijs regionibus, Gallis, Germanis, & omni Thracio, & Scithico generi frigida, humidaque cutis eſt, ideoque etiam mollis, alba, & pilis nuda: Omnis enim naturalis hic calor in viſcera vnà cum ſanguine confugit, vbi dum feruet, animoſi, audaces, & præcipitis conſilij ſunt. Æthiopibus verò, & Arabibus, omnibuſque qui ad Meridiem incolunt, cutis ex ambientis æſtu, & naturali calore foris aƈto, uſta, dura, ſicca, & nigra redditur, toto corpore naturalis quidem caloris exiguam obtinet portionem, ſed alieno, & adſcititio incaleſceute.

DE CORDIS TEMPERATVRAE SIGNIS. Cap. VII.

CVM hactenus de vniuerſalis corporis temperatura tradiderimus, iam nos commonet ordo, vt de principibus eius partibus, & primû de corde dicamus ex Galeno. Calidioris cordis deprehenſiones, & ſigna ſunt magnitudo reſpirationis, & pulſatilis venæ celeritas, frequentia, audacia, & ad obeunda negotia impigra euigilantia; ſi autem plus acceſſerit caliditatis, tunc iræ præcipitatio, & furibunda temeritas adiunt: erit hiſpidus his thorax, præſertim pectus, & quæ ad hypocondria thoraci proxima, thoracis latitudo, caliditatis deprehenſio eſt, niſi cerebrum aduerſetur. Cuius proprietatis ſunt, quod is in dando tenax, obſtinatus, probus, & luxurioſus, vt alij addunt. Rhaſes. Pulſus, & anhelitus velox, pectus multis, & craſſis pilis denſum, tactu calidum, audax, iracundus, & obſtinatus. Habitudo præterea corporis inſpecta in magnitudine, & paruitate complexionem oſtendit cordis, pectus amplum, propriè cordis alterationem arguit, & præcipuè ſi capitis paruitas acceſſerit, vel non magnum. Sic enim ſi pectus paruum, & caput magnum, vel mediocre frigidæ complexinnis ſigna. Quod ſi pectoris, & capitis magnitudo erit, & capitis, & pectoris paruitas proportionalis, alia ſunt ſigna conſideranda. Frigidæ verò complexionis cordis ſigna, pulſus mitiores, reſpiratio pulſibus proportionalis, pectus tenuibus pilis veſtitum, vel magno exiſtente capite paruus fuerit thorax. Hi nanque natura ſunt meticuloſi, inertes, minimeque audentes, Addit Rhaſes: Pectus tangentibus frigidum. Frigidiores verò cordis ſigna: Pulſus aſperi, corpus ſiccum, niſi hepar obſtiterit. Sed animus in iram promptus, agreſtis eſt, impatiens. Rhaſes. Pulſus erit durus, totum corpus muſculoſum, pectus fuſcum, macrum, piloſum, venæ manifeſtæ, cutis dura, & craſſa. Humidioris ſigna cordis: Pulſus molles, & vniuerſum corpus humidius, niſi hepar obſtiterit, mos mobilis, facilè in iram proruens, & facile placabilis. Addunt alij. Animo timidi, hebetes, laboribus inhabiles. Addit Rhaſes. Pectus pilis nudum, caro ipſi mollis, & ſuauis. At primarum qualitatum cordis temperies ita ſe habent. Calidi verò, & aridi cordis ſigna: Pulſus aſperi, magni, celeres, & frequentes, reſpirationes magnæ, celeres & frequentes, hi autem omnium in pectore piloſiſſimi, nec non in hypocondrijs. In tractandis negotijs prompti, furioſi, celeres, & impudentes: Moribus tyrannici in iram ſuccenſi, & implacabiles. Rhaſes. Pulſum habens durum, velocem, & frequentem, multos in pectore & fæmore pilos fortes, & ſpiſſos, anhelitus magnus, & frequens, corpus vniuerſum tactu calidum, & muſculoſum, manifeſtas habens venas. Mos iraſcibilis, & obſtinatus. Frigidi verò, & humidi cordis ſigna: Pulſus molles, tenues in pectore pilos habent. Moribus nequaquam audaces, ſed timidi, & ſegnes, neque ad iram prompti, neque iram ſeruant. Frigidi, & ſicci cordis ſigna: Pulſus quidē duri, & parui, reſpiratio moderata, nullos prorſus in pectore pilos habent. Hi minus omnium iracundi ſunt, impulſi, irritatiq; in iram, eam cohibent, & compeſcunt. Id verò annotandum, quod ea, quæ de moribus diximus ad temperaturæ cognitionem, non de moribus, qui ex Philoſophia adueniūt, ſed ex inſitis & naturalibus. Sed Ariſtoteles bruta exiſtimat animalia, quibus cor durum riget, audacia quibus paruum, pauida quidem prægrande. Maximum eſt proportione muribus, lepori, aſino, ceruo, pantheræ, muſtelis, hyenis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis. Hirto corde gigni quoſdam homines proditur, neque alios fortioris eſſe induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, qui tercentum occidit Lacedæmonios. Ipſe conuulneratus, & captus, ſemel per cauernam latomiarum euaſit, anguſtos vulpium aditus ſecutus. Iterum captus, ſopitis cuſtodibus, ſomno, ad ignem aduolutus, lora cum corpore exuſsit. Tertio capto Lacædemonij pectus diſſeruere cauſa videndi, hirſutumque compertum eſt, vt tradit Plinius. Tradit Galenus quòd in magno corde calor paucus adeſt, nam extra fertur ad cætera membra viuificanda, mouendaque, vnde ipſum integrè non calefacit, ſed frigidum remanet, ex quo pauiditas. E conuerſo in paruo corde plurima ineſt caliditas, nam coarctatur propter loci anguſtiam, & ebullit vehementer. Quapropter cùm animum in corde habitare exiſtimetur, euiſceratos, ſecordes, & inanimes vocamus, vt cordatos audaces, & fortes.

CEREBRI TEMPERATVRAE DEPREHENSIONES. Cap. VIII.

NVNC ad aliam principis corporis partem deueniendum, ſcilicet cerebrum, ſignaque ex Galeno accipiemus. Si calidius fuerit cerebrum, cuncta circa caput rubra, & calidiora erunt, & in oculis venæ percipiuntur, capillorum his genitis repente in capite exoriuntur, qui ſi multo temperatis calidiores erunt, nigri, robuſti, & criſpi, ſi non multum multi quidem, inde nigreſcunt, procedente autem tempore calueſcunt. Superfluitas in palato, naribus, oculis, & auribus paucæ, & concoctæ. Rhaſes. Capitis & faciei tactus calidiſsimus, in oculis rubor, venæ manifeſtiores, capilli cito creſcentes, ſpiſsi, fortes, nigri, & aſperi, minimè ſomniculoſi, à calidis odoribus cito læduntur, eorum capita cito grauantur, & replentur, in cogitationibus veloces, & inſtabiles, in operationibus animalibus acuti, & veloces. Frigidi cerebri ſigna. Redundantias in ſuis effluxibus plures habent, capilli ipſis recti, rufi, ſtantes, & duri, poſtquam geniti, euadunt tenues, & ſine nutrimento, facileque à refrigerantibus cauſis offenduntur, atque hoc ipſo offenſionis tempore à diſtillationibus, & obſtipationibus narium capiuntur, tactæ corporis partes non admodum calidæ, neque vſquam rubor apparet, in oculis venæ non videntur, magiſque ſomniculoſi ſunt. Rhaſes. Frigida cerebri complexio his omnibus contraria operatur, eſt namque ſomnulentus, hebes, tardi intellectus, capilli capitis lenes, parum criſpi, detegere ei caput noxium, eiuſque palpebræ tardè mouentur. Aridioris cerebris ſigna ſunt: Sine ſuperfluitatibus, in effluxibus, in ſenſibus maxima perſpicuitas, vigilantiſsimi, capillos habent validos, & cito geniti euadunt criſpi, potiuſquam recti, celeriterque calueſcunt. Addunt alij: Duri ingenij hominem, & vacui, cui caput ſæpè doleat, temperati inceſſus, & motus. Rhaſes. Capilli his cito naſcuntur, & decidunt, vigiles, e naribus nil defluens. Humidi cerebri ſigna ſequuntur. Capilli ſimplices, neq; prorſus calueſcunt, ſenſus caliginoſi ſunt, ſuperfluitatum multitudo, multi ſomni, & profundi. Addunt alij luxurioſos eſſe, & temperati ingenij, pios, miſericordes, & ſimplices, vaniq; propoſiti. Eadē Rhaſes Hæ quidem ſunt ſimplices cerebri diſtēperantiæ, cōpoſitæ verò. Calidi, & humidi cerebri color bonus adeſt, in oculis venæ magnæ, ſuperfluitates plures, & mediocriter flaccidæ, capilli recti, & ſufflaui, nec facile calueſcunt, facile humectantibus, & calefacientibus obnoxij, læduntur Auſtro, iuuantur Aquilone, multum vigilare non queunt, ſomno ſe verſant, imaginumque in ſomnis ſunt multarum, ſenſus non habent ſatis integros. Si caliditati acceſſerit ariditas, ſuperfluitates minime redundantes, ſenſibus integri, minimè ſomniculoſi, citoque calueſcunt. Primus itaque capillorum ortus celerrimus, & bene coaleſcunt, capilli nigri, criſpi ſunt, caput tangentibus calidum ſentitur, capilli rufi etiam ad tempora vſque pubertatis. Rhaſes. Capillos in capite habent in vltimo fortitudinis, velocis ortus maximę nigredinis, & criſpitudinis, citiſsimè calueſcunt, in vltimo paucitatis ſomni, & profundi, animalium quoque operationum velocitatem habeat, velocis cogitationis, & clarorum ſenſuum, ſuperfluitates paucæ. Frigidi, & aridi cerebri ſigna. In oculis prominentes non habent venas, à frigidis cauſis haud quaquam difficulter læduntur, ac ſenſus quidem ipſis in iuuentute integri ſunt, & illæſi prorſus, at progredieures cito defloreſcunt, ideo etiam cito calueſcunt, capilli, parumque procedunt ſine nutrimento, & flaui. Frigidi verò, & humidi temperamentum efficit ſomnolentos, & graui ſomno ſopitos, & malos ſenſibus, & ſuperfluētes frigore effectos. Caput diſtillationibus, & obſtipationibus narium obnoxios, hi neutiquam calueſcunt. Cerebrum igitur temperatum mediocriter ſe habet in actionibus animalibus, & redundantijs, quæcunque per palatum, vel aures, vel nares purgantur, non offendūtur ab extrorſum aduenientibus. Talibus capitis pili infantibus ſubrufi, pueris autem ſubflaui, viris flaui, inde criſpeſcunt, nec facile calueſcunt, Subdunt alij. Ex complexione prouenit operatio virtutum cerebri, imaginatiuæ, cogitatiuæ, & memoratiuæ. Si cerebri complexio calida, ſunt imaginationes, & cogitationes corruptæ, ſi accidit melancholia, eſt timor ſine cauſa cùm malis cogitationibus. Mæſtitia eſt timor rerum impoſsibilium, & quando melancholia vritur, conuertitur homo ad ferinos mores, & omnes ipſius motus ſunt praui, & timoroſi. hæc impreſſio fit animæ propter impreſſionem obſcuram malencholiæ, quia habitus animæ corporalem ſequitur complexionem, & animaterretur propter humorem melancholicum nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro. Ex cerebri enim caliditate, humiditateque accidit homini meminiſſe, & obliuiſci. Cum eius temperatura medio modo ſe habet, in vtroque calido, & frigido, fit memoria, ex frigido verò obliuio gignitur, ſic a nimo frigido in cerebro fit lethargus, & ex adurentibus febribus fit delirium. Lucretius tertio libro de his meminit.

Eſt enim calor ille animo, quem ſumit in ira:
Cum ferueſcit, & ex oculis micat acrius ardor.
Eſt & frigida multa comes formidinis aura;
Qua ciet horrorem membris, & concitat artus.
Eſt etiam quoque pacati ſtatus aëris ille,
Pectore tranquillo qui ſit, vultuque ſereno.
Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,
Iracundaq; mens facilè efferueſcit in ira:
Quo genere in primis, nec eſt violenta leonum;
Pectora, qui fremitum rumpunt plerumq; gementes,
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.
At uentoſa magis ceruorum frigida mens eſt;
Et gelidas citius per viſcera concitat auras;
Quæ tremulum faciunt membris exiſtere motum.
At natura boum placido magis aëre viuit,
Nec minus irai fax vnquam ſubdita percit,
Fumida ſuffundens cæcæ caliginis vmbras:
Nec gelidis torpet telis præfixa pauoris:
Inter vtroſque ſita eſt ceruos, ſæuoſq; leones,
Sic hominem genus eſt, quamuis doctrina politos
Conſtituat pariter quoſdam, tamen illa relinquit
Naturæ cuiuſq; animæ veſtigia prima,
Nec radicibus euelli mala poſſe putandum eſt,
Quin procliuis hic iras decurrat ad acreis:
Ille metu citius paulo tentetur; at ille
Tertius accipiat quædam dementius æquo.
In alijs rebus multis differre neceſſe eſt
Naturas hominum varias, moreſq; ſequaces.

DE NOSTRI CORPORIS HVMORIBVS, EX QVIBVS *mores conijci poſſunt.* Cap. IX.

QVATVOR ſunt humani corporis humores, ſanguis, pituita, & vtraque flaua, & atra bilis. Sanguinis fons eſt cor. Galenus naturam ſanguinis cauſam eſſe vt per multa animalibus eueniant tum per mores, tum per ſenſus: Ratio eſt, quia materia totius corporis eſt, quippè cum materia alimentum ſit, ſanguis autem vltimum alimentum habetur, facit igitur, vt plurimum differentiæ exiſtat, ſi calidus, aut frigidus ſit, ſi tenuis, aut craſſus, ſi turbulentus, aut nitidus. Sanguinei viri ſigna ſunt: Craſſa corporis habitudo, color albus rubedine mixtus, corpore, viſuque floridi, & colore venuſti, hilares, & læti. Ob id Hippocrates, quod alij triſtes, alij hilares ſint, cauſam eſſe in elementis ait: nam qui defæcati ſanguinis ſunt, læti ſunt. Homerus quoque dixit, ob caloris copiam. Ariſtoteles in partibus animalium. Quibuſdam ſanguis liquidus, qui coagulari non poteſt, vt in ceruo, & lepore, & ſunt eiuſmodi animalia timida, quod habeant ſanguinem frigidum, & aquoſum. Quædam habent valdè ſpiſſum, ac terreſtrem, qui ſtatim coagulatur, vt taurus, cuius etiam venenoſus eſt, & ſunt calida, & audacia, nam terreſtris ſanguis calidus eſt, ſanguis qui tennior & frigidior, vim ſentiendi, intelligendiq; pleniorem obtinet, hoc idem diſcrimen in ijs quoque habetur, quæ ſanguini proportione reſpondent, quamobrem apes, & eiuſmodi animalia ingenioſiora multis ſanguine præditis ſunt. Nec non inter ea, quæ ſanguinem habent ingenioſiora ſunt contrarijs, quæ ſanguinem habent frigidiorem, & tenuiorem. Sed optime conſtat, quæ calidum tenuem, & ſincerum habent, quippe quæ in viribus corporis, & animæ ingenio plurimum valent. Ab eo Plinius. Sanguis quibus multus, & pinguis, iracunda animalium, fortiora quibus craſſus, ſapientiora quibus tenuior, timidiora quibus minimus, & quibus nullus hebetia, pinguiſsimus aſinis, homini tenuiſſimus. In homine vis eius ad ſingula momenta mutatur, ad ſingulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis, item ruboris, alius enim iræ, alius verecundiæ, nam & in metu refugere, & nuſquam eſſe certum eſt. Schola Salernitana.

Natura pingues iſti ſunt; atque iocantes,
Semper rumores cupiunt adire frequentes,

Hos Venus, & Bacchus delectant, fercula, riſus,
Et facit hos hilares, & dulcia verba loquentes.
Omnibus his ſtudijs habiles ſunt, & magis apti,
Qualibet ex cauſa, nec hos leniter mouet ira.
Largus, amans, hilaris, ridens, rubeique coloris,
Cantans, carnoſus, ſatis audax, atque benignus.

Lydus pedagogus Plautinus dolet ſe eſſe ſenem, & exanguem, & ſine viribus, & Piſtoclerum eius diſcipulum iuuenem validum, & ſanguine plenum.

Nil moror diſcipulos mihi eſſe iam plenos ſanguinis
Valens, afflictant me, nunc iam vacuum virium.

Pituita reſidet in cerebro. Signa ſunt, albedo in carne, color obſcurus, croceus, agiles hi, mente leues, ingenij celeris, & iracundi. Eadem.

Phlegma vires madicas tribuit, latoſque, breueſq;
Phlegma facit pingues, ſanguis reddit madiocres.
Ocia non ſtudio trahunt ſe corpore ſummo.
Senſus hebes, tardus motus, pigritia, ſomnus.
Hic ſomnolentus, piger, in ſputamine multus.
Eſt huic ſenſus hebes, pinguis, facit color albus.

Qui autem bile abundant, quæ in ſplene reſidet, color eorum obſcurus fuſcus: inertes ſunt, puſillanimi, & timidi. Plato in libro de ſcientia, ingenio eos pollere ſubdit, qui furore corripi, & excitari ſolent, & in Phedro ait: Poeticas fores fruſtra abſque furore pulſari. Democritus quoq; dixit, ingenioſiſsimos maximè furore quati. Loxus melancholicos triſtes vocat, & mæſtos, propter ſpirituum obſcuritatem, & modicum calorem. Cumque vapores in cerebrum aſcendunt, terribilia phantaſmata, & apparentias demonſtrant. Sic ſanguineos hilares vocat, propter ſpirituum claritatem. Sic phlegmaticos ſegnes, ex ſuperuenientibus periculis nullatenus ad iram prouocari. Cùm humor ebullitioni aptus non ſit. Cholerici ſigna ſchola apponit.

Eſt & humor cholera, qui competit impetuoſis.
Hoc genus eſt hominum cupiens præcellere cunctos.
Hi leuiter diſcunt, multum comedunt, citò creſcunt.
Inde magnanimi ſunt, largi, ſummaq; petentes,
Hirſutus, fallax, iraſcens, prodigus, audax,
Aſtutus, gracilis, ſiccus, croceique coloris.

Sed macri, nigri, hirſuti, & qui latas venas habent, prærubri coloris aptiſſimi ſunt, vt in ijs melancholicus humor cumuletur. Subdoloſos facit melancholia, ad iram concitatiores, & propenſiores, auaros, timidos, triſtes, ſeditioſos, & inſidioſos. Aſpectus tetricus cum animi malitia, & tædio. Oculis prominentibus, labriſque craſsis vt plurimum, ob ſpirituum craſsitiem, fuſci ſunt, quia humor ad cutem labitur, piloſi, quia multis, & craſsis excrementis abundant, lingua veloces, balbi, & exili voce loquantur, ob linguæ incontinentiam, nam à ſpiritu craſſo, linguæq; motiones fiunt. Sed atra bilis duplex eſt, quarum altera naturalis dicitur, altera verò aduſtione contingere, naturalem eſſe denſiorem, ſicciorémq; ſanguinis partem, aduſtam verò in quatuor ſpecies diuidi, aut naturalis melancholiæ, aut ſanguinis purioris, aut bilis, aut pituitæ ſalſioris combuſtione concipitur. Ex quatuor his iudicio nocumenta inferuntur, vt pote furor, concitatione, inania, ſtupiditas, & ſtoliditas, ſola verò atra bilis naturalis indicium confouet. ſed non ita ſimpliciter cēſendum eſt: nam ſi ſola ſit, nigra & denſa, hebetudine impertitur, ſi pituitæ commiſceatur, torporem; ſi pauca eſt, vt ſanguis, & bilis, & ſpiritus deficiant, inconſtantiam ingenij, & memoriæ fluxum largitur, ſi exuberat, vix marcore excitabitur. Sed neceſſe eſt eſſe prætenuem, copioſam, & in æquilibrio bilis; nec deterioris pituitæ deſit humor, vt ex tribus vnum conſurgat copris; vt octo ſanguinis partes, duæ bilis, duæ item bilis atræ portiones exiſtant. Accendatur bilis atra, & à duobus illis non aduratur, ſed accenſa fulgeat. Et ob id Heraclitus. Lux atra ſicca, anima ſapientior. In Problematis Ariſtoteles ait. Omnes homines, qui ingenio claruerunt, vel in Philoſophiæ ſtudijs, vel in Republica adminiſtranda, in carmine pangendo, vel in artibus exercendis melancholicos oēs fuiſſe, & multis horum uitis atræ bilis infeſtari, vt Hercules, qui etiam ſacro morbo obnoxius fuit. Lyſandro Lacedæmonio ante mortem genus vlceris emerſit, quod ex atra bile conſtitit. Adde Aiacem, & Bellorofontem, quorum alter penitus ad inſaniam prorupit, alter loca perſequebatur. Vnde illud Homeri.

Aſt hic

Aſt hic, quando etiam grauior Dijs omnibus, errat
In campos ſolus latos, atque auia rura,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Quin pleroſq; alios ex Heroum ordine morbo eodem laboraſſe compertum eſt. Annis poſterioribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios complures viros inſignes hoc fuiſſe habitu nouimus, & quamplurimos Poetarum. Fuit & Eurilocus acerrimo quidem iudicio, cuiuſmodi ferè omnes, qui atra bile affecti ſunt, & Phauorinus hanc affectionem heroicam vocat. Natura calido, & frigido temperamento conſtat. Atra bilis & calidiſsima, & frigidiſsima reddi poteſt, ſed non per ſumma, verum penitus eſt frigida, quæ ſi modum excedit; hominem fatuum, attonitum, aut obtorpentem, aut anxium, & formidoloſum. Sed ſi admodum vitale fuit; ſec. ritatem animi, cantilenas, & mentis alienationes, & vlcerum eruptionem parit. Nam quibus multa, & frigida bilis atra, ſtolidi, & ignaui ſunt; in quibus per multa, & calida, ij periti, ingenioſi, amaſij, propenſi ad excandeſcentiam, cupiditatemque, & loquelam; multi ad inſaniam, aut ad lymphaticam triſtitiam deueniunt, ex quo Sibyllæ, & Bacchæ, & omnes, qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, quod nõ niſi naturali intemperie accidit. Marcus ciuis Syracuſanus, præſtantior Poeta erat dum mente alienaretur. At quibus ille calor remiſſus mediocriter, longè prudentiores, præſtantioreſque alijs in literarum ſtudijs, & artibus, & in Republica. Affertque ad ſubeunda pericula magnũ diſcrimen; alij maiorem in modum ſibi confidunt, vt etiam Archelao Regi Macedoniæ euenit. Summa igitur eſt, quod melancholici varij, & inæquales ſunt, nam & calida & frigida reddi bilis poteſt, & quoniã maximè vim morum inſtituendorum retinet (nam mores maximè omnium, quæ in noſtro corpore habentur, calidum & frigidum inſtituunt) ideo varijs moribus informat, & quum portio temperata ſit frigidior, calidiorque, facit vt melancholici omnes non per morbum, ſed per naturam ingenio ſint ſingulari. Galenus item tertio de locis affectis. Macri inquit, nigri, & hirſuti, & quibus latæ ſunt venæ, aptiſsimi cenſentur, vt huiuſmodi atræ bilis humor cumuletur; fitque interdum, vt rufo colore homines in melancholicam temperaturam recidant, poſt hos flaui, idq; ſi vigilijs, multiſque fuerint laboribus nutriti, ſollicitudine, & victu tenui additis. Schola.

Reſtat, & adhuc triſtes choleræ ſubſtantia nigræ,
Quæ reddit prauos, per triſtes, pauca loquentes.
Hi vigilant ſtudijs, nec eſt mens dedita ſomno.
Seruant propoſitum ſibi, nil reputant fore tutum.
Inuidus & triſtis, cupidus, dextræue tenacis.
Non expers fraudis, tumidus, luteique coloris.

CONTRA PLATONEM, ET QVOMODO PER ANIMALIVM *partes ſit iudicandum.* Cap. X.

SENTIEBAT igitur Plato, quod ſi homo vniuerſum corpus alicui prorſus animali conſimile habuerit, iiſdem etiam moribus, & affectibus, quibus illud afficeretur. Vni leonum generi robuſtiſsimum eſſe, & animoſiſsimum largiuntur, aiuntque neceſſe eſſe aliquod ſignum ineſſe ei, quo animoſitas, & fortitudo eius pernoſcatur, idque latum pectus, amplos humeros, & magnas extremitates habere, & ex his ſyllogiſmum deſumunt Omne habens latum pectus, humeroſque, ac magnas extremitates forte eſt, & animoſum. Alij verò tali animali corpus, & propriam animam adſcribebant, putabantque tales mores in totum, vel in partes ei ineſſe, qui huiuſmodi corpus, vel corporis partes poſsideret, idque in cæteris animantibus faciunt, vt cani contumelioſum, vel impudentem, oui verò manſuetam eſſe. Sed id nos nentiquam verum eſſe reticebimus; nam nullus nunquã homo alterius animalis corpori ſi conferatur, in vniuerſum aſſimilabitur, ſed ſi quadamtenus conſimile fuerit, in partibus id continget. Partes, vel ſigna, quæ animalium affectus decernunt, vel affectus ipſi, alij proprij ſunt, alij communes, proprij ſunt, qui vim tantum animalium generi competunt, vt canibus eſſe contumelioſum, aſinis verò indolens. Communes alij omnibus, alij pluribus inſunt; communes omnibus vſque ad formicas eſt contumeliæ affectus; communes pluribus ſunt ipſius Veneris effectus, qui etſi cunctis, nullis tamen certius, quàm aſinis, & ſuibus competunt: onde omnibus animi affectibus propriæ reſpondent corporis diſpoſitiones; ſic communibus communes. Sed communia ſigna perparum, aut nihil Phyſiognomoni cõducunt, quia communes affectiones oſtendunt, quæ leoni, ceruo, & apro eædem ſunt, & ſi quis in communibus ſignis aſſimilabitur, cur potius leoni, quàm ceruo, vel apro aſsimiletur? Propria ergo ſigna eligenda veniunt. Sed neque hæc quoque ad rem faciunt; nam propria ſigna nulli propria

niſi cui propria ſunt, nulliqne competunt; propriamque paſſionem oſtendunt; & ſi alteri competerent, propria ſigna non eſſent, & quùm effectus proprius nullus ſit animalium, ex qnibus Phyſiognomoniam exercemur, nullum igitur ſignum peculiare erit. Nam non ſolum leo fortis, ſed taurus, & aper, nec ceruus timidus, ſed lepus & felis: vnde ſi qnis communibus, vel proprijs ſignis vt velit, fruſtra terat operam, nec voti compos fiet, ſed oportet ea animalia conſiderare, quæ communi aliqua affectione notantur, & ex ijs ea ſigna notanda veniunt, quæ ſolis illis, & non alijs communia ſunt, ſignumque illud non effectn mutuò conuertatur, vt cni ſignum competit, eidem pariter & affectio; & cui affectio, eidem pariter, & ſignum competat; & animalia, quæ eiuſmodi affectionibus vacant, ijſdem enim quibus præmonſtrantur, ſignis vacent. Sed ne clariorem monſtrandi viam intercipiamus, exemplum apponere rationi non valdè inconſentaneum videtur. Si quis ex leone fortitudinis notas accipiet, ſcilicet extrema magna, ea etiam reliquis fortibus videbit contingere, vt pote tauro, equo, & apro, quæ etiam extrema magna habent, & robuſta ſunt. Vnde argumenti ſedes conſtituitnr Phyſiognomoni. Qui extrema habuerit magna, fortis erit. Sed ne in ſignorum electione nos falli contingat, quum vniuerſum genus duplices affectiones, geminaque ſigna habuerit, cni affectioni quod ſignnm conueniat, vel vtrique, vel neutri. Contingit enim leonum generi duplex affectio, ſcilicet liberalitas, & fortitudo: quoqne alia ſigna mira præſeferet, elatam frontem, & magna extrema. ne igitur remoretur anceps animus vtrum elata frons munificentiæ, vel roboris nota ſit, hac vtendum eſt methodo. Nos ſedulo taurum, equum, & aprum, aliaque robuſta animalia intuebimur, & ſi hæc ingentes extremitates habere conſpiciemus, & liberalia non ſunt, neque elatæ frontis ſigna præſeferant; id ſignum liberalitatis potius, quàm roboris erit. Inſpicienda quoque veniunt alia animalia, quæ munificentiſsima ſunt, & elata fronte incedere videbuntur, ob id, qui huic ſtudio nautant operam, omni prorſus diligentia animalium hiſtorijs inuigilent, vt eorum affectiones, mores, deſcriptiones, & partes magnopere calleant, & conſiderent, vt hinc totum negotium pendere videatur. Nec floccifaciendum remur id notarum diſcrimen, quod aliqua cognatę ſint, æliæ aſcititiæ, cognatæ ſunt, quæ nobiſcnm ingenitæ, ab ortu vſque ad mortem manent vitæ coçuæ, vt frontis latitudo, naſi ſimitas, & ſimilia: aſcititiæ verò, quæ caſu contingunt, vt orbitas, & faciei color. Cognatæ animæ affectiones notant internas, & naturales ſunt, vt gaudium, & metus: accidentales autem animæ paſſiones ſunt, Arithmetica, Medicina, Theologia, quas ex ſignis cognoſcere non poſſumus. Huc afferre lubitum eſt, vt non à re alienum, quod Ariſtoteles Alexandro ſubit; Quod non creauit Deus creaturam homine nobiliorem, nec collegit in alio animali, quod in eo poſuit, cùm non ſint in aliquo animalium conſuetudo, vel mos, quem non repperias in homine. Eſt enim audax vt leo, formidoloſus vt lepus, largus vt gallus, amarns vt canis, durus & auſterus vt coruus, pius vt turtur, malitioſus vt leæna, domeſticus vt columba, verſipellis vt vulpis, mitis vt agnus, velox vt capreolus, humilis vt pardus, piger vt vrſus, carus vt elephas, vilis & ſtolidus vt aſinus, obeuiens vt pauo, garrulus vt paſſer, vtilis vt apis, vagus vt caper, indomitus vt taurus, recalcitrans vt mulus, mutus vt piſcis, rationalis vt angelus, ſalax vt porcus, malitioſus vt bubo, vtilis vt equus, noxius vt mus; & tandem nec vegetale, nec minerale, nec aliqua ſubſtantia, qnæ cum homine aliquod proprium non habeat. Adamantins, cuiuſcunque animalis mores omnes manifeſti ſunt ex effigie; quæ moribus illis conuenit; vt leonis mos iraſcibilis, & fortis, & effigies talis. Pardi facies delicata; ſed iracundus, inſidioſus, doloſus, timidus ſimul & audax, quæ figura etiam his omnibus congruit. Vrſa crudelis, doloſa, ferox, & ſæna. Apro eſt iracundia inconſiderata, boui ſeneritas, & ſimplicitas, equo inſtantia, & honoris cupidicas, vulpi doli, & inſidiæ, ſimiæ ſcurrilitas, & diſſimulatio, oui ſtoliditas, hirco ignauia, ſni immnndicies, atque guloſitas; ſimiliter cæterorum volatilium, & reptilium effigies moribus conueniunt. Si igitur homo partem, aut membrum aliquod feræ, vel aui ſimile habeat, ab his neceſſe eſt ipſum Phyſiognomonizari. Si nanque oculos charopos, & mediocriter concauos videas, leonis te admonebunt, ſi valide concauos, maligni moris ſunt; & ſimiam referunt; ſi plani fuerint, bouinos oculos tales dicit; ſi eminentes ſtupidi, & iniurij, ſicut aſini.

QVAE PARTES QVOS MORES DEMONSTRENT IN *animalibus, vt & humanos prænoſcere poſsimus.* Cap. XI.

HVNC aliqua animalium recenſebimus, partes eorum oſtendendo, quibus mores dijudicari poſsint, eas quam homini comparando, ſuos deliteſcentes pernoſcamus; & à leone omnium principe incipiemus.

Leonis imago ad viuum delineata.



Leo capite medioeri conſtat, fronte quadrata, in medio magis caua, eminente ſupercilio, & naſum verſus veluti nube, ſed frontis id, quod ante caput, elatum habet, oculis charopis, non valdè rotundis, neque valdè prominentibus, ſupercilio prægradi, naſo craſſiori, quàm tenuiori, ſubrotundo, craſſo, & ſolido, ſuperiori maxilla non prominente, ſed inferiori æquali. ore amplo, labris tenuibus in ore magno, ita vt partes ſuperiores inferioribus ſuperinieſtæ, ijſdem locis iuxta labiorum angulos, collo magno, ſed mediocriter craſſo, qui vno oſſe rigido conſtat, cui collum, armoſque veſtiant iubæ, pilis infima parte criſpis, pectore robuſto, metaphreno lato, coſtis, & dorſo valdè firmis, oſsibus adeo robuſtis, ac ſolidis, vt exiguam admodum, & perobſcuram medullã habeant, vt prorſus carere videantur, tantaque duritia, vt ignis elidatur, veluti è ſilice, colore fuluo, pedatim graditur, tarde, & pedibus multò diſtantibus, humeris ad ſingulos paſſus commotis, voce graui. Ingenio eſt liberali, magnanimo, victoriæ cupido, forti, miti, iuſto, & pio, amore, cum quibus verſatur, afficitur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Viua Pardalis effigiatio.



Pardalis autem habet faciem paruam, os paruum, oculos paruos, albicantes, ipſoſque circumuagantes magis, frontem oblongam, verſus aurem rotundam magis, quàm planam, collum valdè longum, & tenue, pectus paruis coſtis præditum, dorſum longum, clunes carnoſas, & fæmora, partes verò circa ilia, & ventrem magis planas, ideſt non protuberantes, nec canas, colorem varium, corpus totum inarticulatum, & aſymetruni. Ingenium molle habet, vel effeminatum, iracundum, inſidioſum, fraudulentum, timidum ſimul & audax. Equus argutum habet caput, oſſeumq; piloſum, verticem iuxta oculos procidentem, nares patulas, vt apertiores meatus habeant animæ, maxillas paruas, aures breues, arrectaſq; rectam ceruicem, & altam, iubam in collo denſum, & ſubcriſpam, pectus toroſum, aluum breuem, & ſubcriſpum, ſcapulas latas, & ſubſidentes, ſpinam duplicem, crura alta rectaq;, genua rotunda, non magna, nec intro ſpectantia, clunes ſolidas, caudam longam, ſetoſamq;, in inceſſu humeri ſubcommouentur, ac genua flectuntur, eleuanturq;. Sed magno, elatoq; ingenio eſt, vt audactius inſultet, & geſtiat, inſolenſque efferatur. Equa comata, mollitie, inſolentiaque diffluens ſuperbit, eam quamobrem aſinis iniri non fert indignatione, cuiuſmodi effectus gnari, qui ſibi mulos gignere querunt, equæ iubam tondent, ſic ea ignobilem maritum, cuius prius pudebat, facillimè patitur. Aſinus capnt grande haber, faciem carnoſam, & magnam, frontem rotundam, oculos magnos, eminenteſque labia craſſa, & ſuperiora, magis eminētia, rudiſsima, & abſona voce rudiens, corpus macilentum & difforme, cor maximum, & ſanguinem nigerrimum, & craſsiſsimum, tardum inceſſu, & pigrum, eo quę verberibus promouendum, magnū mutonem, longumque. Sed ineptiſsimis eſt moribus, & de genere animo, & timido ingenio manſueto, & miti, placidoque: obuijs in via cedere neſcit, intemperans circa Venerem, cura & ſollicitudine carens, piger ad iurgia, & iniurias pacientiſsimum, & longæuum. Ceruus oculos magnos, faciem non carnoſam, naſum ſimum, collum oblongum, exile, crura pér quàm gracilia, miræ pernicitatis, viſus, & auditus. Cor magnum, vt omnibus timidis, ſanguis non vt cæteris, ſed fluidus, vocem acutam, ſed grauiorem, quàm fęminis, quæ tempore coitus rauceſcit, & fætent, pilum mollem, & calore ſufflauum. Salax animal ſuapte natura, & libidinis tempore efferatur. Ingenio, & prudentia conſtare videtur, ſimplex & omnium rerum miraculo ſtupens, longæuus & ſtupidus. Taurus proceris cornibus, ac lunatis, fronte lata, nebuloſa, minaci, & torua, magnis & irtis auribus, naribus

reſimis


reſimis, patuliſque, ceruice lata, toroſa, compacta, palearibus amplis, ad genua promiſsis, lateribus porrectus, lumbis latis, dorſo recto. clauibus rotundis, ſanguis fibris refectior, omnium celerrimè coit, dureſcitque, craſsiſimus, & nigerrimus, grauem vocem habet, ſed acutiorem, quàm vacca, torue obtuetur. Ingenio bellator, iracundus, furibunduſque, incitatus eo impetu cornibus appetit, & animi effrenatione fertur, vt nil eum neque metus, neque bubulcus reprimere poſsit. Bouis verò facies carnoſa, magna, & longa, oculi magni, caui, mites, frons quoque magna, vox grauis primum, & in fine acuta. Eſt autem ingenio miti, remiſſo, & minimè peruicaci, ſimplicitatem quandam, & grauitatem in moribus præfert, tardo, quærulo, & indignabundo. Canum plura genera, forma, & mores varij. Venatico caui mediocre caput, ſub fronte venoſum, pellis ſupra oculos horrida, & nebuloſa, aures hirtæ, naſus amplus, imæ nares rotundæ, & ſolidæ, & ferè obtuſa, os magnū, fauces largæ, & profundæ, labia tenuia, & in angulis vtrinque laxa, ita vt pars ſuperioris labij iuxta angulum inferiori labro ſupra implicatur, ilia ſuccincta, pectus amplū, articulatumque, coſtæ prominentes, vox grauis, ingenio robuſtus, audax, & magnanimus. Sagaci cani caput ſupra menſum, maiuſculum, & ad perquirendum feras ſagaciſsimus. Cani leporario ſupra lumbos in cinctu graciles ſunt, & venationis ſtudio tenentur. Cani domeſtico, ſiue cuſtodi, frons plana, ſerena, exporrectaque, vt imitetur aſſentatores, vox plena conuitiorum, & maledicentiæ, oculi igniti, ſuperius labrum, & gingiuæ prominentes circa caninos dentes, os nimis reſciſſum, naſi extremum tenue, oculi aperti. Eſt autem ingenio vociferator, malignus, ſubſannans, contumelioſus, aſſentator, vorax, crudelis, demens, impius, iracundus, & imprudens. Hirco ſunt oculi in oculorum angulis contruſi, armis, cruribus: & tibijs, quàm uilloſiſsimi, vnde hircinus homines denſorum pilorū dicimus, grauiſsimè olet, & ob id graueolentiam alarum hircinam, & hircoſos graueolentes dicimus. Vox aſpera, ob id pubeſcentes primo pueros hirciſsire dicunt. Ingenio petulci, & ſemper ad coitum feruentes. Sus pilum craſſum, rigidum, & erectum habet, frontem anguſtam, oculos paruos, cauos, profundoſq;, ſupercilium naſum verſus deorſum nutāt, ad tempora verò eleuantur, pars naſi extrema craſſa, os totum valdè porrigitur, labia craſſa, rotunda, & foras extenta, collum nimis craſſum. Ingenio animal maximè brutum, ſtolidum, iracundum, ſuperbum, luxurioſum, nullius diſciplinæ capax, impurum, vorax.



Apri pilus duriſsimus, ſanguis refertior fibris, oculi iracundis ſimiles, apertis palpebris patuli. Animoſus, peruicax, & ſemper ferus. Vrſus animal informe, collum breue, corpus craſſum, nix mobile, roſtrum oblongum, inſtar ſuilli, uilloſum totum, vorax. libidine flagrans, trux, ſupra omnem rabiem ſæuit, feritate cæteras beluas ſuperans, malignum, fraudulentum, vtcunque manſuefactū ad ſuum ingeniū reddit. Tigridi corpus, vt leonum validum, & cōpactum, tale os, facies ei conſimilis, in ima fronte laxa pellis nutat, & ſimiliter dentes frundunt, oculi igneo ſplēdore micant. Animal ferox, audax, robuſtum, indomitum, rabidum, vt elephantē ſuperet, nec vnquam feritatē exuat.

Lupo

Lupi faciem hoc modo effingendam duximus.



Lupo color fuluus, oculi ſplendent, lucemque iaculantur, collum oſſe uno perpetuo riget, vt cõtorqueri, verſarique non poſsit, & ſi retro uelit aſpicere, totum corpus retorqueat neceſſe eſt, vorax, inſidioſus, iracundus, & peſsimus.

Vulpis effigies ex viuo.



Vulpis villos habet altos, & vberes, colore ruffos, oculos anguſtos. Ingenium doloſum, & inſidioſum, & machinans ſemper mali. Simia oculos paruos, & cauos habet, aures paruas, nares ſimas; ob id ſima dicta, labra craſſa, vt ſuperius vltra inferius emineat, dorſum paruum, vngues imbricatas, caret naribus: ad hæc manus, digitos, & omnia, ſicut homo habet, ſed rudiora & efferatiora. Moribus eſt malignis, fraudulentis, puſilli animi, libidinoſis, ſtultis: affectuoſum animal, & ad omnia imitanda habile; omne quod corpore agitur, ſi doceatur, præclarè diſcit, idq́; ipſum actione repræſentat ſcurrile, ſimulatione inſigni, iniuriarum meminit. Ouis pilo conſtat molli, oculis patulis & ſemper apertis, colore aquino, voce molli & remiſſa: Ingenio miti, placido, meticuloſoque. Lepus oculos charopos habet, punctis milij magnitudine circa pupillas notatos, palpebris claris vigilat, apertis dormit, magnis auribus: Villoſiſſimus animalium, pili enim in buccis intus, & in pedibus, iidem molles, vocem acutam, ſanguinem tenuem, & ſine fibris, cor maximum, timidum, imbelle, & luxurioſum animal. Feles paruum habet dorſum carne laxa, & molli, facies valde parua: Puſillanimi debiles, & imbecilles. Crocodilus cute eſt contra omnes ictus inuicta, dentibus magnis & exertis, rictu aperto vſque ad aures, caput decenter magnum, oculi parui: Improbus, fallax, inſidioſus, timidus, vorax, vt homines, equos, & omnia voret, quæ dente apprehendit.

Hæc figura expreſſa eſt ex Chamæleontis imagine ad viuum, quem domi ad id opus viuum affereamus.




Chamæleon colorem mutat ſubinde, redditque quem proximè attigerit, ſanguine ferè caret. Nullum animal pauidius exiſtimatur. Rana non alibi ſanguinem, quàm oculis habet, latera turgida & inflata: Impudens eſt, ſtultiloqua.

Hac pictura inferius ſignata Rubeta exprimitur.



Rubeta verberata expletur ſpiritu, exaſperat terga, tam proterué fit audax, vt inſiliat in proximum. Stellio exanguis tranſparens, pallidi coloris: Timidus, inuiduſq́;. Sed ad aues diuertamus.

Auium reginæ Aquilæ, & Perdicis icones adducimus.




Aquila oculos charopos habet, cauos, & profundos, naſum aduncum à fronte, benè articulatum, oſſa duriſsima, craſſiſsimaque, quibus medullæ minimum ineſt, pennas duras, vt ſi cum alijs commiſcueris, exedit: vnguibus aduncis. Animal ferox, bellicoſum, magnanimum, liberale, regium, rapax, & animoſum. Accipitres oculos cauos habent, ſplendidos mobiles, pectus amplum, coxas latas, diſtantes, vngues validos, pedes magnos, robuſtos, roſtrum aduncum: Libidinoſi ſunt, præcipites, animoſi, & rapaces.

Proximè ſubſequentes icones Gallum, & Pauonem repræſentabunt.



Galli pennas duras habent, naſum concauum, & frontem rotundam, & ſurſum eminens rotundum, oculos ſplendidos, vocem grauem, ſuperba & ardua ceruice graditur: Luxurioſi, fortes, pugnaces, & glorioſi, & imperitant ſuo generi. Pauo animal pulcherrimum, elata & alta ceruice graditur, & pennis, quas maximum ornamentum putat, maximos ſpiritus ſumit, inflatus incedit, formam ſuam ipſe miratur, auricomas pennas expandit, & velut pratum floribus refertum erigens oſtentat, & oculis ſe luſtrans orbem circumducit, & ambitioſiùs ſe gerit, cauda annuis vicibus amiſſa, pudibundus latebras quærit, donec renaſcatur: Viget gloria, & intellectu. Pſitacus paulò maiori eſt capite, lingua lata, vt penitus humana lingua loqui videatur, ανθρωπόγλωττον dicunt. Ingenio, & ſagacitate inter cæteras præſtat. Columbæ, lagopodes, attagenæ villoſis tibijs ſunt, & hirſuti, & luxurioſa animalia. Anſer, ciconia, grus longo ſunt collo, & ingenioſa, ſagaciaque. Cornix, coruus, nigerrimæ aues, timidæ ſunt, & rapaces, vt Æthiopes inter homines: ſed coruus naſum ſtatim à fronte incuruum habet, oculos lucidos: Luxurioſus, & latro. Bubo magnũ caput, magnoſque oculos, collum perbreue, vorax: Stulta auis & timida, vt ab auiculis diſcerpatur. Coturnices pennas duras habent, oſſa dura, ſolidaque. Pugnax, & luxurioſiſsima auis. Nec à piſcium formis, moribuſque adhorret Phyſiognomus, exempla tibi comparans. Cephalus capite maior iuſto eſt, vt capito nuncupetur, roſtro retuſo, depreſſoque, labijs craſsis, vnde labeo dictus: Cenſetur ridiculus, vt meto capite adſcondito, ſe totum occultaſſe credat: Salax, vt ſua capiatur ſalacitate; nam fœmina longinqua linea per os religata, ipſe inſequens, in laqueos incidat. Merula, miluus, coracinus, melanurus, & meladerinus nigri ſunt, gregales & timidiſsimi, vt Æthiopes. Lucius, lupus, dentex, faber, canicula.

Ex piſcatricis Ranæ, & Lamiæ figuras donamus.



Rana piſcatrix, lamia, vranoſcopius hianti & ſupra omnes patulo ſunt ore, vnde inter cęteros voraciſsimi ſunt, nec ſui generis parcunt, nec deniq; ipſi homini, ſi natantem offendant. Aper validiſſimus dentibus, & ſi prædura pelle armatus. Sic glanides, auria, zizæna, triſcus truculẽtus aſpectu, xiphia vtraq; maxilla roſtrata, ſed ſuperior in dirum mucronẽ procedit, rectuſq; porrigitur: Sunt & audaces, belligeri, feroces, robuſtiſsimi, vt non permagnos piſces modo, ſed animoſiſsime homines aggrediantur, vt apros, tigres, & leones animoſitate ſuperent. Mollia, vt polypi, ſepiæ, & loligines ſanguine carent, cerebrum habent, continent & atramentum, colore ſunt ſubalbido, & genitalia habent, & ſi hebetia, & bruta ſint, mira pollent ſolertia. Ad ciborum venationem colorem mutat ſaxorum, quibus hærent, nec ſolum ad eſcam, ſed in metu maximo, vt inſectantium piſcium, & piſcatorum ſubterfugiant techuas: atramentũ etiam aſpergunt: Flagrant Veneris libidine, adeò vt viribus exhauſti contabeſcant, vt vilium piſciculorũ præda efficiantur. Vmbrina, & blennus magno ſunt capite, ignaui, & ſtulti, vt ſe abſcondi putent, cũ caput abſcõdant. Hirudò, miluus, cuculus, lyra, & oculata, à quibus præcipue nomen traxit, magnos ſecundum corporis proportionem oculos ſortiuntur: Sed gregales, imbecilli, timidiſsimi, velociſsimiq; vt nõ nare, ſed volitare per aera videantur.

TROGVS E VARIIS CAELI LOCIS HOMINVM MORES conijci poſſe dixit. Cap. XII.

AT Trogus, qui ex varijs cæli habitibus diuerſas morum conijectabat temperationes, iiſdem argumentis afficietur, quibus & ij, qui ex digniorum animalium partibus, & aſpectibus animi facultates obſeruabant. Nos ne faſtidium potius, quàm nouam doctrinam diſcentium animi, pariamus, à præſenti orationis nexu diſsita ſit hæc pragmatia. Sed de morum temperatura, corporumque formis ad varios cæli aſpectus ecquid maiores noſtri in Medicina, Philophiaq; digniſſimi proceres perſcripſerint, futurum operæpretium arbitror, ſi in medium exhibuero. Hippocrates libro de aere, aquis, & locis ad regionis habitum, qualitatemque, hominum mores reſponſum habere demonſtrat. Vbi, inquit, nullæ, aut paruæ temporum mutationes ſunt ſub Septentrione, ibi Sol perpetuo Solſtitio accedens, exiguo tempore calefaciens, ibi perpetua hyems. Vnde cogitationes v,oluntates, & opiniones hominum nunquam mutantur. ob id

ſunt

ſunt perſiſtentes in propoſito, peruicaces, & ſtabiles, & quia ibi perpetuus cæli tenor, ibi deſidia, & ſegnities adſunt. A ſegnitie, & otio naſcitur timiditas, & ideò timidi. Ob minus temporis frequentes mutationes ſunt corporibus, formis, & moribus ſimiles, quia aer ſemper nubilus, attrahunt aerem aquoſum, & denſum, bibuntque aquam ex niuibus, & glacie reſolutam: & continua ſegnitie corpora ſunt craſſa, carnoſa, iuncturæ humectæ, & inefficaces, vnde neque arcum tendere, neque tela torquere poſſunt. Mulierum corpora ad miraculum vſque pinguia, & fluxa, & coloris fului, ob ingens frigus: à frigore nanq; albedo exuritur, & fit fulua, & ob nimiam humiditatem ad coitum ſunt impotentes. Ariſtoteles in Problematis, vt efferis aſpectibus, ita & moribus dicit, quia & frigoris exceſſu, vel caloris etiam corporis temperamẽtum peruertitur, ſic facies & animus minus prudentes quoq; dixit, quia calidiores longè quàm ſua natura, vt vinolentis ſimiles, nec ingenio valent, quo proſpiciant, ſed fortes, & ſperantes in ſe. At vbi frequentes temporum mutationes ſunt, ſub zona torrida, ibi duæ ęſtates, duæ hyemes, & quatuor autumni, ibi variæ ſunt hominum cogitationes, & opiniones, nam mens ex temporis mutatione calidi, frigidique mutantur quoque, calor enim mentes excitat, nec quieſcere facit, vnde inconſtantes, & animo mobiles ſunt, & ibi corpus forti mutatione mutatur, calor excitatur, ibi ira exaſperatur, vt quia crebræ & frequentes mutationes, frequenter ira accenditur, vt perpetuo ſint ira excadeſcentes, & quia calores vehementiores, ſiccitates diutinæ, ſequentes iſtæ mutationes, mentis feritatem inducunt, manſuetudinem, & benignitatem exterminant; & vbi mutatio, ibi etiam animi exercitatio accenditur, ab exercitio virilitas, & audacia naſcitur. Sunt etiam variæ magnitudinis formæ, & morum obtẽporum mutationem, quia plurimæ in ſemine accidunt corruptiones. Sunt bleſis pedibus, & capillis, nam à calore, vt lingua, ſic etiam corpora ſolent deprauari. Inquit Ariſtoteles, & timidi etiam, cauſa quia natura, contra quàm loca & tempora ſe habet; nam qui calida habitãt loca, frigidi ſunt, & exangues, ob id timidi. Augentur quoque maximè corpore, quia ab intrinſeco calore refouentur, diutius quoque viuunt, quia natura ſunt ſicciore, nigris oculis ſimul, quia corpore ſunt frigidi, & humor, qui relinquitur, nigreſcit, vel quia oculorum color corporis colorem ſequitur. Sapiẽtiores ſunt: quia ſobrij, quia poſſunt ſatis refrigerati, vbi verò ſunt temporum tranſmutationes, homines medio modo ſe habent, vt qui ſub zona temperata, neque à Sole, neque à frigore comburuntur, oblæduntur que, cogitationes habent mediocres, neque nimium nibiles, neque peruicaces, formæ corporum, & mores valdè diſsimiles, ſed inter cæteros pulchritudine præſtantes: quia ab extremis longè abſunt. Inter Platonis placita illud obſeruauimus ſcienter dictum. Ex varijs cæli locis, varias generari morum κράσεις. Quo argumento in Greciæ tractu in adipiſcendis diſciplinis aptiores videri homines multò, quam aliubi, & qui in Phænicem vergant, pecuniæ cumulãdæ mirè ſagaces. Ptolemæus doctiſsimus, & ſi è ſyderum configurationibus hominum mores prouenire ſcripſerit; etiam quæ dixit, noſtro propoſito quadrabunt. Tradit igitur Septentrionales populos feroces, peruicaces, & agreſtis eſſe truculentiæ. Italos, Græcoſque præſtantes, benignos, amicitiæ ſtudentes, animis & corporibus temperatos, fortes, nobilium rerum percupidos, regni oſores, libertatis amatores, populorum imperio gaudentes, bellaces, legiſlatores; Arabas furaces, ſubdolique ingenij, ſeruiles, inſtabiles, lucricupidi. Armenios mobiles, improbos; Sauromantas feritate immanes: Phryges leues, morigerulos mulieribus; Afros in Venerem procliues, periuros, temerarioſque. A quo Maternus. Scythæ crudeles, Itali regalis nobilitate præfulgidi. Galli floridi, inconſulti, Græci leues, Aphri ſubdoli, Syri auari, Aſiani venerei, Siculi acuti, Hiſpani elatæ iactantiæ animoſitate præpoſiti, Ægyptij ſapientes, Babilonij prudentes. Hæc Vitruuij ſententia ab his abhorret; inquit enim: Qui rigentia mundi, ac gelu torpentia loca inhabitant, immanibus corporibus ſunt, cãdentibus corporum extimis, directo capillo, & ruffo; oculis cæſijs, ſanguine multo ex humoris plenitate, cælique refrigerationibus ſunt conformati. At qui exuſtas à Sole mũdi plagas incolunt, breuioribus corporibus ſunt, colore fuſco, vibrato capillo, oculis nigris, auribus inualidis, ſanguine exiguo, Solis impetu perficiuntur, itaque etiam propter ſanguinis exiguitatem timidiores ſunt ferro reſiſtere. Itaque meridianæ nationes ex acuto feruore mentis, expeditius, celeriuſque mouentur ad conſiliorum agitationes. Ad Arctum verſi ex infuſi cæli craſsitudine, ac ob aeris obſtantiã refrigerati, ſtupidis ferè naſcuntur mentibus, quod ex ſerpentibus hyemali frigore torpeſcentibus perſpicuum fit, quæ per calorem, cum exhauſtam habeant humoris refrigerationem, tum acerrimè moueantur, per brumalia autem refrigeratæ, immotæ ſunt ſtupore. Quùm autem meridianæ nationes animis ſint acutiſsimis, infinitaque ſolertia conſiliorum; ſimul ad fortitudinem magno impetu feruntur, vbi ſuccumbunt; quod habẽt exuſtas à ſole virtutes animorum; qui verò frigidis naſcuntur regionibus, ad arma paratiores ſunt, magniſque viribus ruũt ſine timore, ſed animi tarditate, ac ſine ſolertia, irruentes ſuis conſilijs refringuntur. Cæterum mediæ regiones hinc calore, hinc frigore contemperatæ, & corporum membris animorumque vigoribus

goribus conformes habent incolas, vt ſunt in Italia gentes, populuſq; Romanus inuictas habet laudes, itaque conſilijs Barbarorum refringit vires, & forti manu Meridianorum cogitationes. Ita diuina mẽs in temperata regione vrbem Romam collocauit, vt omni terrarum imperio potiretur. Plinius etiam ad hæc. Contexenda ſunt his cæleſtibus nexa cauſis. Nanque Aethiopas vicini ſyderis vapore torreri, dictiſque ſimiles gigni, barba & capillo vibrato, non eſt dubium. Et aduerſa mundi plaga, atque glaciali candida cute eſſe gentes, flauis promiſſa crinibus, Thraces verò ex cæli rigore, has & illas mobilitates habentes: Ipſoque crurum argumento, illos in ſupera ſuccum reuocari, natura corporis; his in infernas partes depelli, humore deciduo. Corporum autem proceritatem vtrobique, illic ignium niſu, hic humoris alimento euenire. Medio verò terræ ſalubris vtrinſque mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus, corporum habitus. Magna & in calore temperies. Ritus molles, ſenſus liquidus, ingenia fœcunda, totiuſque naturæ capacia. Iiſdem imperia, quæ nunquã extimis gentibus fuerint. Nunc Polemonis, & Adamantij opiniones afferemus. Arcto quicunque ſubiacent, corpore ſunt prolixo, colore albo (ſed rectius, vt Adamantius, capillis colore flauo albicantibus & mollibus, oculis glaucis) ſimi, craſsis cruribus, & præ gradibus, carne laxa, & ventricoſi; ſed ingenio ſimplices, animoſi, leuiſſimi conſilij, animo præcipites, ac ſtolidi. Hic Polemonis textui temporis iniuria vulnus inflixit, nos medelam ex Adamantio afferemus. Contra qui Meridiei ſubiacent, nigris, criſpiſque capillis, nigris oculis, gracillimis cruribus, diſciplinis & hi parum apti. Subiungit Polemon; Multimodæ ſententiæ mente leues, mendaces, doloſi, furaces, ac magis minuſque alij alijs, quo magis, minuſque contiguas regiones his incolunt, vel locorum intercapedine ſeiunguntur. Mediæ verò regionis incolæ, mediam habent quoq; figuram, ſigna, & ingenia. Orientales, & Occidentales quò magis ad Meridiem, vel Aquilonem accedunt, eò ipſi inter ipſos differunt. Qui extremis Libiæ oris inſident, vt Nomades & Hiberi, & Lybes, Aethiopibus ſimiles ſunt, & tandem vt cuncta complectar, Auſtrinis quidem omnibus ſiccum dominantur & calidum. Arctois contra, humidum & frigidum, aliæ verò regiones, quæ ad vtraſq; harum accedunt, temperamento, effigie & moribus ſimiles ipſi producunt. Sed cur in pluribus locis hæc varia ſunt, cauſa eſt, quod alij aliò transferant ſedes, & confunduntur nationes, vt ſi Thraces nauigauerint in Italiam, & Itali in Thraciam, Perſæ in Aſſyriam, & Aſſyrij in Perſiam. Vnde apud ſapientes ueriſſimè illud habetur vulgò, locorum fortunas ſæpius, incolarum verò ingenia rariſſimè mutari.

VARIAE REGIONVM QVALITATE QVOS HOMINVM mores producant. Cap. XIII.

SED hæc in vniuerſum dicta ſint, atque in Zonis diuerſi ſunt ſitus diuerſas conſtituunt mutationes, & ſub zona torrida frigus, & ſub Septentrione quoque æſtus reperitur, concaua enim loca, & à Septentrionalibus ventis tuta, & Auſtro obiecta in Septentrione calida ſunt, contra ſub torrida zona, montes Septentrioni obuerſi frigidi ſunt, & algentes. Nos ex authorum hiſtorijs hominum formas, & mores deſcribemus, vt qui ſe Phyſiognomoniæ dogmatibus iniciari cupiunt, hæc debent examinatius inueſtigare. In regionem montanam, aſperam, nudã, aquoſam, & vbi temporum mutationes variæ, hic & hominum formas progigni magnas conuenit, laborioſos, & ciuiles, quibus feritas & immanitas à natura ſunt congenita. Addit Ariſtoteles Hippocratis dictis, quòd tardius creſcunt, vbi enim aer affluente ſpiritu agitatur, tunc purus & ſalubris efficitur. Dicit quoque coloratos, nam commodè aſpirata loca coloris hilaritatem præbent. Contra qui concaua patentia, & æſtuoſa habitant, ventoſque calidos plus ſentiant, quàm frigidos, & aquis utuntur calidis, hi neque magni, neque longi, neque benè compoſiti naſci poſſunt, ſed lati & carnoſi, & nigris capillis, & nigri potius quàm albi, & bilioſi, quàm pituitoſi, neque ciuiles, neque laborum tolerantes. Ariſtoteles in paluſtribus ſomnolentiores homines dicit, quia ibi magis refrigeratio requiem, & ſomnum conciliat, ſic enim pallidum efficit; nam humor cum putreſcit, quod euenit immobilitatis cauſa, pallet. Quicunque verò altam planam habitant regionem, ventis expoſitam, & aquoſam, eorum formæ magnæ ſimiles, & erectæ animi manſuetiores. Quicunq; macra, ſicca, & arida loca inhabitant, hi formas duras, intentas, flauas magis, quàm nigras habẽt eorum mores etiam rigidi, pertinaces, & contumaces. Denique vbi regio nuda, excelſa, aſpera, quibus à frigoribus, & hyeme præmatur, & ab eſtu ſolis exuratur, ibi duros graciles, articulis benè compoſitos, intentoſque, & hirſutos reperias homines, vigilantes, laboris tolerantes, bellicoſos, ſolertes, & ad artes habiles; ſed contumaces, & ira pertinaces, & magis feritate, quàm manſuetudine participantes, contra vbi craſſa, & mollis, & aquoſa, & aquæ valdè ſublimes, vt æſtate calida, hyeme frigidæ, ibi omines carnoſos, articulis non apparentibus humidos, laboris intoleran-

tes,

tes, & malignos, ſomnolentos, ſegnes, ad artes tractandas ſtolidos, & mutabiles. Regio ita ſe habet ad cælum, vt homines, vnde vt regiones, & loca, ita & incolæ: nam vbi craſſa mollis & aquoſa, ibi homines craſſi, humidi, ſegnes, & inhabiles ad artes. Sed vbi tempora non variant, illic & æqualiſſima regio: vbi mutationes cæli variæ, illic regio agreſtis, & inæqualis exiſtit: inueniaſque & montes plurimos, denſoſque. Regio verò, quæ in medio ſita eſt calidi, & frigidi, omnium fertiliſsima exiſtit, arboribus referti ſſima, & maximè fructifera, fructus ſuos tempore maturos promit tum ex ſeminibus, tum ex ſe ipſa ſpontè: ſic enim pecora ſæpius pariunt, & placidiſsima educantur. Sed regionum aliquarum adducamus exempla. Britannia homines proceros, macros, albos, capillo flauos, oculis cæſios, ſed moribus varios. Mediterraneos rudium & ſylneſtrium morum, efferatos: Littorales ob mercimonia cum alijs tractantes, ciuiles & hoſpitales. Angli etiam proceri, muſculoſi & robuſti, flauo capillo, barbarum pilis in ruffum tendentibus, facie formoſi, vt Gregorius Pōtifex eos non Anglos, ſed Angelos vocarit: Belligeri ſunt, mites & benigni, ſed cum aduenis inhoſpitales, elataq; mente. Sueciam incolentes, ingenio tardi, dedignoſi, pertinaces in opinionibus, ſuſpicioſi, bellicoſi. Boreales Germani gens procera & robuſta, vultu minaci, ſuperba, crudelis, ſibi placens, in inceſſu grauis, bellicoſa, ſine cæremonijs, in contractationibus libera, in potu admodum licentioſa, mechanicis artibus dedita. Germani trans Rhenum ad ortum vergentes proceri & flaui, propè Sarmatas, immanes ſunt animis, atque corporibus, & ad inſitam feritatem bellando exercent animos, & corpora & labores: Ex Pomponio. Regio Tanaidi finitima, & Mæotidis inſulis, & Boriſthenibus, algida & montana, laborioſè habitatur, locis aſperis & importuoſis, inſociabiles homines ſunt, etiam inter ſe, agreſtes, pugnaces, & rapaces: at in planitiebus mitiores: artibus & doctrinæ indulgent: Ex Strabone. Nomades, qui Tanaim accolunt, agreſtiores, qui Boriſthenem, mitiores, qui etiam montuoſis aſperis viuunt, ferini & ſylueſtres: in oris maritimis rapaces. Dionyſius Afer de Sauromatis.

Sauromatas truces, gens aſpera, Martis in armis,
Sanguis Amazonidum fortis, quos protulit olim
Sauromatis mixta, quæ Thermodonte relicto,
Iugentes gaudere viros, belliq́ue potentes.

Hircaniæ pars aſpera, viuens latrocinio: gētes belli potius, quàm agris colendis ſtudioſæ; Barbaræ ſunt, quod & locorum aſperitas facit. De Maſſagetis Afer.

Poſt hos Maſſagetæ trans flumen Araxis ad ortum,
Hoſpitibus ſæui, cuncti belloque feroces.

Thraces circa Bactrianos montani, immanes, & indociles, at qui inferiori loco habitant, luxurioſi. Ouidius de Tereo agens.

Digna quidem facies, ſed hunc innata cupido
Extimulat, pronumque genus regionibus illis
In Venerem, & flagrat vitio gentiſque, ſuoque.

Vegetius eligendos tyrones Septentrionales iubet: nam qui vicini ſunt, nimio ſolis calore ſiccati, amplius ſapiunt, ſed minus habent ſanguinis, & cum ſe exiguum ſanguinem habere nouerint, metuunt vulnera. Septentrionales verò largo ſanguine redundantes, ad bellum promptiſsimi ſunt, vt remoti à ſolis ardoribus inconſultiores eſſe dicit. Ad id Lucanus.

Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli:
Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
Naſcitur, indomitus belli eſt, & mortis amator.

Hiſpani modici ſunt ſtatura, macri, fortes, & neruoſi, colore inter fuſcum & clarum, viuaces, animoſi, & laboribus patientes, in prælijs audaces, callidi in negotijs, honoris cupidi, inquieti, ſuperbi, rapaces, in omnibus ſuperiores videri volunt, fumoſi, inuidi, ſimulatores, cæremonioſi, in veſtibus pompoſi, ſilentij & grauitatis amici, & apparentiæ. Arianus Indos intra flumen Indum habitantes, corporibus quidem maximi, omnium Aſiæ populorum quinque cubitos, aut paulò minus, plerumq; alijs cæteris, exceptis Æthiopibus, nigriores, & omnium Aſiæ populorum bellicoſiſſimi. Sed ad Meridiem vergentes, nigra facie & coma. Sed non æquè nigri, neque ita criſpo capillitio: & magis ad Septentrionem vergentes Ægyptios potius corporis forma referunt. Perſas voraces, & inſatiabiles dicit Demetrius Phalereus, quod totos campos ſtercore coinquinent, & quod bouem in maxillis referant. Ariſtophanes, quòd in furnis, loco panum, boues aſſabant. Luſitanos Strabo ait agiles, inſidioſos, veloces, & veſtigatores: Cantabros ſuperbos, ſuperſtitioſos, & aliquādo immanes. Britannia, cui annexa Hibernia ſuperior, & aſperior, ſed homines lōge magis, quàm Britanni ſylueſtres, manducones, & anthropophagi, honeſtum putāt parentes vorare, coeunt cum

vxoribus in propatulo, ſic cum matribus & ſororibus: Statura ſupra Gallos procera, coma non adeò flaueſcente, corpora laxiora, balbutientes barbari. Mela eos inconditos, & virtutis ignaros, pietatis expertes dicit. Corſica inſula aſpera, & pluribus partibus penè inacceſſibilis; qui eius môtes habitant, ſuperant ipſas immanitate belluas: In eis agreſtis effigies, quanquam beſtiarum appareat diritas, facieſque truculentæ. Ligures Virgilius vafros, callidos, & fallaces vocat: Æneidos Vndecimo.

Vane Ligur, patrias tentaſti lubricus artes,
Nec fraus te incolumis fallaci proferet Anno.

Cicero acutiora ingenia in ijs terris naſci ſcripſit, in quibus aer purus, ac tenuis, quàm illi, qui vtuntur craſſo cælo, atque concreto: ob id Athenienſes ingenio præſtantiores eſſe Thebanis, quod puriore cælo fruerentur. Sed quæcunq; ex his ſuperioribus retulimus, ne putetis velim vera ſemper contingere, ſed in pluribus: nam, vt Apuleius inquit, apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, & apud Athenienſes Cato Melicerides fatuus. Sed quæ de hominibus diximus, etiam in cæteris animalibus videre licet: nam accipitres & falcones,& aquilæ maiores ſunt, fortioresq; in regionibus Aquilonem verſus. In frigidis enim terris magna corpora naſcuntur, quæ copioſo ſanguine & ſpiritu abundant, vnde audacia & feritas prouenit, in alijs verò regionibus ſecundum proportionem vigor, & audacia in eis ſpectatur.

CONTRA PHILONEM, ET QVOMODO EX APPARENTIBVS *ex facie moribus ſit iudicandum.* Cap. XIIII.

PHILONEM Lacedæmonium, qui ſolùm ex facie in paſsione illa hominum morum ſigna venabatur, ita coarguit Ariſtoteles. Fortis & impudens hand diſpari ſe habent vultu, hic enim omni à ſe verecundia abiecta, ille omni abdicato timore, obfixo vultu loquuntur; ſi vnus igitur apparet in facie mos, vnde noris duas animæ affectiones, & inter ſe oppidò quam differentes? neutiquam enim parum abeſt fortitudo ab impudentia. Præterea ſi ea ſigna accipienda ſunt, ex quibus humana natura veſtigatur, quæ ſemper & omni tempore ſint, qui fieri poteſt, vt natura hilaris ridenti ſemper fronte permaneat, vt ei nunquam contingat odioſum, & mæſtũ diem ducere? ſic quoq; mæſtus animo natura, nonne fieri poteſt, vt gaudio, & tripudijs vitã ducat? Perpauci igitũ ſunt affectus, qui ex apparentibus in facie motibus conijci poterunt, vt iuſti, miſericordes, & ingenioſi, qui ex huiuſmodi in facie configurationibus in paſsione illa non dignoſcũtur. Sic Philonis regula, vti non ſemper exploratæ vtilitatis vera habenda eſt. Nec ſanè ſatis vulgarem operam præſtat; verùm ſedula veſtigatione perquirendũ, ſi alia comitentur ſigna, ne ſimplici fallamur nota, vt ſuperius à nobis recenſitum eſt. Polemon ad hæc: Accidit nonnullis formæ mutatio, cum lætitia præter morem exhilaratur, vel dolore, ira, vel formidine afficitur, vel ieiunijs, aut repletione, vel ſi rei alicuius cupidine tenetur, vel ſi quid animo conſiderant, aut oculis contẽplantur, vel auditus ſenſu tenentur, & quidem in eiuſmodi re haud tota forma immutatur, ſed immobilis manet, ſigna autem mutantur. quæcunq; autem ex ipſis permutantur, non æquè in omnibus permutationem ſentiunt, ſed quantum ad cuiuſq; naturam proximè accedit. Hoc autem conſiderare oportet, quod quæcunq; ſigna in quouis exortu prouenientia conſpiciuntur, illum ipſum indicant magis iiſdem affectionibus ſubijci, quas illa denotant. Exemplum erit: ſi quis ſigna conſiderantis habuerit; prudẽtem, boniq; conſilij dixeris; ſi verò ſigna fraudis, doliqúe, & ſi illa in præſentia minimè agat, cum arte quadam celet; doloſum & fraudulentum facilè exiſtimabis. Si minimè iratus ſit, iræ tamen obnoxium cenſebis. Idem in alijs iudicabis.

CONTRA PTOLEMAEVM MORES, ET HOMINVM FORMAS *non è ſtellis prouenire.* Cap. XV.

ASTROLOGI è ſtellis non ſolùm hominum formas, ſed mores prouenire dixerunt, & primo Ptolemæus ex planetarum naturis, fixarumq; cum eis aſcendentiũ proficiſci: Inquit enim. Saturnus ſi fuerit orientalis, erit natus mellini coloris, mediocris craſsitudinis, pili eius nigri, capilli capitis criſpi, pectoris pili denſi, oculi mediocres, corpus moderatæ magnitudinis, vincitque in eius complexione frigiditas, & humiditas: Si verò occidentalis, erit ſubnigri coloris, macilentus, parui corporis, planos & raros habens capillos, aptæ coadunationis, oculi nigri, in eius complexione vincit ſiccitas. At Maternus addit: Modici cibi, multæ potionis. Quo

ad mores: Erit inflati ſpiritus, ſublatus honoribus, bonus, & boni conſilij, ſemotus, & ſibi vacans, quem malignus humor, & intrinſecus dolor aſſidua eructatione diſcruciet, laborioſus, malitioſus, ſollicitus, & in aquoſis habitans.

In hac tabella in dextra huius parte Mars, in ſiniſtra Saturnus conſpicitur, vt ex ſtatuis marmoreis, & æreis numiſmatibus deſcripſimus, ita ab aſtrologus deſcripti.



Iuppiter ſi orientalis, facit albi coloris, conuenientis, mediocriſq; capillaturæ, oculi mediocres, aptæ ſtaturæ, quantitatis moderatæ, in cuius complexione calor, & humiditas præuaſent. Si occidentalis, albus, ſed non aptæ albedinis, capilli plani, anteriori parte caluеſcentes, corporis & oculorum mediocris, in eius complexione vincit humiditas. Addit Maternus: Plurimi eibi fixo gradu veſtigia præmens. Mores. Erit magnanimus, magna appetẽs, imperioſus in actibus ſuis glorioſus, honeſtus, mundus, & lætus.

In ſequenti tabella Iouis imago viſitur à ſiniſtra tui parte, à dextra autem Mercurius.



In dextera cui parte huius tabellæ Venus viſitur.



Veneris

ad mores: Erit inflati ſpiritus, ſublati honoribus, boni, & boni conſilij, ſemoti, & ſibi vacantes, quos malignus humor & intrinſecus dolor aſsidua eructatione diſcutiet, laborioſi, malitioſi, ſolliciti, & in aquoſis habitantes. Iuppiter ſi orientalis, facit albi coloris, conuenientis, mediocriq́; capillaturæ, oculi mediocres, aptæ ſtaturæ, quantitatis moderatæ; in cuius complexione calor, & humiditas præualēt, ſi occientalis, albus; ſed non aptæ albedinis, capilli plani, anteriori parte calueſcentes, corporis & oculorum mediocris, in eius complexione vincet humiditas. Addit Maternus: Plurimi cibi, fixo gradu veſtigia premens: Mores: erit magnanimus, magna appetens, imperioſus, in actibus ſuis glorioſus, honeſtus, mundus, & lætus. Veneris opera & Iouis eadem, præterquàm quod erit pulchrior, eiuſq́; pulchritudo pulchritudini mulieris aſsimilabitur, melioris figuræ, corporis mollioris, & melioris qualitatis animæ: ſolet & oculos ſubruffos facere. Addit Firmicus: Corpus longum, candidum, oculos gratos, venuſtos, ſplendore fulgentes. Animi mores: Delectabiles, lætos, nobiles, luxui vacantes, amabiles, gratos, venuſtos, amatores, libidinoſos, pios, iuſtos, optimoſq́; amicos. Mars orientalis, albedinis & rubedinis miſtum colorem facit, formam bonæ quantitatis, idoneæ carnoſitatis, oculos eius varios, capillos criſpos, & mediocres: complexio calida & ſicca. Orientalis rubei coloris, moderatæ quantitatis corporis, paruos habentes oculos, rauos, & planos capillos, & flauos, complexio ſicca. Addit Maternus: oculos ſanguinolentos, capillos rubeos: Ex moribus: aſperos, inuictos, qui nullis rationibus ſubiugantur, immobiles, contentioſos, audaces, periculoſos, violentos, edaces, multum digerentes, fortes, imperioſos, ſemper ſibi principalia, artifices ferri, & ignis, aliena deſiderantes. Mercurius orientalis facit natū mellis coloris, eritq́; quantitas corporis moderata, aptæ coadunationis, paruorum oculorum, capillos habens mediocres, complexio calida: Occidentalis verò ſubnigri, vel crocei coloris, macilētus, vox exilis, orbes cauos oculorum, & pupilla oculi caprini, coloris declinantis rubedini: cōpleſsio ſicca: Addit Maternus. Corpus gracile, coloris pallidi, oculos honeſtos, mediocris cibi, & potus: Mores verò cordatum, cuncta diſcentem, modeſtum, diſcretum, & ſecretarium. Sol, vt Maternus refert, corpulentum facit, crines flauos, fideles, inflatos ſuperbiæ ſpiritu, cordatos, efficaces, agricolas, delectarurq́; aquis, & honeſtis. Luna corpus maculoſum, ſed candidum, varietas maculatū, magnos corpore, honeſtos, ſtabiles, filiorum amatores, & parentum, vitæ inæqualis, & habitabit in aquoſis locis. Huc eorum opiniones, & verba adducere volui, vt noſcant peritiores eorum ſcientiā vanam, imaginariam, & ſuperſtitioſam; nam ea, quæ ex qualitatibus elementorum puris, & naturalibus, iſti ſyderibus & cælo aſcribunt, vt imponant ignaris, quod è cælo, & ſtellis eueniant, ob id ſublimia, magnifica, & admirabilia ſint. Sed multifariam falluntur. Inquiunt enim animam mores ſortiri, quando ex materna aluo foras egrediuntur. Sed res aliter ſe habet: nam tunc anima mores ſortitur, cum à Deo infunditur: & id nō ſolum ab Hippocrate, Platone, Ariſtotele, Galeno, & alijs Philoſophis comprobatur, ſed ab ipſis Theologis. Poſſunt ſydera alterare elementa in ortu natorum, ſed in ipſo animæ illapſu informatur ſubſtantia: & mores induit anima ex embrionis qualitate, vt inferius clarius dicemus, & alibi contra eos plenius inuecturi.

EX ALIMENTIS QVIBVS HOMINES VESCVNTVR, EORVM *mores dignoſci poſſe.* Cap. XVI.

PLATO libro de legibus ait: Alij homines propter aquas, quidem propter alimētum ex terra prodiens mores ſortiuntur, quod non ſolùm melius & deterius, ſed in animis quoq́; id genus omnia patere non minus poteſt. Idem de vino loquens: iubet pueros vſque ad annum duodeuigeſimum vinum non deguſtent, docens hauquaquam ignem igni ſuperindere, atque animari oportere prius, quàm labores ſubire incipiant, vt furibundum animum iuuenum caueamus. Ad annum vſque trigeſimum moderate vtendum, vt verò ad quadrageſimum peruenerint, liberaliter indulgendum, contra ſenis auſteritatem, ſalutarem medicinam, qua ſcilicet reiuueneſcente, animiq́; moleſtias deleat, ac mollis è duro factus animi habitus; vt ferrum igni impoſitum, tractabilior eſſet, vinum quidem, vt tyrannus quidam, animum imperat, ob id, vt inimicum, vitādum cenſet: nam vbi intra corpus inuaſit, caput calidis implens vaporibus, motus immoderationis praui, animæ concupiſcibili, atque iraſcibili auctorem eſſe, conſilij verò magis præcipiti rationali: Gubernatorē vetat, quo minus clauos, vt conuenit, & milites in arce ſobrij ſint: iudices quoq́; cum exercenda iuſtitia ſit, errare facit, & prę ſides omnes male moderari, nihilq́; ſanum iubere. Cicero de natura Deorum dixit: Cibo, quo vtare intereſſe aliquid ad mentis aciem. Eſt natura brutis cibus amicabilis, cuiq́; peculiaris herba, alijs radix, fructuſq́; arboris; ob id mos cuiq́; cōſtantiſsimus: ſolus homo omnia deguſtat, cuncta experitur, & deuorat, vt quod ſibi proprium & peculiare

nondum ſibi perſcripſerit, ob id varijs donatus eſt moribus, ſylueſtribus, mitibus, indulgentioribus, & fetinis. Hippocrates hoíes ſolis pomis, & ſeminibus nutriri debere iubet, quibus per exordia vſum aſſerit, nec tam puro dixerit, vt morbos caueat, ſed vt perpetuum morem ſeruet. Narrat Plato, vbi de hominum victus ratione agit, de Ciclopibus, quod fructibus ſponte prouenientibus veſcerentur. Virgilius bacca ſylueſtri, & cornu, Ouidius glande: gens immanis & effera, Hyperborei, qui Ripheos montes habitant, ſylueſtribus fructibus nutriuntur. Arcades glandium cibo, vt βαλανοφάγοι dicerentur. Maſſagetæ, qui inſulas & montes colunt, ſylueſtribus fructibus viuunt, & illorum expreſſos ſuccos bibunt, Æthiopum populi hilophagi tenerioribus ramis, dente exeſis ventrẽ farciunt: duræ gentes & inhoſpitales, & ſyluestres, vt cibus. Athenienſes verò & Ægyptij ſuaui cibo vtuntur, vtb noque, ficubus, & melle; Medi amygdalas: ob id prudentes, & diſciplinæ capaces: Indi ex f. ucto palmæ panem & vinum in victu trahunt. Gymnoſophiſtæ & ſapientes Indorum fructu palæ ſuauitate inſigni. Cardaces duriſsimo pane, cardamo, & ſalis grano viunnt: bellicoſi ſunt, ex furto viuentes: nam carda, virile & bellicoſum ſonat. Galactophagi, equarum mulſores, & Maſſagetæ, vt Dionyſius Afer ait.

Poſt hos Maſſagetæ trans flumen Araxis ad ortum,
Hoſpitibus ſæui cunctis, belloq; feroces.
Nondum Bacchi donis, Cereris nec munera norunt,
Sed hac commixtum potant cum ſanguine equino.

Eſt enim equus belligerum animal. Immutant aquæ epotæ in animalibus colorem: peregrina enim pecora è Nili aqua potantia, colorem ſuum in alienum mutant colorem: & Strabone. Immò ſunt qui dicant: Æthiopum nigritiem eiuſmodi aquam cauſare. Xanthus Troiæ fluuius, Scamander prius dictus, ſed poſtea Xanthus dici cœpit, quod omnium vellera ruſo inficiat colore, quem ξανθὸν Græci vocant, vt Ariſtoteles tradidit. Chrates flumen albi colores facit. Ouidius ex Theophraſto.

Chratis, & hinc Sybaris noſtris conterminus oris,
Electro ſimilem faciunt, auroq; capillos.

QVOD A NVTRICIBVS ETIAM IN MORVM COGNITIONEM *deuenire poſſumus.* Cap. XVII.

NON inopportunum videtur huc afferre (& ſi Phyſiognomoni non admodum congruunt) quomodo à nutricibus, & ab educatione in hominum morum notitiam deuenire poſsimus: nam vitia, & bonos mores pueri cum lacte hauriunt. Legimus apud Gellium Phauorinum Philoſophũ dicere: Sicut valet ad fingendos animi, corporiſq; ſimilitudinem vis & natura ſeminis; non ſecus lactis ingenia, & proprietates. Et Auicenna de lactantis moribus ait: Secundum verò mores ſuos conſideratur, quoniam ipſam oportet bonorum morum, & laudabilium eſſe, & quæ tardè à malis animæ paſsionibus patiatur, ſicut ira, triſtitia, timore, & reliquis. Omnes enim hæ corrumpunt complexionem, & fortaſſe permutantur, ſed tranſeunt in infantem lactantem, & propter hoc prohibuerunt quidam, ne ſtolida lactet. Sæpenumero miramur pudicarum quoſdam mulierum liberos parentum ſuorum neque corporibus, neque animis ſimiles exiſtere: quoniam in moribus inoleſcendis magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenent, quæ iam à principio imbuta paterni ſeminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Chryſippus ob id optimas, & ſapientes nutrices optabat. Cyrus neci expoſitus, à cane fœmina educatus eſt, paſtor inuenit eam infanti vbera præbẽtem, & à feris & alitibus defendentem, puerum defert ad ſtabulum, eadem cane anxia proſequente. qui poſtea puer bellator maximus inſtar robuſtorum canum euaſit, ex Iuſtini hiſtorijs. Achilles à Chirone centauro educatus fuit, nõ communi cibo, ſed maximarum feratum tigribus, leonibus, pantheris, & elephantorum medullis, lacte & ſanguine, ob id omniũ fuit fortiſsimus, & munificentiſsimus, iræ contumacis, & feræ, & dictus fuit Achilles à chilo, ideſt ſine cibo. Hectora vicit, Troilum, Pantaſileam, Deiphobum, & alios, qui ab Homero memorantur. Rhemum, & Romulum lupa nutriuit, ideo ipſos ab eis genitos Romanos luporum inſtar, rapaces extitiſſe. Sic enim de Lycaſtro, Parrhaſio dicitur à lupa educatis. Ceruus Telephum, & Agenem Herculis filium nutriuit. Aegyſtos natus in ſyluis expoſitus fuit, vt à feris deuotaretur, vt ſui natalis turpitudo abſcõderetur, ſed à capris vbera præſtãtibus educatus eſt, vnde Aegyſtus ab Aege dictus ideſt à capra nutrice. Luxurioſus, vt hircus fuit, & callidus vt capra. Iuppiter nutritus fuit lacte capræ ab Amalthea, & Meliſſa nutricibus, hinc orta fabula, quod Poetæ à capra nutritum fabulati ſunt. Cæſar Germ.

,, ſi vere Iuppiter infans
Vbera Cretææ mulſit fidiſsima capra.

Mercu-

Mercurium quoq; à capra educatum fingunt Poetæ, quod prudens, diſertus, & eloquens fuerit. Refert Michael Scotus puerum fuiſſe, qui dum porcæ lacte altus, adultus etiam pannis indutus limum intrabat, & porcorum more vorabat, alterum qui lac capræ quum ſuxiſſet, ſaltatim incedebat, arborumque radices erodebat. Vulcanus quia claudus de cælo proijcitur in inſulam Lemnum à ſimijs educatus fuit, ob id ridiculus euaſit. Homerus.

Iecit pede, extrahens è cælo diuino
Totam autem diem ferebar: vnà autem cum ſole occidente
Decidi in Lemnum (paucus autem animus erat mihi)
Tunc me Sintij viri ſtatim exceperunt cadentem.
Sic dixit: riſit autem Dea albas vlnas habens Iuno,
Subridens autem filij ſuſcepit è manu poculum,
Sed hic alijs Dijs à dextra exorſus omnibus
Propinabat: dulce nectar ab cratere hauriens.
Inextinguibilis autem excitatus eſt riſus beatis Dijs

Idem quoque ad id.

Non eques ipſe pater fuerat tibi me hercle Peleus,
Non Thetis eſt genitrix, glaucum te peperit æquor
Acriaq; rupes, mens quod tibi dura ferox eſt.

Ex quo Virgilius Aeneidos quarto.

Non ſibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanæq; admorunt vbera tigres.

Nec hominibus id ſolum, ſed in pecudibus id quoque animaduerſum: nam ſi ouium lacte hœdi, capræ agni alerentur, conſtat in his lanam duriorem, & in illis capillum gigni tenuiorem. In canibus etiam obſeruant agricolæ, & paſtores: nam eos, quorũ volunt generoſam indolem conſeruare, non patiuntur aliquæ nutricis vberibus ali, quoniã ſemper & lac, & ſpiritus maternus lõgè magis ingenij, atq; incrementa corporis augent, & ſi effœta lacte deficitur, caprinum præbent, dum quatuor menſium fiat.

QVOMODO EX AETATIBVS MORES CONIICI POSSINT. Cap. XVIII.

POSSVNT ex ætatibus mores cognoſci, aliter enim pueri, aliter adoleſcentes, aliter ſenes morati ſunt, vnde ex ſola ætatum inſpectione poſſunt hominum mores conijci. Pueri ex hoc, qui ſenum facies poſsident, moribus & ſapientia ſenibus aſsimilantur, & ſenes quibus facies iuueniles, puerilia deſideria, & ſcietiam poſsident. Pueri ſunt flauo capillo, cæſijs oculis, carne alba, molli, & delicata & humida, membra rotunda, articuli inconſpicui, hilaribus oculis, colore in facie rubicũdo, & iucundo, naſo ſimo: ſunt mobilibus moribus, voluptatibus dediti, cibis, ludis, & amoribus. Adoleſcentes obſcuriori capillo, oculis charopis, lucidis, micantibus, carne firmiori, neruoſa, robuſtaque, in qua nerui & venæ conſpiciuntur, colorata, naſo adunco. Mores: luxurioſi, incontinentes, res illicò appetentes, at mox odio habentes, cito iraſcibiles, ſed ira non durabilis, ambitioſi ſunt, nec contemni, nec contumelias patiuntur, & moleſtiſsimè iniurias, contentioſi, victoriæ cupidi, audaces, & de ſe confidentes, pecuniarum ſpretores, quia adhuc neceſsitates non paſsi ſunt, honore cupidi, ſimplices non malitioſi, & creduli: quia non adhuc decepti fuere, bonæ ſpei, miſericordes, & qui facilè perſuadentur, verecundi, magnanimi, liberales, & magis ſe dignos putant, quàm ſint & amicorum ſtudioſi. Senes verò contrario modo ſe habent. Capilli ſunt eis albi, oculi obſcuri, & ſicci, vt vitrei, caro rugoſa & frons, caro eliquata, nerui & venæ ſuper carnem extantes, tempora caua. Mores: nihil credere, neq; negare, neq; affirmare res, omnia in deteriorem partem accipere, ſuſpicioſi, nec amant, nec odio habent, ſed amant tanquam oſcuri, & odent tanquã amaturi: puſillanimi, & animo deiecti, meticuloſi, illiberales, quia bonorum conſecutionem experti ſunt difficillimã, viuere cupiunt: nam cupiunt, quod indigent, vtile, non honores appetunt, inuerecundi, nullæ ſpei, propter timiditatem, loquaces, quia præterita narrare auidi ſunt, acutæ, ſed infirmæ iræ, auari, nam ſi cætera ſeneſcunt, auaritia ſemper iuueneſcit, amari, nõ ridiculi, miſericordes, ſed non vt iuuenes, ſed quia omnia metuunt, & ſe paratos vident, ad omnia pati. Similes mores & anni tempora ferunt, quæ ætatis anni. Ait Hippocrates, quod corpus hyeme pituita repletur, argumento quod hyeme pituitoſos mucos emittunt è naribus homines, & pituitoſi morbi emergunt. Mores hominum tunc pigri, timidique, qui ex pituira

oriuntur. Verè augetur ſanguis, pars anni calida & humida, tunc quia è naribus ſanguis effluit, item & rubri ſunt ætati pueris aſſimilatur, ob id mores ſuperbi & audaces. Æſtate bilis in corpore augetur, indicio quod eo tempore bilem euomunt, & purgationibus bilioſa admodum excernuntur, quod etiam ex febribus & hominum coloribus percipitur, ob id cholerici & iracundi ſumus. Autumnus frigidus & ſiccus, indicio quod homines tunc frigeſcunt, & nigram choleram euomunt. Ob id autumno timidi homines, & melancholici, & ſegnes officiuntur.

QVOD PER SIGNA A CONTRARIO SVMPTA MORES *dijudicare poſsimus.* Cap. XVIIII.

ARISTOTELES in ſuis Phyſiognomonicis inter alios modos, quibus Phyſiognomonicam ſcientiam exerceri poſſe ſcribit, electionem ſignorum etiam diſſimiliter fieri, hoc eſt loco à contrario auctor eſt. Exemplo omnia clariora reddemus, vt ſi pilorum duritiem fortitudinem denunciare cognoſcimus; pilorum mollitiem imbecillitatem, per ſignum à contrario iudicare poterimus. Item eorundem in pectore denſitatem, iræ excadeſcentiam pro certo habemus, quùm ſpirituum, & cordis caliditatem arguat, quæ iræ cauſa exiſtit; ſic etiam carentia in eodem loco, manſuetudinem monſtrabit. Et, ſi extrema magna fortitudinem arguet, contra exilitas timorem, & animi quaſi exilitatem oſtendit. Et ſic de multis erit idem iudicium faciendũ.


QVOMODO PER PLVRES PASSIONES, ALIAE INDAGANDAE. Cap. XX.

EST & alter mores coniectandi modus, quem nullus ante Ariſtotelem aggreſſus eſt, vt ipſemet in ſuis Phyſiognomonicis teſtatur, & hic modus ſyllogiſticus eſt, per quem ex duabus, vel pluribus paſſionibus, alias poſsimus coniectari, & aliæ inferantur, quomodo Rhetores vtuntur. Hic pauper eſt, ergo blandus. Si ex ſignis hominem cognoſcimus in iracundũ, triſtem, & immorigeratum, poſſumus ex his continuò inferre hunc etiam inuidiæ notam non carere poſſe, ſed neceſſario inuidum eſſe, & ſi in eius facie, vel corpore inuidiæ notæ nullæ extãt, & hunc modum Dialectico aſcribit, quùm ex vna concluſione illata, aliam inferat, nam tria illa accipiuntur, vt priora, & antecedentia, & quarta affectio, vt concluſio inferatur. Cognoſcimus præterea, vel ex apparent more, vel per ſigna ex feris aliquem inuerecundum, & paruiloquum eſſe; poſſumus & illico inferre eum eſſe etiam furem, & illiberalem: furem quidem propter inuerecundiam, illiberalem propter paruiloquentiam; ſequitur etiam fur impudentiam, paruiloquiũ verò illiberalitatem, ex hac conuenientia methodus naſcitur mores coniectandi non inutilis. Sic qui temerarius timidus eſt.

QVOD EX DISTINCTIONE HABITVVM, ET PASSIONVM *maſculini, & fœminini ſexus, de moribus multa conijciuntur.* Cap. XXI.

NVNC ex Ariſtotele animalium genus in duas formas diuidemus, maſculinum ſcilicet & fœmininum, & qua in re altera ab altera differat, & quid cuiq; conueniat; addemus, & corporis formæ mores, ſcilicet quæ animoſa, vel timida, iuſta, vel iniuſta fuerint.

Tabulam hanc obuiam hic præfigendam duximus, quæ anteriorem, & poſteriorem corporis virilis faciem exprimat, vt ſingulæ partes, quarum toto opere meminerimus, liquido conſpiciantur.



Vir igitur magno corpore præditus, eſt vultu lato, ſupercilis incuruo, oculo magno, mēto quadrato, collo craſſo, neruoſoq́; humeris robuſtis, pectore amplo, coſtis validis, ventre concauo, coxendicibus oſſoſis, apparentibus, coxis & brachijs neruoſis, articulatis, & fortibus, genu duro, tibijs neruoſis, ſuris deorſum contractis, talis neruoſis articulatis, pedibus & manibus magnis, bene formatis, & neruoſis, omoplatis fortibus, magnis & diſtantibus, metaphreno articulato, carnoſo, dorſo magno, robuſto & bene coſtato, lumbis oſſeis, validis, natibus gracilibus, & carne duriori, ſicciorique, greſſu tardo, voce magna & graui. Moribus verò generoſus, intrepidus, iuſtus, ſimplex, & victoriæ cupidis.

Propoſita hac modo figura leonis imago ad viuum delineatur, vt eius partes cum virilibus comparandæ commodè ſpectentur.



Nunc leonis formam deſcribemus; nam totius corporis leonini forma, & ſingula eius membra viri idæam præ cunctis animalibus maximè ſortita videntur. Leo capite eſt medioeri, faeie magis quadrata, non valdè oſſea, fronte quadrata, in medio magis caua, eminente ſupercilia, & naſus verſus veluti nube, ſed frontis id, quod ante caput eſt eleuatum habet. μέτωπον τετράγωνον, ἐγκοίλως ὑ σφόδρα περιφερεῖς, οὐ λίαν προμήκεις, oculis charopis, non valde rotūdis, neq; valdè prominentibus, vt vetus; translatio habet. Quidam nō prominentes, ſed oblōgos habet. Sed nos leonem inſpiciendo, oculos nō cauos vidimus. ſed mediocres inter cauos & extantes, & Ariſtotelicum textum corruptū iudico, ex Adamantio reſtituendum; habet enim: Caropi & caui mediocriter oculi leonem te admonebunt, ob id oculis concauis, rotundis non valdè cauis, neque valdè proiectis. Sed redeamus vnde digreſsi ſumus. Supercilio pregradi, naſo craſſiori potius, quàm tenuiori, ſuperiori maxilla non preminente, ſed inferiori æquali, rictu oris amplo, in quo labia tenuia, ita vt partes ſuperiores inferioribus ſuperiniectæ ſint, eadem laxa iuxta labiorum angulos. Ceruice ex ſingulis, rectiſque oſsibus rigenri, collo magno quidem, ſed mediocriter craſſo, pectore robuſto, partibus circa iugulos ſolutis magis, quàm compactis, metaphreno lato, coſtis & dorſo valdè firmis, circa coxas & fæmora parum carnis habet, medio ventre graeili, ἰυζωνυ. Sed Sueſſanus ſatis peruerſe baſim iuuenilem vertit. Cruribus validis, & neruoſis, pilis veſtito flauis, neque rectis, neq; valdè criſpis, corpore toto articulato, & neruoſo, nec molliori, nec iuſto duriori. Sueſſanus etiam perperā humidū vertit. Incedit tardè, & paſsibus multis diſtanribus, humeri ad ſingulos paſſus commotis. Auimæ verò habitus, generoſus, magnanimus, victoriæ cupidus, manſuetus, iuſtus, & amans eorum cum quibus verſatur.


In

In hac tabella fœmineam figuram expreſsimus auerſam & aduerſam, vt vtriuſque partis ſingula membra vniuerſo opere commemoranda in aſpectu venirent.



Fœmina autem contrario modo. Capite eſt paruo, capillo molli, vultu anguſto, fronte depreſſa, ſupercilio extenſo, oculis paruis, & ſplendentibus, naſo recto ad faciem, malè diſcreto, facie carnoſa, exilibus labiſs in ore paruo, & ridenti, mento rotundo & glabro, collo gracili, clauibus male ſolutis, pectore ſtricto, & imbecilli, coxis pinguibus, genibus carnoſis, intus innuentibus, & collabãtibus, tibijs mollibus, & inarticulatis, ſuris deorſum ductis, talis carnoſis, paruis pedibus, & manibus gracilibus, inarticulatis, vlnis, brachijs, & cubitis exilibus, humeris inarticulatis, imbecillibus, dorſo anguſto, & debili, metaphreno inarticulato, & infirmo, lumbis carnoſis, natibus carnoſis, & pinguibus, vniuerſa deniq; corporis forma minori, delicatiori potius, quàm generoſiori, nimis neruoſa, & humidioribus carnibus, voce exili, greſſu breui incedente. Ingeniũ verò muliebre puſillanimum, furax, & ad ſummum doloſum. Sed Adamãtius molle, iracundum, inſidioſum, fraudulentum, timidum ſimul, & audax dicit. Plato fœminam homine ſemper peiorem dixit, & imbecilliorem, quod ab Ariſtotele, & Galeno confirmatur, & ex frigiditate euenire dixerunt. Cùm calor ſit primum naturæ inſtrumentum, & vbi deeſt calor, ibi & perfectio, & ob id barba à natura ei largita, vt ab omnibus dignior, & venerabilior haberetur, eique decus & ornamentum afferret. Homerus mulierem iracundam dixit, Horatius doloſam, Apuleius fallacioſam, procacem, callidam, Catullus multiuolam.


Hic vt Pardalis forma ad viuum demonſtretur, maximè præſtitimus, nam eius partes mulieribus comparatæ, eandem retinent ſimilitudinem.



Hic Pardalis formam referemus: nam Pardalis inter animalia formam maximè, & ingenium muliebre refert, cruribus tamen exceptis, quibus maximè ad inuadendum cætera animalia, & ad ſe defendendum vtitur, & fortiter agit. Habet enim Pardalis faciem paruam, os magnum (paruũ) oculos paruos, albicantes, ipſoſque circumagentes magis, ſed quidã legit pro *epipoleuſteros peripoleſteros*, & putans ſe textũ corrigere, ipſum peruertit, *metopon promiceſteron proſta ota peripbereſteron, ſ epipedoteron*; ideſt frontem oblongam, verſus aures rotundam magis quàm planas. Sed vetus trãſlatio aliter habet: frontem lõgam, aures rotundas magis, quàm planas ſatis peruerſe. Collũ valde longum,

longum & tenue, pectus paruis coſtis præditum, dorſum longum, clunes carnoſas & fæmora: partes verò circa ilia & ventrem magis planas, ideſt non protuberantes, nec cauas, colorem variū, corpus totum inarticulatum, & aſymmetrum. Forma igitur corporis talis. Sed ingenium molle eſt, vel effæminatum, iracundum, inſidioſum, & fraudulentum, timidum ſimul & audax. His moribus corporis etiam forma reſpondet, & ſapientes Aegyptij hominem deſignaturi, qui ſceleſtum ſuum, ac malignum occultet animum, ne à ſuis noſcatur, Pardalim pingunt; hæc ſiquidem clanculum alia perſequitur animalia, nec finit impetum, ac pernicitatem ſuam innoteſcere, qua in illis perſequendis vtitur. Sed addit Adamantius: Ex auibus aquilæ maſculinum adſpectum, perdix verò fæmininum habet, reptilium draco quidem maximè maſculinam, vipera verò fæmininam formam habent.

Subiecta tabella aquilæ & Perdicis imagines præſefert, quæ non tam præſenti capiti, quàm toti operi inſeruiunt.



Hæ ſunt maris, & fæminæ formæ & mores: nam animalia circa nobis experientia nota ſunt, ſyluestria paſtoribus, & venantibus, & illis, qui ea pertractarunt. Animæ fæminis ſemper molliores, & mitiores ſunt: ob id minus, dubio procul, maribus iracundæ, imbecillioreſque. Ipſimet in nobis metipſis experimur, cum ira excandeſcimus, & fortiores, & imprudentiores ſumus, nihilque timentes, ſed quò furor nos dicit, eò ferimur ad agendum. Sed fæminæ ſunt magis improbæ, petulantes illiberales, imbecilles, timidæ, & iniuſtæ. Polemon ad hæc. Simili etiam ratione conſiderandum eſt, cum aliqui fæminea forma præditi conſpiciuntur, quod ex oculis, alijſque partibus parere ſolet, in quibus quædam ad voluptatem, atque ad Venerea accommodantur: hos mulieroſos, temerarios impudentes, uerſutos, perfidos, deceptores (quæ peculiaria ſunt fæminarum) eſſe contendunt. Iam maris & fæminæ formas deſcripſimus, ex quibus exempla, quibus in hominum moribus iudicandis vtemur, excipiemus.

DE EVNVCHIS, Cap. XXII.

EST eunuchus genus inter vtrumque medium, nam neque homo, neque fœmina dici poteſt, tunc enim homo, cùm teſtibus orbatur, naturali calore viribus, pilis, & voce etiam orbatur. Vox enim, & ſi magna & vehemens, tenuis & imbecillis euadit. Sic virtutibus etiam & ingenio, immò & fœmina peior. Vnde ex his facilè percipi poteſt, teſticulos homini temperamentum tribuere. Galenus in Ariſtotelem inuehitur, quod teſtes à Natura inſtitutos dicit non niſi ad ſemen: nam in teſtibus robur conſiſtit; frigeſcunt enim illicò, qui eos amiſerint, & inſiti caloris origine priuantur, & omne his è corpore robur collabitur, perinde ac ſi ſenes fuerint, neque latæ venæ, neq; ſanguis floridus ineſt, arteriæ parum & imbecilliter, ſicut ſenibus pulſant, vnde teſtes roboris & caloris originem eſſe. Ex hoc euirati, depiles non ſolùm mento, ſed toto corpore euadunt, totumque corpus alteratur ex teſtium diſſectione. Suauior eſt caſtratorum animalium caro, integro viroſa, & ſimile quid teſtium qualitati referens. Et ſi cor viuendi, teſtes benè viuendi principium exiſtant, quanto melius eſt bene viuere, quàm abſolutè viuere? Quùm teſtes cadunt, mox gracilius, & imbecillins animal redditur ad omnes functiones obeundas. Polemon: In eunuchis, ex naturali nequitia quemadmodum & in alijs hominibus à natura eſſe inditia ſolent: at qui illi maiori ex parte immiti ſunt ingenio, doloſi, facinoroſi, alij quidem ex ipſis, alij in ſceleribus ſe exercentes. Qui verò in honore Eunuchus eſt conſtitutus: in hoc tantummodo permutatur, quia cum temeritate vim infert, plus enim, quàm eius natura exigat Et vt ille, qui Natura impotens eſt, in illo propoſito perſiſtit. Adamantius. Illis, qui à natura Eunuchi producti ſunt, peiora ſigna adhærent, quàm alijs hominibus, vt plerunque ſint crudeles, doloſi, malefici, alter altero magis. Euiratorum hominum ſigna quædam mutantur ſimul cum inciſione, quædam ſigna, vt plurimum cognatæ naturæ non immutantur. Ex quibus Rhaſes. Eunuchus malorum eſt morum: eſt enim ſtultus & cupidus, & proſumptuoſus, qui autem caſtratus non fuit, ſed ſine teſticulis natus, vel paruiſſimos habens, etiam Eunuchus intelligitur, ſed cui videlicet barba vtique naſcitur, deterior eſt. Heliodorus Eunuchos inuidiæ plenos affirmat, nam alijs inuident, quibus ſe explere non poſſint, ob id mulieribus cuſtodiendis aptiſsimi.

DE VRBANO, ET SYLVESTRI, ET QVOMODO EX HIS MORES *deprehendi poſsint.* Cap. XXIII.

ALTERVM adfert coniectandi modum Adamantius ſatis neceſſarium, & cognitu dignum: nam quemadmodum Ariſtoteles in præterito capite ex viro, & fæmina virilem, & fæmineam formam conſiderauit, & ex his mores conijciebat, ſic ipſe ex vrbana & ſylueſtri forma ſimiles ferinos, & inurbanos mores augurabatur. Sed quia textus corruptus, & ipſe minus apertè ſuam explicat ſententiã, nos eam aperiemus, & neceſſaria aliqua ſuperaddemus: ob id optarem humanæ Phyſiognomoniæ ſtudioſum ad noſtram Phytognomonicam ſe conferre, vbi affatim de vrbanis, & ſylueſtribus arboribus, herbiſque tractatum eſt, & de eorum viribus. Viſitur ergo ex ſylueſtris animalis aſpectu neſcio quid ruſtici, horridi, piloſi, rudiſque, & præcipuè in his, quæ montoſis, ventoſis, & apertis locis inhabitant. Facies macra, parua; ſed vehemens & ferox, caput macrum, durum, membra neruoſa, nodoſa, & piloſa, cutis ſicca: ſed pili longi, duri, recti, rigidique, oculi coloris crocei, obſcuri & reſplenres, oſsium, cornuum, & ſpinarum plus habent, quàm domeſtica. Sed mitium animalium aſpectus pulcher, hilaris, pili molles, plani, caro pinguis, mollis, & delicata, in qua neque nerui, neque oſſa apparent, vngues oſſa, & pili pauci, color hilaris & rubicundus, caro dulcis & ſapida: ſic & mores prædictis reſponſum habent. Sylueſtrium mores aſperi, inhumani, inhoſpitales, iracundi, crudeles ſolitarij, furibundi, auari, & melancholici, feroces, implacabiles, inſidioſi, fraudulenti, aſtuti, præcipitoſi, celeres, omnis iuſtitiæ expertes, & intemperantes. Vrbanorum verò mites, dulces, probi, tardi in ira, molles delicati, ſociabiles, iuſti, & temperati. Exemplum videre poterimns in animalibus, quæ nobiſcum domo verſantur, & in his, quæ in ſyluis. Vnde cum hæc ſigna in homine videbis, illos ſylueſtres, immites, melancholi .os: hos mites, humanos, dulces, & ſociabiles iudicabis.

AVTHO-

AVTHORIS OPINIO, VNDE HOMINVM MORES PROVENIANT, & cognoſcantur. Cap. XXIIII.

HACTENVS de priſcorum Philoſophorum opinionibus, nunc ad noſtram accedamus: ſed ab initio rem exordiamur. Formauit Deus hominem de limo terræ, & ſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentē: quaſi dicat, corporea hæc compago terrena eſt, anima autem ex Deo euenit. Fuit autem ab initio à Deo corpori anima annexa, vt regina, vt quicquid ipſa iuberet, corpus obedire cogeretur, & quaſi aquila in cœlum volans, ibi ſuos nidos conficeret, & in Deum raperetur, ita vt continuo cæleſtibus regnis ſpatiaretur: At poſt primi parentis lapſum, contrariā ſortita eſt ſortem: nam adeò infirma, imbecillis remanſit, vt à capitis vertice vſque ad plantam pedis debilis redderetur, & corpori ancillaretur, vnde corpus, veluti atrox tyrannus imperet, & eam obedire compellat, non ita tamen vt ſi ipſa vellet, ſuo conatu, ab eius imperio ſe ſubtrahat, vnde eius vita, non niſi militia eſt ſuper terram. Iuxta illud Prophetæ: induit ſe maledictione, vt veſte, & penetrauit in eius viſcera, vt aqua, & in oſſa, vt oleum, quaſi diceret, quod non ſolùm miſerrimum hominem extrinſecus, vt veſte cooperiret, ſed etiam interna, vt aqua penetrauit, & tandem vt oſtenderet nil in eo liberum ab eius contagione remanſiſſe, vt oleum in oſſa deſcendit. Eſt enim oleum liquorum omnium maximè penetrans, vt neque medulla ab eiuſmodi morbo tuta eſſet. Anima igitur in corpus deſcendens, illud animat, & ſecundum corporis temperamentum operatur, quia temperamentum ſibi inſtrumenta parauit, vnde alij feroces, magnanimi, & alij inertes, & timidi euadunt. Ex hoc temperamento naſcuntur morum varietates: argumento, quod ætatuum varia temperamenta varios mores pariant, vt diximus. In pueritia ex nimia & ſuperabundanti humiditate homo, vt animal brutum eſt, in iuuentute, quia calor inualeſcit, fit iraſcibilis, & concupiſcibilis, in ſenectute vires & ingenium amittit: hæ morum varietates non ab anima: nam eadem eſt omnibus, ſed è vario eueniunt temperamento. Sic anima paratis ſibi à temperamento vtitur, & natura corpus animalibus ſecundum mores præparat, leoni dentes, & vngues, pectus amplum & extrema magna, ob id validus, ferox, & animoſus naſcitur: lepori nudo, inermi, ſolutos pedes, & aures magnas ad audiendum. Nullum igitur naſcitur animal timidū & inerme, nec animoſum & ſtrenuum ſine particulis ferocitatis, & animalium partes à ſe inuicem diſtant, quia & ipſæ animæ differunt, quædam fortia, quædam timida, quædam agreſtia, & alia mitia: omnibus verò aptum corpus animæ moribus, & facultatibus datum eſt: equo dedit iubar, & fortes vngulas: nam velox, ſuperbum, & generoſum eſt animal, leoni generoſo, & feroci, dentes & vngues validos: tauro & apro, illi cornua, huic exertos dentes, ceruo & lepori timida animalia velox corpus & inerme: nam timidis velocitas fugiendi, animoſis arma conueniebant, neque timidum aliquod armauit natura, neque ferox & ſtrenuum nudum deſtituit. Dedit ſimiæ corpus ridiculum, vt rectè ſtare non poſſit, muſculos retrorſum conſtructioni aduerſantes, vt in puerorum ludicro velut claudus ſubſaltans, vel vt homo deridens, ſubſannans ſuas ridiculas actiones exequitur. Vnde vnumquodq; animal non prius viſum illico iudicare poſſimus quos mores ſortiatur, vtrum validum, animoſum, timidum, voracem, luxurioſum, & dedignoſum. Extrema magna habere robuſtitatis eſt ſignum, imbecillia, timiditatis: erectum collum gloriæ, demiſſum humilitatis, & qui eiuſmodi cognitionis peritiam fuerit indeptus, hac perſuaſione de omnibus moribus facile iudicabit, vt ſingulorum animantium proprijs ſtructuris, proprij mores, & facultates ſubſequantur. Cum hominis ſemen in mulieris vuluam deſcendit, ſi præualet viri temperamentum, patri aſſimilabitur, ſi ſuperabitur, mulieri, aliquando ex vtroque commixtum trahit, tunc ex eo corporis temperamento particulæ formantur. Poteſt eſſe, vt in illo conceptus tempore phlegmatis hora vigeat, vel ſanguinis, vel alterius humoris in corpore, ſic eiuſmodi humore conformatur natus, & tale temperamentum ſortietur, ſi tale, vel tale ſperma habuerit, & ex eo particulæ, vnde aduenientis poſtea animæ mores conformentur. Ex his congreſſuri ſimul parentes poterunt ſuorum corporum temperamentum vel humores ita cibis, vel alijs artificijs præparare, vt induſtrium infantem, ingenioſum, fortem, magnanimum naſciturum ſperent, vt nos clarius in noſtra naturali Magia, & inferius proſequemur.

VARIOS A PHILOSOPHIS MORES PERNOSCENDI MODOS *eoſdem eſſe, & ſi inter ſe diuerſi videantur.* *Cap. XXV.*

PRÆDICTI modi omnes conijciendi mores à Philoſophis iam deſcripti,ijdem omnes ſunt, & ſi inter ſe diuerſi videantur: nam omnes in temperamentum incidunt. ex quo prius diximus mores facilè conijci poſſe. Partes ſimiles, quæ ex animalibus ſumebantur, eædem à temperamento in animalibus eueniunt, vt in homine. Galenus libro de temperamẽtis diſcurrit, vtrum nati ſimitas ex humiditate, aduncitas ex ſiccitate proueniat, quod proprium naſi puerorum eſt reſimum eſſe, & florentium ætate aduncum,ideo rationabile eſſe reſimos omnes humidos eſſe, aduncos ſiccos. In ſiccis natura temperamentis naſum acutum, oculos cauos, tempora collapſa, quod ſcilicet in affectibus ijs, quæ corpora liquant, atque ſupra quam par eſt hic contingant. Et in aquilis aduncitas, & in canibus acuties naſi videatur, quæ animalia ſicca ſunt,& ceruus reſimus, qui & humidus, crura piloſa & ſicca ex caliditate proueniũt, vt in hircis, qui etiam calidi ſunt, & luxurioſi, vt in cæteris. Quod cæli loca hominis temperamentum efficiant, & inde mores, iam luculenter expoſuimus. Solis variæ mutationes tempora mutant ſub æquinoctiali, ſic & temperamenta; vnde crebras mutationes calidi & frigidi mentem mutant, vnde inconſtantia voluntatis. Contra ſub Septentrione. Stabiles in opinionibus: ſic locis humidis & aquoſis, nebuloſiſque humidæ ſunt complexiones,ſic ſegnes,corpulenti,ſtupidi,hebeteſq; calidis locis & exuſtis, quia ibi calida ſunt temperamenta, ibi & iracundi, animoſi, feroces, & belligeri. Sic locis montanis, aſperis, ventoſis,nudiſq;, ſicci temperamenti homines ſunt,ob id ferini & ſylueſtres,immanes, inhoſpitaleſque: cõtra planis, pinguibus,aquoſis, expoſitiſq; ſoli,ſunt homines temperati: ob id mitiores, benigniores, & ſic de reliquis. Galenus in Thracico, & Scytico generi, cutis mollis, alba, glabra: nam omnis color in his in viſcera confugit, vbi dum agitatur, & feruet, animoſi, audaces, & præcipitis conſilij, ingenij hebetis, vnde ſolus Anacharſis apud eos Philoſophus fuit. Exteriori frigore interiora calent, Thraces, Celtæ, Bithini, Pontici & frigidæ regionis incolæ glabri ſunt & pingues: ſub æquinoctiali Æthiopia, Arabia naturali calore foras acto, corpora uſta, dura, ſicca, & nigra reddit, corpus proprio interiori calore friget, aſcititio incaleſcit. Vnde ſicci, graciles, veluti torrefacti, & ſic timidi. Aſtrologi mores, qui à temperamento eueniunt, à ſtellis dicunt prouenire: nam ſi homines rubei coloris, criſpi capilli & ruffi, oculorum ſanguinolentorum, formæ quadratæ,atque decentis carnoſitatis, Martigenum dicunt; vnde mores habere aſperos, iniuſtos, contentioſos, præcipitis iræ, audaces, periculoſos, & qui nullis rationibus ſubigantur, quæ omnia ex calida, & ſicca temperatura eueniunt, ex qua forma & mores. Sic ſi corpus candidum magnum, oculos cæſios, læue, & glabrum, lunare dicunt, & mores ſtabiles, honeſtos, miſericordes, amantes filiorum, & parentum, quæ omnia ex frigiditate & humiditate proueniunt. Rhetores, qui mores ex ætatibus venantur, ex eodem fonte cauſas venantur. Pueri multum habent natiui coloris, argumento quod frequenter reſpirant, & multo indigent alimento, eorum complexio humida & calida eſt, quia incrementum nullo alio temperamento indiget: ob id pueri nihil aliud, niſi edere concupiſcunt. Adoleſcentuli calidi ſunt, & ſanguine affluentes; ob id his vinum indixit Plato, ne feruor naturalis ex vino vehementior fieret, & furibundos redderet: ſicciores, & calidiores ſunt, & incontinentes, quia ſanguine abundant, ex quo fit ſperma: vehementer cupiunt, & celeriter ceſſat cupiditas, ſunt mobiles, quia anima mouetur ex mutatione ætatis, cito iraſcibiles, & acutæ iræ, ſed non durat, quia abundant ſanguine, ſed quia tenuis cito ſoluitur. Ambitioſi, & contemni non patiuntur, neque conuitiari, quia ſanguine pleni, qui reddit audaces, fortes, & confidentes: Bonæ ſpei; quia calidi, magnanimi & liberales ex ſanguine. Senes frigidiores ſunt, ob id auſteri & tædij pleni, & duri. Et dicit Plato, quod id non ex annorum numero, ſed corporis temperamento, quod cuique ætati adeſt. Sunt & exangues & frigidi: ſunt animo deiecti, & puſillanimi, quia ſanguine deficiunt, præcipue in corde, in quo ira eſt, & deſiderium. Auari ſunt ob ſiccitatem, timidi, quia frigidi, & timiditas frigida quidem eſt: inuerecundi ex carentia ſanguinis: malæ ſpei propter timiditatem: acutæ iræ, ſed infirmæ, quæ fit ex ſanguinis aduſtione in ira, ſed parum firma: non iocoſi, quia riſus & iocus in ſanguine ſiti ſunt, & ſi non amant,odio habent. Plautus in Mercatore.

Verùm ſi non amant,oderunt, moleſti itidem, atq; difficiles,
Garruli, oſores, infenſi, iracundi, ſibi,ſuiſq; inuidi.
Quod in ſe olim admiſere turpiter, id ſi fiat modeſtius
Non tolerant, vt equum eſt, patres, ſed clamant indecenter, obſtrepunt.

Quod

Quod ex cibis quoque mores proueniant, Galenus retulit, verùm nos planè intelligimus cibum quemlibet in ventriculum deuorari primum, vbi prius confectus, mox per venas exceptus, humores in corpore efficit, ex quibus partes tùm aliæ omnes, tum ſimul cum ijs cerebrum, iecur ex eo aluntur. Id dum fit, calidiores, quàm alias redduntur, tum frigidiores & humidiores, cùm prænalentium humorum conſimiles poteſtati fiant. Ergo nunc quoque, veluti reſipiſcentes ij, qui in alimenti hos modeſtiores fieri, illos proteruiores, quoſdam nequiores, alios temperatiores, & audentes & ignauos & manſuetos, & leues & litigioſos, & pernicaces fieri poſſe egrè concedũt, &c.

DE IVDICANDI METHODO, ET QVAE SIGNA PRAEFERENDA *veniant.* Cap. XXVI.

CONSEQVI iam cenſeo, vt ex multis, quæ diximus, ſignis, quæ præferenda, & quæ omittenda, & quæ fortia, debilioraque fuerint, oſtendamus. In ſignorum delectu primas partes ſibi vendicant ſigna, quæ ex proprietate accipiuntur. Sunt enim ſigna, vt ſuperius recenſitum eſt, vel prporia vel communia. Propria ſunt, quæ cum paſsionibus recurſum faciunt, & eiuſmodi poſitis, ponuntur & paſsiones, quarum ſunt; vt extremitates magnas habere, proprium eſt fortitudinis ſignum. Communia ſunt ſigna, quæ ab apparenti more, à contrario, & id genus cæteris deſumuntur, & dicuntur communia, quia cum ſuis paſſionibus non conuertuntur. Quod ſigna, quæ à partibus accipiuntur, fortiora ſunt ijs, quæ à moribus apparentibus, & ſimilibus: cauſa eſt, quod immediate ſubſtantialem formam conſequantur: illa verò, vt color & leuitas, & huiuſmodi ſimilia, non tam immediate ſubſtantiam conſequantur: nam ſigna ex quibus Phyſiognomones dijudicant, ſumuntur ex motibus, figuris, coloribus, moribus apparentibus in facie, voce, carne, partibus, & figura totius corporis, & ſimilibus. Sed & partium ſigna ea fortiora ſunt, quæ ex primarijs locis deſumuntur. Primaria loca ſunt, quæ circa oculos, frontem, faciem & caput; Secunda quæ circa humeros & pectus; Tertia quæ circa crura, & pedes. Poſtrema verò & minima, quæ circa aluum ſunt. Cuius cauſam affert Ariſtoteles. Signa enim, quæ circa caput, manifeſta ſunt, circa ſapere & ſenſus; quia cerebrum cõtinet principium motus & ſenſuum, ac oculi pars cerebri ſunt, ex Galeno. Sic aterior pars fortior eſt: quia plenior, poſterior verò vacua. Ob id optimè Apuleius dicebat, quod totus homo in facie eſt, quia ibi ratio inhabitat. Secundo loco pectus, cordis domicilium, ſubiectum omnium ſenſuum. Tertio loco crura, & pedes, quia ſunt inſtrumenta ſenſus & motus. Vltimo loco aluus, à qua naturalia membra includuntur, quæ ad ſapientiam non faciunt, nec ab eo mos, aut virtus vlla proficiſcitur. Adamantius ſuæ Phyſiognomoniæ initio hæc habet: Circa partes, & membra quælibet, colorem, motus, ſpiritus, voces, & aliæ quæ ad hæc ſequuntur Phyſiognomonizare oportet. Sciendum quod non ab vno ſigno ſecundum ſe ipſum, aut à duobus certè putare veritatem enunciandam, ſed à pluribus & maioribus, atque ab ijs omnibus, quæ ad inuicem conueniunt; alia autem ſigna ſecundum habitudinem, quam habent ad ea, quæ ſunt in oculis indagare oportet; hæc enim primas ſibi vendicant partes: ſi namque ea, quæ ſunt extra hæc his aſſentiuntur, ſine mendatio erit iudicium. Cæteris autem ſignis potentiora ſunt, quæ circa oculos manent, vt frons, naſus, os, genæ, & caput. Secundum verò quæ circa collum, & pectora ſunt; tertia quæ circa humeros, & manus & crura, & pedes; poſtrema autem quæ circa ventrem. Sed maximè ad iudicium confert totius hominis conuenientia in omnibus his apparens, hunc in omnibus ſignum omnium inſpicere oportet. Id autem rationem in ſe ipſo non habet, ſed ſingula ſigna, & ea quæ ſunt in oculis, & alia vniuerſa hominis effigies ſimul componit: omnibus enim ſignis ſimul adiunctis, quod verum eſt dijudicant. Sed alij ſunt, qui dicant ſigna ab anteriori parte accepta, priora eſſe ijs, quæ cum ſenſibus ſunt, quia ibi ſenſus inhabitant, ſed quæ à poſteriori parte potiora eſſe ad motum, & fortitudinem, quia ibi membra ſunt neruoſa motus. Nec deſunt, qui ſuggerant, potiora ſigna eſſe, quæ accipiuntur ex ijs membris, per quæ paſsio illa exercetur, vt quia cor iræ ſubiectum eſt, ideo iræ ſigna, quæ à cordis partibus accipiuntur, potiora, verioraque, quàm quæ à coſtis, pectore, reliquiſque locis ſumuntur. Eodemq; modo fortitudinis notæ à brachijs humeris, coxis, & pedibus. Præterea eorum meminiſſe non obliniſcar, quorum ipſemet Ariſtoteles mentionem facit: Vni ſignorum credere fatuum eſſe, ſcilicet communium; ſed vltra circa vnum conuenientia penſiculanda eſſe, & plura teſtimonia ad vnum accõmodanda, vt ex ijs mox ſecurius iudicium proferatur: quod eſt etiam à Galeno confirmatum, qui Phyſiognomones multum errare credidit, quod vni ſignorum credant, niſi proprium ſignum id fuerit.


QVID SIT PHYSIOGNOMONIA.
Cap. XXVII.

AT iam ad Phyſiognomoniæ diffinitionem deueniendum. Eſt igitur morum inſpiciendorum Naturæ ratio, ex ijs, quæ corpori inſunt fixis ſignis, & accidentibus, quæ ſigna mutant. Dicimus, Naturæ morum, ne quis de accidentalibus putet, quæ etiam animæ ineſſe poſſunt, cum tempore acquiſita, vt Medicum, vel Mathematicum eſſe; hæc ex naturæ corporis ſignis haudquaquam dignoſci valent. Diximus accidentia, quæ ſigna transmutant, quia plerumque id fit per ſigna, quæ corpori non inſunt, ſed & alterato, inſunt, vt in timiditate, & verecundia videre eſt: cum enim anima verecundiam ferre nequit, ex ſanguinis ad exterius effuſione, quaſi dux rubor ipſe apparet; ſic in metu, quando ſanguis ad præcordia, quaſi in ſuam artem ſe recipit, pallur ſuboritur: atque hoc modo rubor, & pallor paſſiones ſunt, quæ facile arcentur. Et dum animi mores dicimus, eos intelligimus, qui in ſenſitiua parte ſunt, quæ hominibus & brutis communis eſt, & à Græcis ἠθικὰ dicitur. Vnde vana eſt Trogi, en Philonis opinio, qui in animæ nutritiuæ operibus ex plantis ſigna culligi poſſe cogitarunt: nam cum vegetatiua virtus communis ſit omnibus viuentibus, longæui ſigna ex plantis ſic colligebant: Quibus capilli longi & firmi, longæui ſunt: quia ad lungæuas plantas referuntur, quæ folia firma, æternaque habent, vt pinus, ilex, medica quæ æterna pubent coma, & lungæua ſunt. Phyſiognomonia nomen ex φύσις natura, & γνώμη regula compoſitum eſt, quaſi legem vel naturæ regulam dicas, vt ſcilicet quadam naturæ norma, ordinationeque, ex tali corporis forma tales animæ affectiones conſequantur.

DE SYLLOGISMO PHYSIOGNOMONICO.
Cap. XXVIII.

IAM verum eſſe recenſuimus, animam & corpus adinnicem mutuis paſſionibus transmutari, propriaque eſſe ſigna in corpore, per quæ coniectare poſſumus huiuſmodi animæ naturales paſſiones: & ob id phyſiognomunicam ſcientiam omnibus inconfeſſo eſt eſſe veram. Nunc ſyllogiſmus ſe ingerit, quo Phyſiognomones ad propria hæc ſigna inuenienda vtuntur, cuius Ariſtoteles ſuarum Analiticorum librorum priorum poſtremo meminit; ne quid videatur prætermiſſum, quod cognitu neceſſarium eſſe videamus. Ad proprium ſignum inueniendum, primo conſiderandum eſt animalium genus vnum, cui in vniuerſum inſit ea paſſio, ſecundo, alia genera inuenienda, quæ non vniuerſæ ſed particulariter einſdem paſsionis ſint capacia, demum quæ nota omnibus inſit, quibus ineſt illa paſsio, & ſimiliter remoueatur ab ijs, quæ einſdem expertia ſunt, & tunc illud proprium erit ſignum. Exemplum erit: Ad diſquirendum proprium fortitudinis ſignum, conſiderabimus multa animalium genera, & leonum genus vniuerſaliter viribus præcellere puto omnibus notum. Secundo, fortitudo non ſolum in leonibus, equorum, taurorum, & hominum genere reperitur particulariter: nam aliquis equus, taurus, & homo fortis erit. Poſtremo, ſignum eſt ijs obſeruandum, quod leonum generi ſemper inſit, & ſi qui particulariter fortes ſunt, etiam idem ſignum ſibi vendicent; & qui flaccidi ſunt, tale non habeant: & id ſignum erit. Extrema corporis robuſta habere, vel magna: nam vniuerſum leonum genus extrema magnitudine præſignia habet, & in reliquis animalium generibus aliqui equi, tauri, homineſque, qui fortes ſunt, huiuſmodi habent, & qui talia non habent, imbecilles prorſus exiſtimantur, erit ergo, extrema magna habere ſignum proprium fortitudinis. Syllogiſmum apponere nil obfuerit, is autem erit in prima figura, & quod medium, ideſt ſignum, cum priori extremo conuertitur, & minorem extremitatem traſcendit, & non conuertitur. Sit fortitudo A magnas extremitates habere B. leo C.

Omne



Omne magnas habens extremitates eſt forte: Omnis leo, & quædam animalia magnas habent extremitates, Ergo omnis leo, & quædam animalia ſunt fortia. Syllogiſmi medium, videlicet ſignum, quod eſt B, magnas extremitates habere, conuertitur cum maiori extremo, quod eſt A, forte, minus verò extremum, ſcilicet C, leonẽ tranſcendit: nam magnas extremitates habere non ſolùm omni leonum generi, ſed alijs quibuſdam, vt homini, equo, & tauro competit. Eodemq́ue modo Hectorem fortem eſſe ſyllogizare poterimus. Vt omne magnas habens extremitates eſt fortes, Hector huiuſmodi habet. Ergo fortis.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI

DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA.

LIBER SECVNDVS.

PROEMIVM.

HACTENVS deſcripſimus quibus modis Phyſiognomones ex ſignis corpore apparentibus animi mores coniectarētur; nunc ad ea ſigna, ex vniuerſi corporis partibus accedamus, quæ propria eſſe diximus. Non pigebit tamen his naturales cauſas aliquando addere, exiſtimā tes, vt ſi qui miroſuli fuerint, quibus hæc minus placerent, naturalium cauſarum aucupio, ex philoſophiæ fontibus petito, ſatisfacturos. Nos corporis compaginem, vt Ariſtoteles animalium libro, in quatuor partes diuidemus, caput, collum, thoracem, & duplex brachium, & crus. A capite parte omnium nobiliſsima protinus exordiemur, ſenſoriorum officina, in qua principalis animæ pars regimen habet: ibi enim viſus, auditus, olfactus, & guſtus breui loci intercapedine continentur; atque eorum, quæ præſagiuntur, maxima præcipuè pars in capite eſt, hominumq́; obuiam venientium pectora non prius apparent, quàm nudata fuerint corpora, ſed caput illico aſpicimus. Legimus in Platonis Timæo, caput non ſolùm principale dici, ſed etiam totum in corpore; & reliqua ſolum, vt capiti ſeruiant adiuncta eſſe. Et in Platonicis; Deum capitis figuram ad mundanæ rotundationis ſimilitudinem compegiſſe, in eoq́; duos illos animæ circuitus interlocaſſe, ac eſſe membrum corporis diuiniſsimum, & reliquorum facile princeps, cui totum corpus ſubeſſe connexum, ac parere iuſſerit. Mens, vt Lactantius ait, in ſummo capite collocata, tanquam in arce, ſublimis ſpeculatur omnia & contuetur. Pileo Hippocratis imagines contegebantur, vt ſignificaretur, quam maximè cuſtodiendam partem illam, nam in ea, tanquā domicilio, princeps animus reſidet, & intelligendi beneficium poſitum eſt.

DE CAPITE. Cap. I.

NOS cum Ariſtotele totum id caput vocamus, quod collo ſuſtentatur. Primo integrum conſiderabimus; poſt eius partes, frontem, oculos, ſupercilia, & reliqua. Galenus capitis conſiderat quantitatem, & formam: quantitatis varietas in magnitudine, & paruitate conſiſtit, loquemur primò de quantitate.

Hac tabella maximum bubonis, & Vitellij Cæſaris vaſtum caput exprimitur, vt ex marmorea ſtatua, quæ in muſeo Hadriani Spatafori patrui mei, viri doctiſsimi, & rerum antiquarum ſtudioſiſsimi aſſeruatur, excipi curauimus.



Caput magnum.

Caput, quod magnitudine exuperat, obtuſi & indocilis hominis argumentũ dixeris, quod Polemon & Adamantius in eorum Phyſiognomonicis confirmant. Albertus animalium libro. Caput, quod præ ſui magnitudine ad humeros vergit, ſenſu & virtute carere dixit, immenſum autem ſtolidum, ſtultum, & vehementer indocile. Ariſtoteles libro de ſomno & vigilia, eos, qui nimio plus in capite extumuerint, ſomniculoſos dixit: nam quo amplius eſt conceptaculum, eò plus item capiat neceſſe eſt. In nanis, ſiue pumilionibus, vaporum multitudinis vis ad caput ſurrigitur, cùm grandius membrum alimenti plus requirit, quod verò copioſè ſcandit, copioſè remeet neceſſe eſt, ſed lentius: quia inſitus calor vim tantæ ſublatæ euaporationis breui percoquendo nequit conficere. Idem confirmat in ſuis Phyſiognomonicis in figura ſomnolenti, tribuens ei ſuperiora maiora, ideſt caput. Cuius ratio naturalis eſt, quod capitis magnitudo, materiei potius abundantiam, quàm virtutis excellentiam indicat: vaſta enim capita vitioſa intelliguntur ob materiei ſolam multitudinem, non contentorum, & præcipuè ſi his acceſſerit inconcinna figura: nam obſeſſam vim cogitandi denunciat, eumque nullius, aut certe rudiſſimi perceptus eſſe, vt ſæpius dicimus, ò quale caput, & intellectum non capit. Si ad hominũ ætatem referre licet, pueri magnum habent caput, & ponderoſum, & ſomniculoſi, & paucifsimi ſunt intellectus. Si ad animalium ſimilitudinẽ referre licet, quodcunq; animal ſpeciem alicuius animalis refert, ingenio quoq; & moribus ad id accedit. Aſini grande caput habẽt, & ineptiſsimis ſunt moribus, ſtolidi, degeneres animo, timidiq;. Aues nocturnæ, vt noctuæ, & bubones enormia magnitudine capita habent, & ex ouò procedentes, è pedibus exeunt, nimio ponderis capite detentæ. Ouidius de Aſcalapho in bubonem mutato.

„ ſparſumq; caput Phlegethontide lympha,
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur alis,
Inq; caput creſcit, &c.

Nulli auiũ caput maius, ob id ignauæ, ridiculæ, & timidæ aues, vt ſi die apparent, à cæteris auibus præ ſua ignauia deplumentur. Falcones, qui magnum caput habent, non laudantur, quòd ad auium nocturnarum ſpeciem accedant, quæ omnes capitatæ, & timidæ ſunt. Inter piſces Vranoſcopius magnum caput habet, & verticem admodum latum, piſcium omnium ignauiſſimus. Vnde Oppianus.

Stultitia inſignem memorabimus Hemerocetem
Segnitieq; omnes ſuperantem, quos creat æquor.

Cephalus magni etiam capitis eſt, vt ab eo nomen traxerit, & capitonem etiam dicunt, iners & ridiculoſus habetur, ridetur nanque eius natura: nam in metu capite abſcondito, totum ſe occultari credit, auctore Ariſtotele. Sic reliqua animalia multæ humiditatis, paucæque caliditatis magno ſunt capite, & ſtupida, hebetiaque eſſe videmus. Ex hiſtorijs vaſto fuiſſe Vitellium capite legimus Imperatorem, vt etiam ex iconibus apparet, qui rudis, & ignauus fuit.

Hic ſagacis canis caput oſtenditur, & Platonis capitis magnitudo, quod ex muſeo Vincentij Portæ fratris antiquarum imaginum exploratoris, & adſeruatoris diligentiſsimi excerpſimus.



Caput paulo maius mediocri.

Qui verò capita paulo maius commenſurato habent, ſenſati ſunt, & acri vigent ingenio. Polemon hunc ſenſibus refertum, & illiberalem dicit, ſed textus defectuoſus, & ex Adamantio reſtituendus. Qui inquit. Caput paulo maius commenſurato, probè ſenſatum quidem, fortem, & magnanimum oſtendit; quod autem extra mediocritatem, benè ſenſibilem quidem, ſed non virilem, & valdè illiberalem monſtrat: vnde verba illa media deficiunt. Albertus ex Loxi authoritate. Caput, quod aliquanto maius eſt, quàm conuenit, ſenſus augmentum, virtutem, & magnanimitatem arguit. Naturalis cauſa eſt, vt Galenus in eo libro, cuius inſcriptio, Ars medicinalis eſt, Magnum caput dijudicare periculoſum eſſe dixit: nam magnitudinem non neceſſe eſſe bonæ conſtitutionis ſignum; nam ſi euenerit ob inſitæ virtutis robur, multam, & optimam materiā producens; & ſi concinna fuerit ambiens figura, & quæ ipſi cognata fuerint, optima ſint: ſcilicet ceruix valida, oſsibus bene diſpoſita, atq; omnino neruoſa, & ipſi omne benè coaluit, etiam oculos benè cernentes, egregium ſignum eſt. Et libro, De morbis vulgaribus: Quemadmodum magnum pectus, ampla interius cauitate duo magna viſcera, pulmonem, atq; cor, nulla ex parte compreſſa continens, melius erit ſi caput & dorſi ſpina magnitudine reſpondentia cùm grandia fuerint, cerebrum & medullam ampliores, latioreſq; ſpiritus in ipſis cauernas efficiunt, vnde cogitandi vis in eis optima; Quod ex eo idem retulit Auicenna. Ioannes Alexandrinus in ſua commentatione in Hippocratem ait: Capitis laxior requiritur capacitas, quia multarum virtutum eſt conceptaculum ſenſitiuarum.

ſitiuarum. & motuum præſtantium. Si amplum fuerit cerebrum ad capitis proportionem, manifeſtum eſt calorem naturalem bene agere: ſi magnis ſpondilis, magnis item pectoris oſſibus, vitalium virtutum optimam conſtitutionem, & mox corporis totius peraccommodam nutritionem prouenire. Si ad ætates referre licet: reſiccata iam ex pueritia in virilitate capitis enormitate, homo prudentior euaſit. Ad animalia referendo, Ariſtoteles ad canes retulit in ſuis Phyſiognomonicis, ad eos ſcilicet, quos nos bracchos vocamus; nam ſagaces ſunt, & acerrimo narium ſenſu vigent, ſed quia Ariſtoteles pluries canum meminit, nunc generoſos & magnanimos vocans eos, nunc adulatores, nunc conuiciatores, adclamatores & inuidos, nunc curſores ſtultos, ſagaces, & ferarum amatores: ne quis ipſum nec ſibi conſtare, nec falſam & ſubdititiam doctrinam diſcentibus proponere ſuſpicetur: ſciendum plura eſſe canum genera, quæ ideo non duxit neceſſarium diſtinguenda, quod nobis domeſtica, & familiaria eſſent. Nam ſunt robuſti, & Moloſſi canes, qui etiam magnanimi, forteſque ſunt, & ſagaces, qui narium ſagacitate feras veſtigant, brachi dicti. Sunt & curſores ferarum amatores, vulgò leprieri dicti, ſunt & cuſtodes & viles canes, qui conuitiatores & adclamatores, & adulatores ſunt: quorum omnium vt mores, ita & forma varia eſt. Veſtigatorum forma, vt à Blondo, & alijs deſcribitur, hæc eſt: Capite ſunt concinno, ideſt paulominus mediocri, deiectis & propendentibus auribus &c. Hæc volui admonuiſſe, ne variorum generum diſcriminis ignoratione deciperemini. Sed reuertamur, vnde digreſſi ſumus. Ægyptij Anubim canino capite depingebant, quem aliqui dicunt eſſe Mercurium, innuentes, quod nil eſſet cane ſagacius. Si ad aues referuntur, pſitaci grandiori ſunt capite, vnde non ſolum loqui, ſed etiã meditari ſcribunt. Paruo erat corpore Hippocrates, ſed grandiori capite venerabilis. Platonis caput ad totius corporis proportionem paulo ſupra menſura extare videtur, vt ex innumeris ſtatuis videre licuit, quorum ingenij perſpicacia & robur nota ſunt. Attila enim capite fuit maiuſculo, & conſilio, & ſtudio valebat.

Hominem minimi capitis ad ſuperiorum, & ſui corporis proportionem, & ſtructionem tibi ad viuum appingi curauimus, vt facilius capituli ad ingentis corporis magnitudinem ratio conſideretur.



XIII

Caput minimum.

Contra autem, qui minimo ſunt capite, ferè inſenſati ſunt. Polemon & Adamantius inquiunt. Caput admodum paruum ſi quis habuerit, ab omni ſenſu, humanoque captu alienior. Rhaſes ca-

dem, quæ hi refert. Galenus naturalem cauſam affert. Exiguum caput improbæ cerebri conſtitutionis peculiare ſignum eſſe, & exigua capita ſemper parua iudicanda eſſe: cauſam autẽ Hali Rhodam dicit, ob conſtitutionem, coarctationemq́; ventriculorum cerebri, ex quo ſpiritus animales liberè non valeant expatiari, addita quoq́; eorum imbecillitate, quæ inde producuntur: etenim, cùm exigua eſt radix vix inde prodire aliquod magnum poteſt. Diuus Thomas ſuper ea, quæ De ſenſu & ſenſato ſcripſerat Ariſtoteles, ait: Caput & cor ſitu ſibi oppoſita ſunt adinuicem, vt cerebri frigiditate vnius calor contemperetur, vnde fit, vt paruo capite homines ſecundum membrorum aliorum proportionem, impetuoſi ſint, ac violenti, quippe cordis calore non ſatis per cerebrum reflexo, ac in diſpoſitione diuerſa affectio inde prouenit contraria. Auicenna. Exiguum caput, cum inconcinna figura, & ei par debilitas colli & dorſi, defectum ſignificat virtutis moralis, naturalis, & animalis; ob id homo ille perfidus, velocis iræ, & in rebus hæſitans erit. Meletius philoſophus non ingrata refert: Caput cerebri grãtia factum eſt, ad illud quoq́; cõprehenditur, illius quod comprehendit, naturam conditam eſſe conſtat. Caput quod intus exiguè capax ſit, flagitioſi cerebri iudicium oſtendit. Cum igitur vniuerſi corporis noſtri actiones cerebri officio perficiantur, (quippe qui ſi extremum in pede digitum moueri acciderit, illum ſanè à cerebro motum eſſe certum eſt) manifeſtum eſt: quod paruum caput habentes, præ eius paruitate, priuantur facultate perficiendi ea, quæ magnum caput habentes, perficiunt. Paruum enim inſtrumentum plurimi ſpiritus capax eſſe neutiquam poteſt, itaque cum paruum caput anguſto ſpatio contineatur, in eius anguſtiam animalem ſpiritum demergi, & extingui, & cum eo vniuerſas, quæ ab eo fluunt actiones contingit. In ſumma igitur exiguum caput perpetuo prauum habetur. Ad animalia referendo. Ariſtoteles aſino retulit. Sed, vt diximus, aſinus non paruo, ſed magno capite præditus eſt, vnde in textu mendum ſuſpicor, cum Polemon & Adamantius, vt vidimus, nil tale habeant. Ideóq; Ariſtoteles formam fœminæ deſcribens, exiguum tribuit ei caput, & Pardali, non aſino, cuius imaginem refert, retulit, niſi quis per paruum caput, Ariſtoteles intellectus paucitatem, vel contentorum intellexiſſe dicat, nam aſinorum capita, & ſi magna videntur, oſſium, & ambientis carnis & cutis mole exuberant; ſunt enim parua cerebri paucitate, cuius eis pars minima. Ego ad Struthionem referrem: nam inter animalia exiguum retinet caput, ceruix procera eſt, corporis eximia magnitudo: cuius mira ſtoliditas. In tanta reliqui corporis magnitudine ſe latere exiſtimat, (cum effugere aliter venatores non poſſit) cùm caput frutice occultauerit, vel cum vmbram ſuo capiti pro tutela parat, cæteris corporis partibus debiliori. Ariſtophanes in Auibus Rheæ matri Deorum Struthiocamelum comparat, propter eius magnitudinem. Et Iob. Struthionem Deus priuauit ſapientia: non dedit illi intelligentiam. Extat prouerbium in Suida. *Λιβυκὸν ὄρνεον*, de prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Interpres Ariſtophanis in Auibus id conuenire dicit in barbaros, & meticuloſos: ſunt enim homines prægrandes ferè timidiores.

Caput paulo maius paruo.

Ariſtoteles Problematum libro cenſuit hominem animantium omnium prudentiſſimum eſſe, quum capite ad reliqui corporis proportionem minimo ſit, immo & inter ipſos homines, qui hac parte diminuti ſunt, ferè prudentiores eſſe, quàm qui ſunt grandiori. Sed intelligit Philoſophus pro grandiori capite vaſtum caput, & pro capitis paruitate, macilentum, & paulo maius paruo: ſic videntur duo hæc maximi philoſophi dicta inter ſe non aduerſari: nam prius improbare, hic magnopere laudare videatur, ſed ſi quis hominis cerebrum viderit capite contentum, longè maius eſt duorum aſinorum cerebro, & equorum, proportione ſeruata. Sed longa experientia me docuit homines magnos paruo capite præditos & paruos magno, optimos inter cæteros eſſe, & debita in vtriſque quantitas reperitur, Auicenna inquit: Paruum caput, ſi cum fortitudine virtutis formatiuæ fuerit, optimum erit. Ad animalia referendo: capite prædita paulo maiora paruis, ingenioſiora ſunt, vt cerui, & ſimilia.

Caput mediocre.

Optima magnitudinis capitis conſtitutio in medio conſiſtit, vt ſit mediocre, & intra menſuram conſtitutum. Ariſtoteles Alexandro Magno laudat mediocre caput. Polemon, & Adamantius etiam mediæ magnitudinis caput laudant. Albertus moderatum caput iudicare dixit ingenium & ſenſum, aliquando timidum & liberalem. Sed cur dixerit inuidum, niſi mendoſus textus excuſet, neſcio qua ratione poſsit excuſari. Ratio naturalis eſt, quod moderata membrorum magnitudo ex optima vi formatrice, moderatam iudicat humorum temperiem. Et mihi videntur leoni comparandi, ipſe enim ad corporis rationem moderata capitis magnitudo eſt, vt apud Ariſtotelem

telem videre eſt leonis formam deſcribentem. Ego verò liberalem, magnanimum, & audacem dicerem: ad leonem relatum.

Prima hæc tabella in dextra ſui parte non naturalem capitis formam refert, in qua anterior eminentia perit, poſterior tamet: ſiniſtra vero ſecundum capitis innaturalem formam, in qua poſtica pars deperditur, & anterior gibba eſt.



XV

Caput in ſinciput cauum.

Diximus de magnitudine: nunc de forma capitis. Hippocrates & Galenus quinq; afferunt capitis diſcrimina, naturalis vnum, innaturalis, & monſtruoſi quatuor. Prima innaturalis capitis figura, in qua anterior eminentia, frontiſuè elatior ſedes perit à ſincipite poſterior; quæ occipitis reſeruatur. Secunda huic plane contraria viſitur, quæ occipitis nimirum poſteriorem eminētiam, manente anteriore, perdit. Tertia quæ naturali magis opponitur, in qua ambæ capitis eminentiæ abolentur, & caput ad amuſsim rotundum, & inſtar exactæ ſphęræ obſeruatur. Quarta, quæ ab Hippocrate enumeratur, in qua caput in latere ad vtramq; aurem inſignius, quàm in anteriori, poſterioriq; ſede, prominet. Hæc cogitari quidem poteſt, ſed fieri non poteſt, vt ſi tota longitudo in latitudinem eſſet transformata, nec tanta à naturali digreſsio fieri poſſet: ſed monſtruoſum eſſet, nec viuere poſſet. Quinta naturalis eſt, ad oblongæ ſpheræ formam potiſsimum extruitur, priorem poſterioremq; partem obtinens magis proceram. Sed vnaquæq; regio peculiarem ſibi vendicat capitis formam. Primum ſi caput in ſinciput cauum erit, male de ſenſu, & imaginatione actum erit, ratio eſt: quod ea pars malè affecta, malè quoq; cerebrum affectum erit: cerebrum enim ſequitur caluariæ formam, & ea cerebri pars ſenſibilis eſt, & imaginationi præeſſe dicitur. Albertus dolis, & iracundiæ deditum dicit, neſcio qua ratione.

In occipus cauum caput.

Qui verò retro caua depreſſa habuerint, imbecilles & memoria orbari dicuntur, eſt enim ea pars memoriæ dicata. Polemon & Adamantius timidos dicunt. Sed corrigendus Adamantij textus: nam pro ἄφρων, contrarium habent ἔφρων. Galenus naturalem rationem habet. Quod ſi ea quæ ſecundum occiput, eminentia aliquatenus minuatur, ſimul intueri oportet neruos, atq; ceruicem

uicem vnà cū oſsibus alijs: nam ſi ſecundum naturam conſtiterint, materiæ defectu, non virtutis imbecillitate contingit, illis verò non rectè ſe habentibus, principium eſt debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, conſequitur eorum, quæ diximus, imbecillitas, rariſsimè aliter euenire conſueuit. Germani compreſſo occipitio, & lato capite plerunq; ſpectantur, quod pueri in cunis dorſo ſemper incumbent, ac matribus cunarum lateribus alligentur.

In ſinciput prominens caput.

Eodem quoq; dixtintiones adhibendæ ſunt ad anteriores capitis partes, ſcilicet ad frontem attinentes, quas etiam ad poſteriores adhibendas diximus. Earundem paruitatem & magnitudinem inſpicere oportet, atq; itidem figurā, & ſenſus ibi collocatos, viſum, guſtum, atq; odoratum: hæc enim ad ſe inuicem iudicant, atq; atteſtantur, & quæ à principijs oriuntur, principij virtutem, & vitium obtinent, quæ ab ipſis naſcuntur. Et hęc quidem anterior pars ſenſitiuos quidem plurimos, paucos verò actiuos continet neruos. Vnde ſi bene affecta fuerit hæc pars? maximè ſenſitiuum iudicare conuenit.

In occiput capus prominens.

Qui poſticam capitis partem gibbam habent, memores erunt, ibi enim memoriæ ſedes, & ſi pars ea bene conſtituta erit, memoria bene valebit. Sed dicet aliquis: quomodo id probari poteſt? dicimus per vulnera illis partibus accepta. Cū enim aliquis eſſet bonæ memoriæ, accepto in ea parte vulnere, vim illius amiſit. Vnde Solinus in Polyhiſtorijs narrat de quodam qui accepto vulnere in occipitio ad tantam deuenit ignorātiam, quod neſciebat ſe nomen habuiſſe. Sic enim & de alijs partibus, imaginatiuam & rationem intelligere licet, vt apud Galenum videre eſt. Qui etiam in Arte medicinali, & ab eo Auicenna ait: Caput, quod ſecundum occiput eminens eſt, non ſemper malum. Sed adhiberi oportet diſtinguendi rationes, quibus antea de capite grandiori vtebantur: ibi nanq; & nobiliſsimus cerebelli ſinus & dorſus, & medullæ exortus locati ſunt. Poſtea ceruicem conſidera, imbecilla ſit an robuſta: nam ſi validum collū ſubſtinet, huiuſmodi capitis acumen probato, has enim homines, & aliorum mēbrorum, ſed oſsium præcipuè viribus pollere comperies, ea enim pars neruorum omnium, qui in toto animali ſunt actiui, origo eſt, ſenſitiuos verò paucos obtinet.

In ſecunda hac tabella, à dextera parte, tertia non naturalis capitis figura delineatur, in qua vtrunq; tuber, anterius ſcilicet & poſterius, intercidit, à ſiniſtra naturalis figura ſphæram vtrimq; leuiter depreſſam, anterius, & poſterius extuberantem exprimens.



In ſinciput, & occiput cauum caput.

Si vero caput ambas eminentias amiſerit, ſcilicet occipitis, & ſincipitis, & æquale, & vndiquaque quaſi perfecta ſphæra ambiens fuerit, peſsimum erit: nam ſine ſenſu, memoria, & intellectu eſt globoſum caput, vt etiam adnotatur ab Alberto. Medicorum dogma eſt: vbi deficit caput, ibi ſignificatur imbecillitas, & defectus operationum. Si anterior pars, defectum ſenſus, & imaginationis; ſi poſtica, virium, & memoriæ, in medio, rationis & cogitationis. Cerebri forma cranei formam ſequitur, & ſi eius figura corrupta fuerit, etiam cerebri forma corrumpetur: eruntque eiuſmodi pauidi, & male ſenſati. Græcorum & Turcarum capita globi ferè imaginem exprimut, quod tegumentis, quibus varie vtuntur, in caput peracommodum cenſent.

Caput in temporibus tumens.

Erat ab Hippocrate numeratum inter naturalia capitis genera illud, in quo ad tempora eminẽtiæ non introrſum, vel retrorſum inſunt. Ariſtoteles ad Alexandrum ait: Qui tempora inflata habent, & genas plenas, ſunt valde iracundi. In Phyſiognomonicis verò: Quibus circa collum & tempora venæ amplæ ſunt, ij malæ ſunt iræ, & referuntur ad paſsionem, quia iratis hæc accidunt. Polemon & Adamantius ab eo: Si qui venas illas, quæ ſunt circa collum, & tempora turgidas habent & manifeſtas, & ſanguinei coloris, intus feruere iram oſtendit. Rhaſes ab eo. Caput vtrimque conuexum, iracundum eſt, Albertus: Venæ temporum, & ceruicis rubræ, adeo iracundum oſtendunt, vt propè ſit inſanus.

In ſinciput, & occiput protenſum caput.

Sed optima capitis conſtitutio erit capitis vtrinque protenſi, & hæc ſola à Medicis exiſtimatur naturalis, & perfecta capitis conſtitutio. Galenus in Artis medicinalis libro perfectam ſtatuens capitis formam, ait, veluti ſi ſphæram exquiſitè arbiculatam excogitares, ex cæra conſtrũctam, leuiter vtrumque preſſam: in hanc enim neceſſe eſt & priores & poſteriores partes gibbæ ſiant, & cõueniant. Et alibi: Circum inuergens ante & pone, æque ac oblonga, quaſi prodẽtem ante & pone dicas. Auicenna ab eo: orbiculari figura eſſe tornatum caput videri vult, ſed tamen quadantenus oblongum, quoniam neruorum ex cerebro propagines per longitudinem conſtituantur, extumeſcente item verticibus geminis, ve illis, veluti ſupercilijs prominentibus præſentius ſuppetat neruis tutamen. Polemon & Adamantius: Caput, quod moderatæ magnitudinis, & rectitudinis, & modice compreſſum eſt, omni alia capitis forma, & ad ſenſibilitatem, & magnitudinem animi præſtantius. Rhaſis: Caput, quod magnitudine moderatum exiſtit, decentem habens rotunditatem, quæ & retro eminent, & ſub vtraque ante paruam habet compeſsionem: optimum erit. Albertus: Caput aliquanto oblongum ante & retro, vt malleo ſimile, prouidum & circumſpectum virum manifeſtat. Periclem virum Athenienſem tali capite fuiſſe tradunt, & perfectiſsimum extitiſſe; vnde & Comici eius capitis magnitudinem dicterijs laceſſunt, cum magnitudine etiam oblongo capite fuiſſe ſcribit Plutarchus, nec cæteris partibus correſpondenti, ex quo omnes eius ſtatuæ velantur caſside, quod videlicet nollent ſculptores ea re hominem deformiorem videri; & Attici Poetæ cum κυνοκέφαλον, ideſt, caninum caput, contumeliæ gratia appellare ſoliti ſunt.

Viſitur hic corui caput adamuſsim expreſſum, & humanum caput ad eius ſimilitudinem delineatum.



Acuminatum caput.

Acutum caput inuerecundi eſt. Ariſtoteles φοξὸν vocat, quaſi proacuminata capita habentes, vel ex faſtigatione, quam vocant ὀξύτατα, vel ex flammæ forma, quæ φλὸξ appellatur. Valla & Pomponius Gauricus vertendo Adamantio, λοξὸν obliquum interpretãtur ſatis ineptè: alioquin viri doctrina præditi, cum obliquum caput longè à propoſito habeat, Sed mendum in vtroque textu ſuſpicor, & non λοξὸν, ſed λοφὸν ſubſcribendum. λοφὸν noſtri apicem dicunt: nam Ariſtoteles Animaliũ hiſtorijs ſcribit, auium quidã habere λόφον, id eſt quod caput ſupereminea t. Polemon & Adamantius impudentiam notare dixerunt. Albertus, ſed ſatis barbarè. Caput enormiter prolixum: eſt imprudentiæ ſignum, & ſi emineat in prima parte, inſolentiam dicit. Galenus in Hippocratem De morbis vulgaribus. Et ſi optima figura ſit caput, longo vtrinque orbi compreſſo ſimile, deficit autem acuto capiti, aut occipitij, aut frontis eminentia: Plerumq; igitur, quemadmodum magnum caput, ita & eiuſmodi acuta capita mendoſa, improbaq; reperies, raró tamen ex bona facultate efformante materiam, & valida, quando ob alterutrius eminentiæ defectum, aut exceſſum acuta capita reddantur. Primo illud aduertendum, vtrum acuta, aut diminuta prominentia acutum caput euaſerit, non ſemper malum ex adaucta. Conſiderare præterea oportet decoram incrementi formam: nam deformia incrementa praua ſunt. Secundo vtrum capitis excelſus, qui in occipitio eſt, pluſquam ea, quæ à facie excreuerit: nam melior ſemper putandus eſt: vbi namque cerebri ſinus, & dorſi medullæ exortus. Tertio ſi robuſta ceruix: nam ſi non vltra modum grandis, validumq; collum ſubſtineat: huiuſmodi acumer probato: nam hos oſsium viribus pollere comperies. Ariſtoteles hoc inuerecundos dicit, & ad curuos vngues habentes referri, intelligens per eiuſmodi aues, coruos & coturnices, quæ impudentes ſunt, & acuta capita habent. Ego ſimiæ aſsimilarem: nam protenſo quoddamodo capite, vt homo præditæ ſunt, & impudentiſsimæ ſunt: nam denudatis, & turpiter depilaris manibus improbum exhibent ſpectaculum: nam mares & cercopitheci impudentiſsimè maſtrupatione laſciuiunt, coram quibuſq; ſpectantibus. Ob id Poetæ fabulati ſunt duos fratres impudentes à Ione in ſimias verſos. Ouidius.

Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quodam
Cercopum exoſus, gentiſq; admiſſa doloſa
In deforme viros animal mutauit; vt ijdem
Diſsimiles homini poſſent, ſimileſq; videri.

Eiuſmodi in Therſite caput riſu excepit Homerus, eumque valdè impudentem dixit. Lucianus

item

ſtem Therſitem faſtigiato capite fuiſſe dicit, & Plato in ciuitate ſua Therſitem ait illum omnium, qui ad Ilium venere, turpiſsimum, tantæque impudentiæ monſtrum, vt Achillem Agamemnoni exprobare nihil veritus ſit, ſeq; Heroibus inferere temerarius aſſuerit, in ſimiam commutatum eſſe. Q. Calaber in ſuis Paralipomenis etiam meminit. Ariſtophanes in auibus Theagenis meminit, vbi in Scolijs protenſo capite fuiſſe ſcribitur. Sunt & in Ponto populi Macrones dicti, quod apud eos plures comperiantur macrocephali, ideſt capite iuſto longiores, & apud Perſas griphi. Nec ab Atheneo in Cilicibus prætermiſſum, ſed in Atticis, Argiuiſq; mulieribus notatum.

Caput valde altum.

Polemon & Adamantius: Qui ſatis protenſo capite ſunt, contumaces habentur.

Caput planum.

Caput humile ſuperius, & quaſi planum. Albertus inſolentis, & effrenis hominis indicium dicit. Sed neſcio qua ratione, cùm potius homines eſſe deberent, qui obleſam vim ratiocinandi habeant.

DE FRONTE. Cap. II.

FACIES ea eſt in homine, quæ caluariæ ſubiecta eſt. Faciei pars frons, quæ ſub ipſo ſincipite poſita eſt, & inter idipſum, & oculos, & vtrinq; temporibus terminatur, vt Ariſtoteles Animalium libro ſcribit. Dicta eſt frons, Varronis authoritate, ab oculorum foratu. In præſagiendis animorum ægrotationibus multum confert, Plinius de fronte: Triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ & ſecuritatis index. Frons antiquitus Pudori ſacra erat, quod prouerbio teſtatum eſt, quo faciem, aut frontem perfricuiſſe dicuntur, qui pudorem omnem dedicerunt, velut abſterſo manu à vultu pudore. Sunt qui ex partis huius ſignis quibuſdam vaticinia aucupantur, quos Metopoſcopos dicimus, nulla tamen iniuncta noſtris mentibus neceſſitate, ſed lubentia potius quadam, & procliuitate, & ſanguine & ſpiritibus phyſicis.

In hac tabella obuia eſt magna hominis frons, inſigniuimus etiam bouiuæ frontis forma, in qua relata magnitudo conſpicua eſt: ſic & cæteræ peculiares frontium ſimilitudines ſeriatim tabellulis præponentur.



Magna frons.

Ariſtoteles Animalium libro ait: Frons magna ſegnitiei plena. Galenus in eo libro: Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur, idem ex eo transfert: eadem quoq; Plinius ex Trogi ſententia, ſtulte enim deridens refert. In ſuis verò Phyſiognomonicis: illos, quibus frons valdè magna, ignauos, ſeu timidos eſſe conijcit, quod in bobus ſimiliter ſe habeat. Polemon: Magna frons maiori ex parte ſecordiam ſignat. Adamantius non magna habet, ſed plana. Mendax textus, qui Ariſtoteli, & cæteris contradicit. Rhaſes in Almanſore idem confirmas: vt & Albertus, Conciliator, & eiuſdem farinæ homines: Meletius Philoſophus, immodica fronte præditos, hebetis & obtuſi ingenij ait. Cuius naturalis cauſa eſſe poteſt materiei vbertas, operationi inobediens, & quod anterior pars cerebri phlegmatica ſit, vnde ſpiritus debilitantur, ne ſuis operationibus frui poſſint. Virtus enim minus reſtricta, debilior.

Magna, carnoſa, & lenis frons.

In idęa iracundi ei magnam, carnoſam, & lenem frontem ſcribit Philoſophus, ſed Polemon, & Adamantius eodem loco paruam dicunt, carnoſam & lenem.

Parua frons.

Quibus parua frons, mobiles ſunt: dixit etiam in Animalibus Ariſtoteles: quod à Galeno, & Plinio tranſcribitur. Sed de fronte valdè parua intelligas velim. Rhaſes ſtolidos dixit. Naturalis cauſa eſſe poteſt, quia parua frons paruos ventriculos cerebri continet, vnde ſpiritus reflectuntur, ac denuo ſurgunt, & ob id cogitationis mobilitas.


Agnoſce in hac tabella C. Caligolæ Cæſaris effigiem, in qua frontis latitudo conſpicua, vt ex marmoreis ſtatuis, & æneis numiſmatibus Vincentij fratris collegimus.



Lata frons.

Frons lara mente moueri idoneos monſtrat, vt ab Ariſtotele Animalium libro, & à Galeno, & à Plinio tranſcriptum. Intelligens enim per frontis latitudinem à capillorum radicibus vſque ad ſupercilia protenſum. Meletius. Frons in latitudinem diſtenta ſtupidæ mentis indicia præfert. Eadẽ Albertus, & Conciliator. Auicenna ex his, Frontem valdè latam & magnam, ſtultitiam notare dixit. S. Bonauentura, ſeu quiſque alius eſt auctor in compendio Theologicæ veritatis, quod compilauit Ioannes Cambis, paruitatem diſcretionis notare dixit. Vocans enim magna fronte præditos, ideſt ſine verecundia aliqua petentes. Frontem latam & toruam. C. Caligulam habuiſſe meminit Suetonius: Vnde nec animi valetudo ei conſtitit, adeo vt de purgando cerebro cogitarit. Sæpe in furorem conuerſus eſt, nec niſi mentis valetudini, attribuerunt diuerſiſsima in eodem vitia, ſummamque confidentiam contra nimium metum.

Præſenti figura ſuillæ frontis cum humana ſimilitudo exprimitur, inter vtraque tempora anguſtiſsimè coarctatæ.



Anguſta frons.

Paruæ frontis homines imperiti ſunt. Sed per paruum frontem anguſtam intelligimus. Confirmant opinionem meam Polemon & Adamantius, qui inquiunt. Angulla frons non minimũ eſt imperitiæ argumentum. Ariſtotelem in Phyſiognomonicis à ſimili ſuum ſimilitudine tractum dicit. A quibus Conciliator. Frons parua, anguſtaque ſtolidum, indocilem, inquietum, & inquinatum hominem monſtrant: ad ſues relatum. Albertus eadem.

Platonis frontis ſimulachrum hic deſignatur à dextris.



Longa frons.

Frontem in longum porrectam, & optimos ſenſus, & docilitatem præſtare teſtantur Polemon & Adamantius. Albertus ſenſus vigorem, & docilitatem: intelligendo longitudinem ex aure ad aurem. Confunduntur enim ſæpenumero à ſcriptoribus cum latitudine. Plutarchus talem Platoni fuiſſe ſcribit: immo Neanthes auctor non ignobilis, aſſerit ob latiorem frontem ac faciem, quæ illi fuerat, vulgò vocatum Platonem, Diogenis authoritate. Hanc frontem paulo ante noſtra tempora Dantes Alaghierius habuit.

Hominis frons in quadratam figuram redacta cum leoninæ collatione exacta præponitur, quo minus in illius dignotione fallereris.




Quadrata frons.

Inter has frontium figuras quadrata frons, quaſi medium quoddam ſe habet, ob id Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis. Quadrata frons, & pro faciei ratione mediocris, magnanimos oſtendit ob ſimilitudinem leonis. In idea leonis dat ei frontem quadratam ex medio ſubconcauam magis. Polemon & Adamantius ab eo: Quadrata frons, quæ ſcilicet ſuæ magnitudinis dimentionem habuerit, & reliquæ effigiei proportionem, euidentiſſimus fortitudinis, prudentiæ, & magnanimitatis iudex. Meletius Philoſophus: Parua, ac modica fronte præditos, & ingenij acumine pollentes, & ad dicendum propenſos dicit. Intelligens per paucam & modicam frontem, quæ non maximè recedat à magna, id eſt, mediocrem; aliter contra horum rectè philoſophantium opiniones eſſet. Albertus. Quadrata, moderatæ magnitudinis frons, capiti congruens & vultui, magnæ virtutis, ſapientiæ, & magnanimitatis indicium.

Circularis frons.

Quibus frons rotunda, iracundi, vt Ariſtoteles in Animalium hiſtoria dicit. Quod iiſdem verbis a Galeno transfertur. Plinius omnia ab alijs ſine cõſideratione tranſcribens, ait: Quibus frons rotunda, iracundi: velut hoc veſtigio tumoris apparente. Ex his ſuis adiectis verbis demonſtrat Ariſtotelis ſenſum, quem irridet, non percepiſſe. Putabat enim per rotundam intellexiſſe gibboſam, & altam, non circularem, vt in ſequenti videbimus. Meletius, non ignobilis Philoſophus, Ariſtotelis textum pluribus verbis dilucidauit. Dicit enim: Quibus orbiculara, circularisq; frons, iracundum arguit, & puſillanimum. Quod ſi quis ſequentia leget, planè Plinium allucinatum eſſe comperiet. Albertus. Rotunda frons iracundiam notat.

Aſininæ frontis imaginem oculis ſubijcere conati ſumus, vt circinari gibbi conuexitatis exactam figuram exhiberemus.



XXII

Rotunda conuexa frons.

Qui fronte rotunda, ſtupidi, ſimiles ad aſinos ingenio, Ariſtoteles ait in Phyſiognomonicis. Quod ſi quis aſininam frontem inſpiciet, conuexam altam inueniet, idemq; auctor ſibi contrarius

eſſet,

eſſet, ſi idem Animalium hiſtoriæ, & Phyſiognomoniæ ſit author. Et in figura rudis, tribuit ei non rotundam ſolum, ſed magnam & carnoſam frontem. Polemon & Adamantius optimi vndiquaq; Phyſiognomones, ne quis hic allucinetur, dilucidioribus verbis vſi ſunt. Frons gibboſa, alta, rotunda, ſtupidos, & imprudentes homines demonſtrat. Et in Idea rudis, tribuit ei rotundam frontem. Albertus: Curua & alta frons, ad rotunditatem tendens, ſtolidicatis indicium. Eadem Conliator.

Depreſſa frons.

Depreſſa frons non laudabilis viri ſignum, ex Polemone. Adamantius dilucidius loquitur: Valdè depreſſam frontem ne velim laudes: nam effæminati viri ſignum.

Sagacis canis iconem, vt minus planæ frontis imago clarius exprimeretur, quære ſuperius, cum de longa fronte locuti ſumus.


Minus plana frons.

Optima igitur frontis conſtitutio inter altam & depreſſam erit: Qui frontem minus planam habuerint, ſagaces ſunt. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis ad Canes refert. Textus Græcus ita ſe habet: *oi picroteron epipedon exontes anaiaditon anapheretae epi this xiras*. Doctus quidam in ſuo De Animalibus libro ita vertit: Qui paruam & latam habent frontem, ſtolidi iudicantur, eo quod caninam referant frontem. Sed multipliciter errat, tum quia latæ non meminit Ariſtoteles, & ipſe appoſuit, tum quod canibus refert. Vetus translatio melius ſe habet. Græcus textus (ἀναίσθητοι) cõtrarium habet.

Aſpera frons cum foſsiculis, & monticulis.

Aſpera frons non boni viri ſignum habetur. Sed frons velut foſſas & monticuloſos habens, veteratoris, & perfidi hominis argumenta teſtatur, & ſi cætera indicia accedant, furentem & mente captum nonnunquam iudices. Adamantius: Aſpera fronte ne gaudeas, neque quæ foſſas, & monticuloſos habeat: omnia nanque hæc ſigna verſutiam, & infidelitatem nunciant, & interdum ſtultitiam, & inſaniam, ſi cætera adfuerint ſigna. Polemon in figura Fatuiimprobi duram & aſperam frontem ei adſcribit. Albertus: Aſperæ cutis frons vt collis, & depreſſa vt vallis, verſuti, & aſperi hominis argumentum, in fine fortaſſe ſtulti, & inſani.

Caperatæ frontis ad ſui medium declinantis, vel erectæ accipe iconem.



Cape-

Caperata frons.

Diximus de frontis oſſe; nunc de cute: & primum ſi caperata fuerit. Dicitur enim caperata à criſpis caprarum cornibus, quibus aſſimilatur. Qui talem habuerint, cogitabundos iudica, Polemonis & Adamantij doctrina: eorundemque in ſchemate triſtis viri, tribuitur ei frons rugoſa. Sed Ariſtoteles in eodem, non frontem, ſed faciem ei rugoſam tribuit. Albertus: Striata, rugoſiorq; frons magna animo volutare, eſſeque melancholicos dicit. Videturque mihi ex apparenti more tractum. qui enim cogitant, frontem in rugas contrahunt, & qui ſemper rugas contractus habent, melancholici, & magna cogitare conſueti. Eſt & apud ſcriptores ſeueritudinis ſignum. Plautus in Epidico.

Quid iſtuc eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine.

Caperata frons ad ſui medium declinans.

Rhaſes: Rugoſa frons ad ſui medium declinans, iracundiæ ſignum. Idq; ex apparenti more mihi tractum videtur: qui enim alteri minatur, & iraſcitur, contrahit frontem in rugas ad medium ſui declinantes. Albertus: Quibus frons contrahitur in medio tanquam obſtricta, iracundi. Si ad animalia referre licet, ad tauros referrem, habent enim rugoſam frontem, ſiue nebuloſam, & rugæ ſunt in medio frontis declinantes.

Caperata frons in altum erecta.

Caperata in altum frons, admirationis ſignum mihi eſſe videtur. Soliti enim ſumus cum admiramur aliquid, frontem corrugare, & è ſui medio in altum erigere cum ſupercilijs.

Erugata frons.

Frons valde explanata à cutis ſemotum hominem oſtendit. Vbi non πεταμένα, ſed πεταμένα legendum eſt in Polemone, & Adamantio, ſic porrectæ fronti ῥυσσὸν, ideſt, rugoſam opponere velis. Epicurus diſtenta fuit fronte, vt Sidonius Appolinaris ad Fauſtum tradit, cuius inſtituti ratio erat rerum negligentia, & liberum eſſe ab omnibus perturbationibus, & vacuitate, ſed in amenitate, & compotationibus vitam ducere.

Leonis frons.

Frons ſine rugis, litigioſum notat, ex Rhaſe. Cauſa naturalis eſſe poteſt, quod lenitas in fronte accidit ex ſiccitate, qua conſtant litigioſi, vt ex libris Medicorum apparet.

Recta, macra, mediocris, neq; aſpera, neq; lenis frons.

Mediæ inter has conſtitutionis frons erit, recta, non magna, macra, neque lenis, neque rugoſa, & hæc virilem oſtendit, vt Ariſtoteles in idæa virilis oſtendere videtur, frons, recta, non magna, nares neque rectæ, neque rugoſæ: quod à re alieniſſimum eſt. Illud enim ὀξὺ, non de fronte, ſed de anterioribus ſignis, ſcilicet corporis colore ſqualidiori acuto intelligendum eſt. Quod à Polemone & Adamantio conſideratur, qui colorem ei tribuunt ὀξύτερον. Frons enim acuta non reperitur, nec ab aliquo nominatur. Præterea illud ἰσχνὸν, non nares ſignificat, quarum ſuperius meminerat, cum dixerit nares cõtractas, nec leuitas, aut rugoſitas narium ad virilitatem facit; ſed illius ω in ν facilis fuit lapſus, cùm λεῖον dicat, ideſt, macra frons. Et illud, neque lenis, neque aſpera ad frontem refertur, cum Adamantius optimus Ariſtotelis tranſcriptor, dicat: Frons neque lenis, neque aſpera. Polemonis textus corruptus eſt, illumque etiam ex Adamantio reſtituimus, habet enim τέλειον μετὰ σκληρᾶ. Adamantius, ὀπλιον, ὅτι τραχύ. Interpretatio Coclitis valde monſtruoſa, & inopportuna, quùm frontem acutam demonſtrat.

Dome-

Domeſtici canis tranquilla, & exporrecta frons inſinuatur hac tabellula, è cuius regione, humana ad eius modum expreſſa conſpicua eſt.



Tranquilla frons.

Qui ſerenam, & exporrectam habent frontem, aſſentatores cenſentur: ab effectu, quod plerũq; ij tales euadant. Hoc ſignum in canibus manifeſtum eſt, quod aſſentantes frontes exporrigant. Aſtipulatur Ariſtoteles in Phyſiognomonicis; intelligendo de domeſticis canibus. Conciliator. Quibus erugata, exporrectiorq; frons, fallaces in primis, cuiuſmodi ferè Bononienſes habent. Albertus ab eo: Qui laxam & tanquam ridentem habent frontis cutem, blandi quidem, ſed non innoxij. Sunt enim palam blandientes, clam detrectatores.

Nebuloſa frons.

Qui nebuloſam habent frontem, audaces ſunt, & referuntur ad taurum, & leonem. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Tauro ſemper frons torua.

Frons inter tranquillam, & nebuloſam.

Quoniam nebuloſus habitus andaciam ſignificat, collectus verò adulationem; habitus vtriq; inter hos medius decentius ſe habet. Quemadmodum enim opponitur frons nebuloſa, & tranquilla, ſic aſſentator, & audax. Ariſtotelicus textus vacuus & defectuoſus: vt potuimus reſtituimus, partim ex ipſo ſenſu & ſequela verborum: partim ex latina translatione. Votibus εἴρωνας & ἀνδρείους, oppnni ab Ariſtotele, & oppoſitis in fronte ſignis cognoſci, quæ ſunt γαληνὸν, & στυγνόν. Hac illuſtri fronte, & regio ſplendore decorus fuit Franciſcus primus Galliæ Rex, qui duriſsima quæq; Martis munia ſubire ipſe ſolitus erat; quem nemo Galliæ procerum, impauidi, & ſemper conſtantis animi vigore; nemo regum candore animi, clementia & pietate adæquauit; nemo denique mortalium tumido ingenio, tenacique memoria ſuperauit.

Alta frons.

Qui frontem altam habent, pertinaces, vel audaces ſunt. Polemon, & Adamantius. Sed mendũ eſt clarum in Polemonis textu, qui pro πτερωτῷ verbo, quod Varinus exponit ὄρθιον, ideſt, rectam, altam,

altam, vt habet Adamantius, habet ipſe κατωφερής, ideſt, prona, inclinata, quod contrarium innuit: nam videmus homines, cæteraq́; animalia audentia, vel pertinaciam retinentia, frontē erigere, & à paſſione ſignum accipi. Sed ego ſuſpicor in vtroq́; textu mendum, & pro κατωφερῆ, legendū συνεχῆ, vt habet Ariſtoteles, & ſuperius vidimus, à quo vterq́; deſumpſit; quod verbum, vt vidimus, pertinaciam ſignificat. Machometus Ottomanus Turcarum Imperator alta erat fronte, atrox, ferox, pertinax, & bellator maximus fuit.

Demiſſa frons.

Demiſſa frons, & humilis, humilem hominem, & turpia non admittentem denotat Rhaſes.

Tetrica frons.

Auſteram frontem habentes, moleſti ſunt, & ad paſſionem referuntur: nam lugentes tetricā habent frontē, ex Ariſtotele in Phyſiognomonicis. Effera fronte, & portentoſa fuit Chriſtiernus Daciæ Rex, qui omnium ferarum, quas glacilis Oceanus fert (vbi natus eſt homo immaniſſimus, vt inter balenas & orcas educatus exiſtimari merito poſſit) immo Antropophagorum & Cànnibalum feritatem, & ſæuitiam ſuperauit, & non quidem à Romano Pontifice, ſed à Deo ipſo deſciuit, vt innocentiſſimorum ſanguine cruentaretur, ſacrorum aras euerteret, ac denique humani generis odium exiſtimaretur.

Mœſta frons.

Qui triſtem habent frontem, triſtes ſunt: nam triſtantes triſtam habent frontem: Phyſiognomonicus Ariſtotelis. Plautus in Aſinaria ſuum Leonida triſta fronte deſcribit, qui ſollicitus erat, & ſubdolus.

Hilaris frons.

Sic quoq́; qui hilares ſunt fronte, cùm frons mœſtitiæ, lætitiæq́; ſit ſpeculum, idq́; certa experiētia notum. Plutarcus Scipionem Africanum hilari, claraq́; fronte extitiſſe ſcribit, quæ plurimum valebat ad militum animos conciliandos.

DE SVPERCILIIS. Cap. III.

ARISTOTELES Animalium hiſtoria ſupercilia eſſe ſcribit, quæ ſub fronte bipartito diſtincta ſunt. Plinius. Supercilijs pars animi, negamus his, annuimus, hoc maximè indicat faſtum, ſuperbia alíubi conceptaculum, hic ſedem habet, in corde naſcitur, hic ſubit, hic pendet, nil altius ſimul abruptius inuenit in corpore, vbi ſolitaria eſſet: vnde prouerbio attolli ſuperciliū dicimus arrogantiam ſignificantes: atq́; ſupercilium adduci, faſtidium indicantes, ponere ſupercilium, cum à faſtu recedimus, ſuperciliosos homines faſtoſos vocamus. Vnde Lucianus ſuperciliotum ſermonem arrogantem vocauit.

In rectum extenſa ſupercilia.

Supercilia in rectum ſi porrigantur mollem ſubeſſe animum ſignificant. Ariſtoteles Animalium libro, à Galeno, & Plinio recitatum. Meletius probis, pijs, & mitibus moribus decorari. Albertus recta & longa ſupercilia, quaſi lineæ, molles & fœminatos viros oſtendunt. Videtur mihi ad mulieres referendum, vt prius in fœmine deſcriptione oſtendimus. Conciliator mollem ſubeſſe animum dicit, & ad mulierem referendum.

Non extenſa ſupercilia.

In figura virili, Polemon & Adamantius ei ſupercilia non explanata, ſed veluti curua tribuunt. Polemon clarius in figura iracundi ait: Superciliorum pellis tortuoſa, vt inferius de epyſcinio dicemus, vt contraria ſit iam dictæ figuræ. Macometes Secundus Byzantij expugnator, inſtar arcus effigiatis ſupercilijs fuit, ijſq́; minacibus. Audaciſsimus, ambitioſus, æternitatis, cupidus bellator egregius, inuictus, & crudelis fuit.

Venatici canis cum epyſcinio ſupra oculos contemplare imaginem, cum Actiolino Patauinorum tyranno.



X XIII

Ad naſum inflexa ſupercilia.

Supercilia iuxta naſum inflexa, auſterum & acerbum hominem notare Ariſtoteles Animalium libro tradidit. Idem iiſdem verbis à Galeno & Plinio recitatum, Meletius: Supercilia, quæ naſo diffuſim acclinant, ſic, vt appellari recurua poſſint, hominem dicunt moribus ſtolidum, ac ſtupidū. Ariſtoteles in leonis forma, ſupercilia naſum verſus, & in ſmna fronte inſtar nubis prominere ſcribit, ἐπισκύνιον vocari conijcio. Pellis eſt in ſupercilijs, quæ obtenditur leonum oculis. Vnde leoni, cui talis facies perpetuo eſt, perpetuo etiam ira affectus eſt, & aliquid nubis inſtar circa ſupercilia prominet, Ioannes Tzezes.

Epiſcinium eſt pars ſupercilliarum,
Quam aliquando laxantes in loca palpebrarum,
Videntur ruſtici quidem eſſe, atq; ferini,
Dictum ex feritate catulorum, atq; ferarum,
Vel à Scizo, Scynium, atq; epiſcynium.

Tauro ſemper torua frons. Oppianus venaticos canes deſcribēs, qui leones, & ferocia animalia inuadit, horribili ait ſupra oculos, & ſupercilia pelle, Tigridi etiam ſimiles in imna frōte laxa pellis, epiſcynion dictum. Obducta ferali fronte fuit Actiolinus Patauinorum tyrannus, obducta. i. ſupra oculos curua, nubiloſa, curuaq; quaſi ſuæ indomitæ naturæ toruitatem ſpirans (vt Venerijs in marmore effictum ſpectauimus) terror & hominū carnufex. Omnes ſui & prioris temporis crudeles ſuperauit. Sed lata & torua fuit fronte Selynus decimus Turcarum Imperator: audax & bellator fortiſſimus fuit: ſpiritibus ingens. Sed tenera & minaci fronte fuit Carolus Burgundiæ Dux, qui animi magnitudine, & in bellica omnia auſus, nemine inferior fuit. Peracri & retorrida fronte magnus Cayrhbeius fuit Menphiricus Sultanus, è ſordido loco natus, qui bellica virtute ad ſummum rerum faſtigium peruenit, vt Rex Sultanus gentium more conſecraretur. Plautus ſuum lenonem toruis ſupercilijs depingit, & moribus ſatis auſterum. Ad leones & venaticos canes referuntur. Epitecton eſt leænæ; nam toruam leænam dicimus: nam oculorum ſæuitia ſumma in hac fera eſt.

Iuxta tempora inflexa ſupercilia,

Iuxta tempora inflexa ſupercilia deuiſorem & ſimulatorem demonſtrare dixit Ariſtoteles, iiſdē verbis à Galeno, & Plinio exceptum. A quo Meletius: Quibus ſupercilia ſunt ad tempora magis depreſſa, ſimulatores eſſe, atq; ſubſannandi vitio laborare videntur. Mihi videntur hi ad ſimias cōparati; nam eiuſmodi ſupercilia habent, & omne irrident.

Suillum

Suillum caput cum diuulſis ad naſum ſupercilijs, idemq; humanum illius ſimulachrum exprimens, oculis ſubijecimus.



Iuxta naſum diuulſa, ad tempora extenſa ſupercilia.

Quibus ſupercilia naſum verſus, deorſum nutant, ad tempora verò retrahuntur, fatuí ſunt, argumento ſuum: Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Ad Alexandrũ verò ſcribens, breuius loquitur: Quando extenduntur ſupercilia ad tempora, immundos prodit, ſcilicet, vt porci ſunt. Polemon, & Adamantius: Quibuſcunque ſuperciliorum pars, quæ iuxta naſum, infra aſpicit, & quæ vtrinq; ad tempora ſunt, procedunt, hos ſimiles ſuibus puta, eiſq; ingenio & animo comparandos. Albertus: Si arcus declinant ad tempora, & ad genas, negligentem, maleq; diſponentem regimen vitæ oſtendunt. Rhaſes: inuerecundos, & hebetes dici. Conciliator inuidum, ſtolidum, & inſatiabilem.

Expanſa ſupercilia.

Polemon in figura triſtis tribuit ei ſupercilia expanſa, Adamantius autem detorta dicit.

Quæ in ſuo loco manent ſupercilia.

Polemon, & Adamantius in figura Androgyni, tribuit ei ſupercilia, quæ ſuo loco manent. Polydorus pulchra ſupercilia habuit.

Inſpice Pontani effigiem nam ibi demiſſa ſupercilia videbis inferius capite ſeptimo.

In totum demiſſa ſupercilia.

Supercilia in totum demiſſa, notam inuidiæ habent. Quod à Galeno & Plinio eſt tranſcriptum. Polemon in figura inuidi ab Ariſtotele ita deſcripſit: Supercilia quæ ad palpebras demittãtur, &c. Auſtero & adducto ſupercilio fuit Iouianus Pontanus, vir ad omne eloquentiæ genus natus, ſed ſupra æquum mordax, vt non ſolum notos homines, ſed gentium, & vrbium mores acerbè nimis perſtringeret.

Coniuncta ſupercilia.

Qui ſupercilia coniuncta habent, triſtes ſunt, & referuntur ad ſimilitudinem paſsionis. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Sed Polemon: Qui valdè cõiuncta habent ſupercilia, triſtes ſunt; quippe cùm deceat ipſos triſtitia. Adamantius non valdè coniuncta, ſed valdè denſa, habet. Epheſius: Supercilia coniuncta, ſemper mœroris, & triſtitiæ ſignum. Supercilia ad naſum coeuntia, Albertus mærorem, & ſapientiæ paucitatem innuere dixit. Briſeis ſupercilijs fuit coniunctis, ſi Dareti Phrygio credimus: & animo ſimplici, & pia, & verecunda fuit. Plautus Blefaronem, ideſt, ſuperciliosum arbitrum inducit, & auſterum. Supercilia coniuncta Octauius Augnſtus habuit, Suetonio referente, fuit enim & maximè ſtudioſus, & in eloquentia & arte oratoria plurimum valuit, & multa ſcripſit ſoluta oratione, & verſu, nec non peritia literarum græcarum excelluit. Ego autem exiſtimarem, ſi pili rari & coniuncti fuerint, quod accuratos & ſtudioſos iudicarẽr; plurimos enim & eorum animi penetralia cognoſcere contingit, & ita morigeratos eſſe. Albertus idem ſenſiſſe videtur.

Coniuncta, & denſa ſupercilia.

Supercilia multum piſola ineptitudinem loqnendi notant. Ariſtoteles ad Alexandrum. Conciliator verò confundens ſuperius ſignum cum hoc, ait: Supercilia pilorum longorum, & multorum, ineptæ loquelæ, multarum cogitationum, & multæ triſtitiæ hominem deſignant. Epheſius. Si multum piloſa, & coniuncta fuerint ſupercilia impios, fures, deceptores, homicidas, & ſemper malamolientes notant. Thadeæus Haggeccius omnium peſſima ſupercilia eſſe ſcripſit, & hominem maleficum, plagiarium, ac nefarijs artibus deditum, vt in vetulis ſagis, plerunque videre licuit ad incendium ductis, & hominibus ad ſuſpendium.

Arcuata ſupercilia, & quæ frequenter eleuantur.

Pili ſuperciliorum refracti verſus frontem, animoſum, ſtultum, & iracundum monſtrant. Albertus, à quo Scotus: Cilia arcuata (ideſt, ſupercilia) & quæ frequenti motu eleuantur in altum, ſuperbum hominem notant, animoſum, glorioſum, audacem, & minacem. Conciliator eadem, quæ Albertus. Neoptolemus ſuperciliosus fuit, Phrygio Darete confirmante, ineptæ loquelæ, blæſus, ſtomachoſus, impius, & cæde gaudens, vt Virgilius, cæteriq; meminere. Pelops ſuperciliosus, vt equs ſuperbiam & opulentiam ſpirans.

Inclinata deorſum ſupercilia.

Cilia deorſum inclinata, cum alteri loquitur, & intuetur, quaſi latenter ſub eis, ſignificat hominem valdè malitioſum, mendacem, proditorem, tenacem, pigrum, & paruiloquum. Ex Scoto.

Oblonga ſupercilia.

Supercilia oblonga arrogantiam, & inuerecundiam arguunt. Rhaſes. Hos enim ſuperciliosos vocare ſolemus. Albertus: Longorum & multorum pilorum ſupercilia magna, meditantem & ferũ hominem notant. Conciliator eadem.

Rara ſupercilia.

Si pili in ſupercilijs nulli, vel tenues fuerint, naturæ imbecillitatem, & remiſsionem denotare indicant Albertus, & Conciliator.

Rara, magna, & commenſurata ſupercilia.

Perfectam tradens ſuperciliorum deſcriptionem Ariſtoteles ad Alexandrum, ait: Cuius ſupercilia rara ſunt, & commenſurata, ſecundum longitudinem & breuitatem, & magna, hic facillimæ impreſsionis eſt ad intelligendum. Rara dixit, quia denſa ineptitudinem loquelæ demonſtrare dixerat, Magna, quia in virili figura talia tribuit leoni.

DE

DE CILIIS. Cap. IIII.

CILIA ſunt, quæ palpebrarum ambitui adhærent. Albertus. Duo cilia in vtroque oculo, quorum alterum eminet, alterum ſubiacet, &c.

Deſluentia cilia.

Salaces dixit Ariſtoteles in Problematis, quibus pili palpebrarum deſluunt ratione, quam de calnitio dicemus. Sunt enim hæ partes rei eiuſdem. Quicunque aurem ex pilis congenitis ætate iam proiecta non creſcunt, hi omnes decidunt libidinis vſu immoderato. Capillus enim & ſupercilium, & cilium genere congeniti pili continentur, & in partibus ſuperioribus ſanguinis parum obtinentibus ſunt, quas libido refrigerat: ita enim efficitur, vt locus hic alimentum concoquere non poſſit, cum autem pili alimento caruerint, deſluant neceſſe eſt.

Inferius arcuata, vel intorta ſupercilia.

Palpebrarum pili ſi curuentur infra, nec ad vnam partem contorquentur, natura mendacem' callidum, & ſtultum deſignant. Conciliator.

Solida, & nigra ſupercilia.

Quaſi media inter vtraque ſupercilia, quæ nigros pilos & ſolidos habent, proinde perfectum animum, & conſtantem indicare idem dixit.

DE TEMPORIBVS. Cap. V.

TEMPORA ſunt, quæ frontem vtrinque terminant, eiſq; adhærentes aures.

In tabella ſuperiori expoſita, vbi C. Caligulæ tempora caua commoſtrabantur, te conferas.

Caua tempora.

Quibuſcunq; tempora vtrinq; caua inſpexeris, doloſos, truceſque iudicabis. Galenus ex ſicco temperamento id ſæpius contingere dixit, vt acutus naſus, caui oculi, & tempora collapſa, in affectibus ijs, quæ corpora colliquant. Concauis temporibus Caligulam fuiſſe tradit Suetonius, & vultum natura timidum & tetrum ex induſtria afferebat, componens ad ſpeculum ad omnem terrorem, & formidinem, eius ſæuitiam etiam in iuuentute oſtendit, cum ad daturum ſupplicium pœnis intereſſe voluiſſet. Vnde Tiberius ſuo, & omnium exitio ſe natricem P. R. & Phaetontem orbi terrarum educare dixit. Fratrem ſuum interemit, & Sillanum ſocerum ad ſecanda nouacula fauces compulit. Sic amicos omnes, & Senatores deleuit: & in ſpectaculis, ludis, & cœnis etiam ſæuitiam exercuit, tandem exclamauit: Vtinam P. R. vnam ceruicem haberet.

DE AVRIBVS. Cap. VI.

ERAT legitimus hic locus oculis aſsignatus: ſed quia per ſe ſatis accuratam tractandi expoſcunt rationem; conſultius in tertium librum reiecimus: nam in eo de ijs ſolum tractabimus. Nunc ad aurium hiſtoriam accedamus: ſunt enim in eadem linea, qua oculi. Ariſtoteles animalium libro ita eam depingit: Auris exterior pars auricula, parte ſuperiore conſtat pinna, interiore fibra, pars interior forma cõfractui cocleæ ſimilis deſinit in os. Plinius ait, in equis & omnibus iumentorum generibus indicia animi præferre. Feſsis marcidæ, pauidis micantes, ſubrectæ furentibus, reſolutæ ægris ſunt. Sed eorum diſcrimina, quia multa ſunt, aggrediamur. Flacci cognominati ſunt, Cicerone authore, quorum aures demiſſæ erant, pendulæ, languidæ, & flacceſcentes. Plinius ab his Flaccorum cognomina dici.

Tabella humanæ auris delineatione inſignita proponitur, vt aſininæ collatione, eius ſtolida magnitudo exquiſitius dignoſcatur.



XXII

Magnæ aures.

Magnas aures teſtari magnam fatuitatem, ait Ariſtoteles ad Alexandrum, ſed bonæ retentionis, & memoriæ hominem. In ſuis Phyſiognomonicis aſininum. Polemon & Adamantius ſtolidæ naturæ indicia eſſe: ijdem in idæa fatui, tribuunt ei aures magnitudine nimias, & ſubflaccidas. Vbi aduertendum Vallam pueriliter lapſum, nam vertit ἐπικεκαμμένας, anfractibus refertas, cum ſubflaccidas dicere debuiſſet: nam anfractibus refertæ, & exculptæ aures, vt videbimus inferius, docilem, & non fatuum ſignificant. Poſſunt & ad capras referri: nam capræ, Plinio referente, longis auribus, infractiſq; conſtant, & Columella hircos prægrandibus auribus, flaccidiſq; depingit. Et Ariſtoteles capras ſtupidas vocat, & à clamoſa, vt videbimus, à ſimili capræ voce etiam ſtupidos indicat, vnde contra eos, qui in ſtudijs, vel moribus, vel dictis deliquerint, protenſis indice, & auriculari digitis, auriculas aſini magnas imitantur, & ſibilum addunt. Ad hoc Perſius.

O Iane, à tergo cui nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.


Rhaſes ſtolidos ais, ſed longæuos: nam optimam calidi & humidi proportionem demonſtrant: vnde longæui homines fiunt. Plinius ex Ariſtotele ſcribit longæ eſſe vitæ homines auribus amplis.

Magnæ, & arrectæ aures.

Sed magnas & arrectas vltra modum, ſtultitiæ & loquacitatis indices eſſe. Idque apud Ariſtotelem animalium libro adnotatum repperimus: & ab eo apud Galenum & Plinium. Sed Plinius ſolito more magnarum ſed non arrectarum meminit. Ex his Meletius: Paruas aures, magnaſque, ac plus nimio eminentes, fatuitaris, & loquacitatis indicia eſſe plerique ſtatuerunt. Albertus ex Loxo. Magnas & prominentes aures imprudentiam, & garrulitatem ſignati dixit. Eadem ab his Conciliator.

Simiæ

Similæ aures & humanæ illis ſimilitudine reſpondentes è regione, oculis ſubijcimus hac figura.



Valde paruæ aures.

Contra verò, qui valdè paruas habuerit aures, ſtolidus eſt, latro, & luxorioſus, idq́; in Ariſtotele ſcriptum vidimus ad Alexandrum. In ſuis verò Phyſiognomonicis, ſimijs ingenio reſpondere ait; quaſi malorum morum dicas, furem, & libidinoſum. Galenus in eo libro: Quod animi mores corporis temperaturam ſequantur, ab Ariſtotele accipiens, aures paruas, ait, malorum meorum indices eſſe. Polemon & Adamantius paruas aures malignos & veteratores demonſtrare dixerunt. Interim corrige apud Conciliatorem latrum, (barbarè) vbi dicit lætum, pro latrone. Albertus cauſam naturalem ſæpius repetitam affert. Quando virtus formatiua hominem format, aut ſuperflua eſt materiei malitia, caloris & ſpiritus, & enormiter inuadit, aut ſiccitate, & paucitate eiuſdem à debita retrahitur quantitate.

Peculiari figura caninas aures in quibus cum humanis potiſsimum conuenirent, propoſuimus.



Paruæ & protenſæ aures.

Aures paruæ exiſtentes, & protenſæ, ſicut in canibus, ſtultum hominem arguunt. Sed Adamantius aliter à Polemone: Exiſtentes valdè paruæ, & tanquam circumciſæ ſtultos demonſtrant. Ego vel Polemonis textum corruptum iudico, cum canibus ſtultitiã tribuat, quam tamen cæteri Phyſiologi eis non aſcripſere; vel de canibus loquitur ædium cuſtodibus, & vilibus. Albertus ex Loxo, Depreſſas & breues aures ſtultitiam notare ait.

Longæ, & anguſtæ aures.

Longæ aures, & anguſtæ inuidum & prauum hominem demonſtrant. Polemon. Sed Adamantius non habet, vel temporum iniuria exeſum, vel ex induſtria omiſſum. Albertus: Anguſtæ, & oblongæ aures teſtantur inuidiam. Ex quo Conciliator.

Rotundæ aures.

Nimium rotundæ aures, indocilem hominem arguunt. Albertus.

Exculptæ aures.

Exculptæ aures docilem hominem oſtendunt. Polemon, & Adamantius. Curioſa enim ſculptura ſedulam formatricis virtutis operam oſtendit: ob id meliora ſemper ſpondere.

Non exculptæ aures.

Aures non exculptæ, & rotundæ valdè exiſtentes, ruditatem oſtendunt: Polemon. Sed Adamantius: Non exculptæ ruditatem oſtendunt. Corrigendum eſt verbum in Polemonis textu, ἀδιάγλυπτα.

Decenter magnæ, & quadratæ aures.

Sed ad optimam aurium conſtitutionem veniendum, cum hactenus de extremis locuti fuerimus. Mediocres aures & arrectas, optimorum morum notam eſſe ſcripſit Ariſtoteles Animalium libro.

Id quod

id quod à Galeno iiſdem verbis eſt tranſcriptum. In Phyſiognomonicis verò ait: Videbit autem vtiq; quis & canum optimos moderatas aures habere. Polemon & Adamantius: Quadrangulares aures non excedentes magnitudinem, virilem hominem & bonum manifeſtant. Adamantius virilem, & egregijs ſenſibus præditum dicit. Conciliator eadem. Sed ſatis inepte transfert. Locus optimas aures ita deſcribit. Semicircularis conuexa linea in medio aliquantum ex parte conuexa verſus centrum, magnitudine mediocres, capiti decenter adhærentes, & mediocriter piloſæ; ſic.o. ſeminalem virtutem, quæ eas efformauit, fuiſſe pollentem, & optimam iudicatur, vt Albertus ex eo refert. Mediocres aures Auguſtum habuiſſe refert Suetonius: vnde præclaris moribus ornatus, & animi dotibus præpollens à ſcriptoribus deſignatur.

DE NASO. Cap. VII.

NASVS in facie ſenſibilis eſt, hæc ſiquidem pars hominem præ cæteris, formoſum deformemq; reddit. Eſtq; in eo varietas maxima, vt nõ ſit alia facierum diſtinctio, quàm per naſum. Ariſtoteles Animalium libro hæc habet de naſo: Pars faciei naſus: cartilagineã partem, quæ nares diſcriminat, interſeptum vocamus, vtrumq; meatum inane. Eius initium eſt à glabra, interſtitium inter ſupercilia conſtitutum. Pars ima eſt, vbi naſus delatior in aures ſe fundit. Adnota[illegible] [illegible]rea quandam eſſe proportionem faciei partium ad totius corporis partes, & ſibi inu[illegible] pondere, aut menſura, aut quantitate, aut ſignis.

Habes hic lector Rhinocerotis ad viuum effigiatum naſum magnum, à cuius medio cornu procedit, & Politiani vera effigies.



Valde magnus naſus.

Valdè magnus naſus, virum nimis acriter aliena iudicantem notat, cui non niſi ſua placent, aliena diſplicent, irridetq; omnia. Plinius: Et altior homini tantum, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere naſus. Naribus, inquit Quintilianus, deriſus, contemptus, & faſtidium ſignificari ſolet: vnde & qui alios irrident, naſutos vocant, & prouerbio abijt, naſus pro iudicio. Naſum maximum Rhinoceros habet, cornu repando inſignem, quare ab eo potius, quàm ullo alio animali ad prouerbialem hunc ſenſum aſſumptus eſt: eſt enim animal ingenio callidum, alacre, & agile. Mart.

Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

Eiuſdem extat lapidum epigramma de naſuto irriſore:

Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas:
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum:
Non potes in nugas dicere plura meas.

Perſius ad id:

,, *ride ais, & nimis vncis*
Naribus indulges.

Horatius.

,, *naſo ſuſpendis adunco.*

Angelus Politianus enormi fuit naſo, ob id ingenio aculeato, timidoq;, aliena irridendo, landādo ſua, nec à quopiam iudicari poterat aliorum famæ derogando.

Magnus naſus.

Naſus prægrandis probi uiri iudicium affert; Prægrandis naſus melior; Adamantius. Magnus naſus ſemper minori melior; ex his Albertus.

Valdè paruus naſus.

Qui naſo valdè paruo fuerit præditus, mutabilis conſilij vir arguitur; Polemon, ſed Adamantius minari rapacitatem, & conſilij inconſtantiam ait. Interpres Polemonis non ſatis rectè vertit, nam accuſatorem, & delatorem interpretatur, in quo tot errores, quot verba reperies. Albertus. Minor naſus ſeruilibus ingenijs, furibus, & tergiuerſantibus aſsignatur. Ego ad mulieres referrem.

Rectus naſus.

Rectus naſus linguę ſignificat intemperantiā; Polemon & Adamantius. Sed in fine libri, Polemon, & ſi mendoſus ſit codex, ait: Qui recto ſunt naſo præditi, blacterones, & referuntur ad mulieres. Albertus non ſatis ſibi conſtat, vtriuſq; ſigna, & proprietates confundens. ait enim: Naſus circa frontem depreſſus, ſtultitiam & animi imbecillitatem, & fæmineam leuitatem deſignat: ſi alte à fronte, rectà ad imum naſi protendatur, vt linea recta deſcendens à fronte naſi conum pertingat in extrema cartilagine: loquacitatem notat.

Obliquus naſus.

Intortus naſus magna ex parte mentis & animorum obliquitatem portendit. Polemon & Adam.

Ad faciem naſus diſcretus.

Naſus ad faciem benè articulatus, vel diſcretus, probum, fortem, ac prudētia virum præditum indicat. Polemon & Adamantius. Sed Polemon ad frontem, Adamantius ad faciem habet. Albertus malè vertit. Narium pars iuxta frontem, ſi à fronte depoſita, ſit hoc eſt ſeiuncta, bona compoſitione, nec alta, nec humili, ſed æquali linea deſcendat, conſtantium, & prudentiam demonſtrat.

Ad faciem naſus male diſcretus.

Contraria verò huius formę effęminatum, rudioremque ſignificat: Polemon & Adamantius à contrario ſigno contrarium dijudicant.

Longus naſus ad os protenſus.

Qui habent naſum longum, protenſum ad os, eſt probus, & audax, vt Ariſtoteles ad Alexandrū ſcribens ait. Narrat Suētonius C. Auguſtum naſum habuiſſe à ſummo eminentiorem, ab imo deductiorem; ideſt depreſſum, quem prudentem virum, & optimum Imperatorem fuiſſe conſtat: nec alius intelligi poteſt, niſi quem modo deſcripſimus. Cublaienus Scytharum Imperator longo, rectoq; ad frontem naſo erat, ac ore auguſto: ad arma præſtantiſsimus, primus pontificiæ maieſtatis cultor, liberalis, & probus fuit.

Naſus craſſus.

In figura Impudentis Polemon & Adamantius tribuunt ei naſum craſſum.


In hac tabella tres naſi magnitudines conſpiciuntur, maxima, minima, media.



Naſus mediocriter longus, latus, & apertus.

Optimam deſcribens naſi formam Ariſtoteles ad Alexandrum, ait: Naſus ille eſt magis æqualis, qui mediocriter longus, eius latitudo eſt mediocris: ad extremitatem eius foramina non multum aperta.

Tabella hæc obuia corui caput cum humano ſibi vendicat, in qua naſus in vtroque, vt ad viuum delineetur, attendimus diligenter.




In curuus à fronte naſus.

Quibus aduncus ſtatim à fronte ducitur naſus, impudentes ſunt, inſtar coruorum. Incipit enim naſi ipſius curuitas à fronte, propè glabellam. Eſt & propria coruorum impudentia; & ſua impudentia multa Romanis enunciauit. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Ego hos omnes fures & rapaces dicerem: eſt enim propria coruorum, & aduncorum roſtrorum auium rapacitas: & coruus natura procliuis eſt ad furtum, & quos cicures habemus domi, clauos, nummos, cultros, & eiuſmodi ſimilia in foraminibus, & ſub lapidibus abdunt. Athenæus meminit cuiuſdam vetulæ rapacis, & adunci naſi. Archedicus in Aberrante ſeruum quendam introducit de meretricibus loquẽtem, ad hunc modum.

Nicoſtratam quandam adduxi valdè diluculo
Adunco naſo, quam ſcotodinem cognominant,
Propterea quod in tenebris dinon argentum ſurripit aliquando.

Eiuſmodi naſum habuit Catilina, ambitioſi, auari, rapacis, & impudentis ſui animi ſignum, quaſi coruinum animum diceres.

Præſens commoſtrat figura aquilæ caput, cuius naſum incuruum cum Sergij Galbæ naſo comparandum, concinne ſpectandum propoſuimus.



Aduncus naſus.

Qui naſum aduncum habent, à fronte benè articulatum, magnanimi conijciuntur, exemplo aquilarum: ex Ariſtotele in Phyſiognomonicis. A quo Polemon & Adamantius. Aduncum naſum magnanimitatem decet. Albertus ex Loxo, aquilæ naſum magnanimis tribuit. Huiuſmodi naſum vulgus aquilinum vocat & regium quiddam præſeferre exiſtimatur; quoniam aquila rex auium habetur, & ob id regalem animum & magnificentiam polliceri. Apud Perſas tali naſo præditum eſſe magno erat decori, ſicut de Cyro memorant hiſtoriæ Xenophontis & Plutarchi: & ad hãc vſq; diem neminem ad id faſtigij ſubrogabant, niſi apprimè fuerit naſutus. Eum regem ſupra omnes dilexerunt, illumq; magnanimum & audacem fuiſſe dicunt. Magnus Artaxerſes naſo fuit in aduncum prominente, vt ex argenteo numiſmate videre eſt in muſeo fratris mei doctiſſimi. Fuit Per-

ſarum

rum Rex tanquam ex ſtirpe maioris Cyri, in eo tanta in donando gratiſſimi animi magnitudo extitit vt in referenda gratia, pro agreſti ſæpe munuſculo, tenuiſſimoq; officij genere, non ingentia modo auri pondera, ſed urbes & prouincias rependeret. Demetrius filius regis Syriæ, cuius Iuſtinus meminit, Gripus cognominatus fuit, quia Græci, qui aduncum habent naſum γρυπὸν vocant. Neoptolemus adunco fuit naſo, ex deſcriptione Daretis Phrygij. Sergius Galba adunco fuit naſo, vt à Suetonio narratur, & liberalis ab eo deſcribitur. Plato in Euthyphrone Melitum Pittheũ, quem in accuſatione non ingeneroſe ſe geſsiſſe dicit, aquilino, & gibboſo naſo fuiſſe prodit. Prominenti & decenter incuruo naſo fuit Georgius Scanderbegus, cuius os magni Herois effigiem præſetulit. Nemini etiam virtute bellica, fortitudine & liberalitate ſecundus fuit. Magnus Sfortia elatum à medio naſum habuit, fuitq; magnanimus & fortis, Iouio referente. Mahometes ſecundus Turcarum Rex, adunco fuit, naſo, & eminenti, vt ſuperius labrum attingere videretur, & elato fuit animo. Ioannes Aſſymbeius, cognomento Vſſucaſſanus, grypho fuit naſo, oculis ingentibus, læto & hilari vultu, liberalis, clemens, bellicoſiſsimus, & gloriæ appetens. Iſmael Sophus, Perſarum Rex, ſimiliter naſo fuit adunco, vegetis & micantibus oculis, moribus verè liberalis, ambitioſus, bello fortiſsimus, inter pericula gaudens & magnanimus. Selimus Baiazetis filius, arcuato fuit naſo; liberaliſsimus Magni Alexandri æmulus. Solimanus etiam Selimi filius, adunco fuit naſo, bellator & liberalis. Magnus Conſtantinus adunco naſo à Zonara deſcribitur. Galenus perſæpe naſi aduncitatem à ſiccitate prouenire dixit.

Hoc ſchæmate galli naſus incauus cum conuexa circulari frontis ſuperficie exprimitur, cum humano ad eiuſmodi formam effigiato, infra deſcribendo.



Incauus naſus ante frontem, rotundus, & ſupereminens rotundum.

Vt ſe habet antiqua translatio Ariſtotelis in Phyſiognomonicis; Qui naſum concauum habẽt, ante frontem rotundum, & ſupereminentem rotundum, luxurioſi ſunt, & ad gallos referuntur. Nos, cum eiuſmodi naſum ignoraremus, tum Ariſtotelici textus corruptione, tum interpretis translatione, gallos conſuluimus, atq; diligenti eorum inſpectione, ita textũ & ſenſum verbis accommodauimus: habet enim gallinaceus gallus ante frontem in confinio naſi valleculam quandã, vel incauum quoddam, & pars ea naſi ante frontem rotunda, & inde frons à naſo ad capillorum radicem, velut circuli circũferentia eſt. Vt verba textus translata dicant: Qui ante naſum habent incauum, & partes, quæ ante frontem rotundas, circunferentiam verò ſupra aſſurgentem, &c. Hos ego etiam puerarios indicarem: abutuntur enim Venere galli gallinacei, perdices & coturnices, quæ ferè ſimilem naſum habent. Cum enim fœminæ ouis incubant, mares dimicant, pugnamq́ue inter ſe conferunt, quos cælibes vocant; qui victus in pugna fuerit, victoris Venerem patitur, nec niſi à ſuo victore ſubigitur, ex Ariſtotele: & multos amicos cognoui eiuſmodi naſo præditos, huic enormi

enormi luxuriæ generi obnoxios. Fingunt Poetæ Iouem aquilæ forma Ganimedem rapuiſſe: ſub tali figmento id fortaſſe innuentes. Ælianus etiam ichneumonem huic turpitudini obnoxium dixit. Tali naſo Satyri & Sileni ab antiquis effigiati ſunt, & tali naſo etiam Socrates ipſe præditus fuit: nam Xenophon Socrate Silenis ſimilem fuiſſe, & preſsis naribus, ſcribit.

Latus in medio naſus.

Naſus in medio latus declinans ad ſummitatem, demonſtrat mendacem, & verboſum: Ariſtoteles ad Alexandrum.

Si bouis naſum inſpexerimus, & hominem ſimilem effigiauerimus, non ab hac, quæ hic cernitur figura, longè aberit, ita affabre in imo craſſus deducitur.




XVIII

Extremum naſi craſſum.

Qui naſi extremum craſſum habent, ſegnitiei obnoxij ſunt, & ad boues referuntur, vt Ariſtoteles in Phyſiognomonicis teſtatur: eſt enim boum ſegnities propria. Polemon & Adamantius. Naſus in ſummo valde craſſus & depreſſus, iniquos homines oſtendit. Interim Polemonis textus corrigatur, μιαρὸν, non μικρὸν ex Adamantio. Iidemque in figura Inuerecundi, tribuunt ei naſum craſſum.

Suis craſſus à ſummo inſpicitur hic naſus, è cuius regione hominis ſimilitudine ad eum proximè accedens depingitur



A ſummo craſſus naſus.

Qui naſum à ſummo craſſum habent, inſenſati indicantur, à ſimili ſuum naſo. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Eſt enim ſus animal brutũ, animamq; ei pro ſale datam: Vnde prouerbio fertur. Sus in Palladem. Male ab eo deſcribens Albertus ait: Extra modum craſſæ nares immundum hominem dant intelligi.

Domeſtici canis acuti naſi iconem ſuperius pete humani ſimilis.

Extremum naſi acutum.

Naſus ſi fuerit ſubtilis, eſt dominus eius valdè iracundus, Ariſtoteles ad Alexandrum. In Phyſiognomonicis verò dilucidius loquitur. Naſi ſummum ſi fuerit, ſæuæ iræ homines oſtendit, iiq́ue ad canes referuntur. Eſt enim canum propria ira. Sed Ariſtotelis textus mancus videtur, deficit enim acutum, ait enim à τὴν ῥῖνα ἄκραν ſupple λεπτήν, quod ex Polemone & Adamantio reſtitui poteſt: Naſi extremum tenue in quolibet homine æſtuantis iræ ſignum. Albertus. Naſus in extremo acutus, facilis ad iracundiam. Ringi, os torquere eſt, quod canes faciunt latraturi, vel cum ex ira os deducunt: hinc rictus, oris diſtenſio. Rictum caninum Iuuenalis dixit. Galenus, vt ſuperius diximus, naſi extenuatio in ſummo ex ſiccitate prouenire dixit. Philoſtratus introducit Pana naſum ex iracundia ipſo ſomno lenientem. Philocrates Plautinus acuto erat naſo, & iracundus.

Auicularis roſtri imaginem oſtendendo, vt tenuis humani naſi comparando potiſsimum hæc inſeruit figura.



Naſus longus, & tenuis.

Qui naſi extremum gracile habent, aues hac parte referunt. Intelligit enim per auiculares, qui leues, mobiles, & inſtabiles ſunt: eſt enim auium naſus longus, ſubtilis, rotundus & in imo tenuis. Polemon & Adamantius ex eo. Naſus longus, ſubtilis (ſed Adamantius addit, valdè) cum auicularis generis habeatur eius quoque generis mores deſcribit. Rhaſes: Naſus lõgus & in imo gracilis, leuis, & feſtini viri eſt. Albertus: Nares longæ & tenues, quæ auium propriæ ſunt, huiuſmodi moribus, ſcilicet mobilitatis & leuitatis, homines decorant.


Leonis naſus hic depingitur, è directo intuenti, humanus occurret, vt inuicem comparari poſsint.



Rotundus naſus, & extremum obtuſum.

Naſum rotundum habentes, eiuſq; ſummum obtuſum, magnanimi ſunt, ad Leones relati: Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Leonum enim propria eſt magnanimitas. Polemon & Adamantius: Naſi extremum plenum, obtuſum, rotundum, & ſolidum ſi aſpexeris, ex leonibus & moloſsis, fortem & magnanimum iudicato. Adamantius non magnanimum, ſed iactatorem dicit. Ariſtoteles in figura maris leonem depingens, ait, habere naſum magis craſſum, quàm gracilem. Oppianus venaticos canes, ſiue robuſtos, ſiue moloſſos dixeris, ſimo roſtro deſcribit. Generoſis enim canibus imæ nares rotundæ, ſolidæ, & ferè obtuſæ ſunt. Albertus. Cum ima narium ſolida ſunt, tanquam obtuſa, fortem & magnanimum dicunt, tales enim mores Plato (Polemon potius) cenſuit dare leonibus, & generoſis canibus, eo quod in his tales nares videbantur. Dicebat enim quod quæcunq; ſimilitudo animalium aliquorum in hominibus eſt, & homines talium mores imitantur.

Hac figura hominis ſimum naſum finximus, quem ſimiæ ſimillimum in vitiis obſeruauimus.



XXVI

Naſus ſimus.

Naſus ſimus eſt impetuoſus, ait Ariſtoteles ad Alexandrum: ſed eius vetus translatio ſatis corrupta eſt, & corrigenda, luxorioſus, vel impetuoſus in Venerem: aliter enim ſibi cæteriſque clariis auctoribus contradiceret. In ſuis enim Phyſiognomonicis ait: Qui naſum ſimum habent, libidinoſi, referuntur ad coruos. Cerui ſimi ſunt, & adeo luxurioſi, vt coitus tempore inſani redduntur. Polemon & Adamantius: Naſi ſimitas ſcortationis indicium. Et Polemon alibi: Breui, & ſimo naſo præditi, fures, & laſciui ſunt: ad ceruos & apros hoc genus hominum eſt referendū: Ipſe enim ἄγρους retulit, ſed puto mendum in textu: quippe non ſylueſtres ſues, ſed ſimias referunt, & reponendum πιθήκους. Albertus ex Loxo ſimiæ tribuit ſimum naſum, & libidinoſis. Rhaſes. Quibus latæ nares, luxurioſi. Simitatis rationem & luxuriæ videtur Ariſtoteles tradidiſſe in Problematis. ait enim: Criſpitudo capillorum & ſimitas in craſsitudine ſita eſt, craſsitudo non ſine duritia conſtat, & durities in calidiori ſanguine ſita eſt, & calor materiem excreſcere inutilem minus patitur, & os ex vacante materia conſiſtit, & cartilago non niſi os eſt, vt hinc non ſine cauſa


diminutio naſi conſequatur. Indicium ætas exhibet puerilis: ſunt enim pueri omnes reſimato naſo. Galenus ex humiditate libro de Temperamentis prouenire dixit. Nos, ſi ad animalia referre licet, ad ſimias referemus: Natura enim ſimijs

nares à fronte remiſſas.

Contundit, &c.

Oppianus ſcribit, & ob id multi putant ab huiuſmodi ſimitate ſimias dictas eſſe, conſtat eas libidinoſas eſſe, vt quædam fœminas appetant. Et apud Indos ſimiarum quoddam genus eſt rufum, quod in vrbes non adducitur, quippe quod Veneris libidine adeo inflammatur, vt in muliebrem ſexum inſaniat. Eſt & delphinus reſimo roſtro, & ob id Simonem vocant, nomenq; Simonis miro modo agnoſcunt, piſcatorumq; relatu luxurioſi ſunt. Cephalus ſimo eſt naſo, & luxurioſus, cuius natura piſcatoras cognita, in venatione ex luxuria capitur. Satyri ſimo naſo depinguntur ob luxuriam. Plautus in Rudente ſuum Lambracem depingens: luxurioſum, ac nefarium, ait. Recaluũ, ſilonem, & ventricoſum. Et in Pſeudulo Simonem luxurioſum ſimum naſum habuiſſe.

Etiam ſimum cerui roſtrum depinximus cum Socrate comparandum, cuius effigiem, ex muſeo fratris, & marmorea ſtatua decerpſimus.



XXXI

Simo naſo Socratem fuiſſe narrat Plato in Theæteto, & ab eo Ammonius. Polemon Socratem luxurioſum fuiſſe dicit, quod illius loci ſuperficiem concauam haberet, quæ naſo ac mento interiacet, Ruellius Gallus reſimato naſo fuit, & luxurioſus. Fuerunt nonnulli opinantes Horatio Cocliti, non quod oculum vnum in bello amiſiſſet, ſed ex naſi ſimitate cognomentum, Cocles, inditum fuiſſe: naſus enim ſub fronte ita depreſſus, demiſſusq; erat, vt nullum ferè inter oculos diſcrimen extaret, ipſaq; ſupercilia commixta inuicem, confuſaq; fuerint: iccirco cum vellẽt illum appellare Cyclopem, factum eſt vt corrupta loquendi conſuetudine, Cocles diceretur.

Tauri & hominis hiantes nares ad viuam depictas præſenti figura videre eſt.



Patulæ nares.

Qui habet foramina naſi grauis compactionis, vel duræ, eſt iraſcibilis, ait Ariſtoteles ad Alexandrum. Sed antiqua translatio ex Arabico textu falſa & mendax eſt, nec quid ſibi velit, conſtat, Clarius ergo in Phyſiognomonia. Qui hiulcas habent nares, æſtuantis iræ ſunt, & ad paſſionem referuntur, quæ fit in ira: quippe videre licet ira excandeſcentes tales nares obtinere, per eas enim fit ſpiritus reciprocatio: ſiquidem è promptuarijs intimis cordis reſpirationem pulmonis officio capientes, extra excernunt, vnde non iniuria, qui apertas habent nares, ad iram ſunt incitatiores. Polemon: Patulis naribus præditi agreſtes pertinaces, & potentes ſunt, ſicut tauri, & leones. Rhaſes: cuius narium foramina valdè ſunt ſunt aperta, iraſcibilis. Polemon alibi, patulæ nares & reſimæ, iracundos demonſtrant, & referuntur ad paſsionem, quæ fit in ira, & ad generoſos equos. Et in figura iracũdi concauas nares ei tribuit. Adamantius: Expanſas nares iracundiæ & ferociæ teſtes ſunt. Suetonius C. Caſarem ſpumante rictu, & humẽtibus naribus fuiſſe ſcribit, & fuit præcipitis iræ.

Generoſi equi hiulcas nares, & hominis appinximus.



Patulas nares fortitudinis & alachritatis ſignum retulit eſſe Albertus, ex ab eo Ioannes de Lobis, & ipſe ad equum, puto, referre voluiſſe: in lætitia enim & hinnitu nares patefaciens.

Obſtructæ nares.

Obſtructæ nares veſanos demonſtrant: Polemon, ſed Adamantius aliter & melius. Anguſtæ rotundæ, & obſtructæ nares veſanitatem monſtrant: eadem Albertus: obſtructas, ſine obeſas, vel occluſas, vel parum olfacientes. Philoſtratus Panthiam obſtructis naribus & contractis, vt baſim naſo efficerent, pinxit: Et generaliter Albertus concludens ait: nares peruerſæ figuræ, & quantitate, ſitu, motu, & qualitate, peruerſam indicant mentem.

Surſum diſtantes nares.

Et tandem vt optimam narium conſtitutionem deſcriberet. In idæa miſericordis, Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis tribuit ei nares ſurſum diſtantes.

DE VVLTV. Cap. VIII.

DICIMVS de vultu primum, pòſt de partibus eius, nam vultus totam ſimul faciem, tum habitus, & paſſiones repræſentat. Ad totum hunc vultum figurandũ oẽs faciei partes concurrunt, & oculi, & frons, & naſus, & cętera membra. Eſt verò vultus index & detector conſcientiæ noſtræ, qui incertus, inconſtans, & varius eſt, qui totus ex animorum configurationibus configitur, qui etiam earum ſimulator & diſſimulator. Quæ haud temere omnibus horis ex vultu dijudicandum, niſi cum ab huiuſmodi animi motionibus deferbuiſſe videbitur. Polemon & Adamantius de vultu hæc habent: Ex ipſo nanque vultu potiſſimum apparet magnificentia, & illiberalitas, probitas & improbitas, anxietas, ſtudium, eruditio, iucũditas, & triſtitia, vigilantia, & ſomnolentia, & ſingula, vt ſe natura habent, & ſecundum ea neceſſe eſt phyſiognomonicam diſciplinã exercere. Meletius non obſcurus philoſophus: Facies, inquit, ipſa eſt, quæ affectus facile repreſentat.

tat, cum autem ipſa lætitia afficitur, ſerena, hilariſq́; apparet, ſi verò triſtitiam, mærorem, & perturbationem præſefert; cum ira excandeſcit, liuida & ſanguine perfuſa, furioſaque redditur. Quamobrem (vt in ſacris literis extat) in cordis gaudio facies ipſa ex hilaratur; cum verò cor mœrore afficitur, demiſſa efficitur, & homo ira occupatus, turpis eſt. Iacob ex facie Laban in ſe odiũ deprehendit, & ad vxores ſuas conuerſus, dixit: cognoui ex facie patris veſtri, non eſſe amplius in me, qualis heri fuerat. Solent enim qui nos odio proſequuntur auertere à nobis faciem; qui amore nobis deuincti & beneuolentia ſunt, lætum, hilaremq́; oris aſpectum, & blandientem exhibere ſolent. Cicero ad Piſonem ait: Non deceperunt oculi tui, & vultus, qui tacitus eſt ſermo mẽtis. Vultus ipſe ſpeculum eſt mentis, quando & taciti oculi mentis fatentur arcana.

Subtriſtis & varius vultus.

In idęa Timidi Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis tribuit ei faciem mutabilem, & ſubmœſtam. Idq́ue ad apparentem morem referri poſſet: nam timens vuultum continue variat, veluti timore, & ſuſpicione plenus.

Stupidus vultus.

Figuram tribuit Inſenſitiuo in ſua idęa Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis, & morem qui apparet in facie ſecundum ſimilitudinem, ſcilicet inſenſitiui & ſtupidi. Interim corrigendus eſt Ariſtotelicus græcus textus: nam pro τῶ ἐμφαίνοντα, ideſt, ſimilitudinem habet ὁμοιότητας, quod valdè à propoſito abeſt: vt ſatis inſęliciter Sueſſanus transfert, & dum verba à ſenſu aliena accommodare nititur, ineptias multas ſano viro indignas profert.

Somniculoſus vultus.

In figura Iracundi & Simulatoris Ariſtoteles in Phyſiognomonicis tribuit ei faciem ſomniculoſam. Polemon & Adamantius in eadem figura, eadem referunt. Tribuit enim Ariſtoteles ſomniculoſam faciem, eandemq́; Polemon. Sed Ariſtotelis textum, prout Polemon habet, ipſe retinet. Ob id Sueſſanus ſatis miſere curuipedẽ tranſtulit, vt vrſo, quem curui pedem dixit, aſſimilauit.

Temerarius vultus.

In figura Iniurioſi, Ariſtoteles in Phyſiognomonicis tribuit ei proteruum, & temerarium vultum. Sed Polemonis textus ex Ariſtotele corrigendus, qui κάτω ὑφεπτὶς dicit, vt Ariſtotelicus.

Remiſſus vultus.

Et in figura amari viri, tribuit ei faciem remiſſam. Polemon & Adamantius in eadem figura etiam remiſſam faciem adſcribunt. Qui enim triſtãti ſemper vultu & querula voce loquuntur naturaliter, vt ab omnibus odio habiti, à fortuna depreſſi ſuas ſemper calamitates enarrantes.

Bonus & non præceps vultus.

Optima inter hos conſtitutio erit lætus & non præceps vultus. Iucundo tribuit Ariſtoteles in Phyſiognomonicis vultum non feſtinum, & celerem, ſed bonum. Sueſſanus ἰταμός, faciem non feſtinam, celerem, ſed ſubdolam interpretatur, ſatis incurioſe: & ex naturalibus cauſis deducit.

Humilis vultus.

Idem in eodem loco, in ſchęmate triſtis viri, humilem ei tribuit figuram.

Grauis vultus.

Idem manſueto fortem, robuſtam, & grauem faciem tribuit, eandemq́; Polemon & Adamantius. Seuero & graui vultu fuit Alphonſus eſtenſis, Ferrariæ Princeps, Iouio referente, vnde ingenium præcellens, & uis eius bellica coniectatur, qui trium maximorum hoſtium arma infracto animo ſubſtinuit, & ſuperauit; abdicatis à ſe adulationis, & moroſæ grauitatis lenocinijs, ſingulas cogi-

cogitationes, & corporis excogitamenta ad virtutes & bellicas rationes intendit: magnanimus in bello dux, optimus in pace princeps ſemper extitit. Probo ore, & venerabili Beſſarion Cardinalis fuit: nemo probitate ſpectatior, nemo admirabilior doctrina, nemo denique generoſis moribus ſplendidior.

Iucundus vultus.

In figura iucundi hilariſue, Polemon & Adamantius tribuunt ei hilarem figuram, vel mores. Ij item in figura Ingenioſi tribuunt mores iucundos. Sic tranquillus vultus animi tranquillitatem monſtrat. Tradit Suetonius Auguſtum fuiſſe vultu, & ſermone, vel tacito adeo tranquillo, vt animo erat ſereno & pacato. Hilari etiam vultu fuiſſe Vlixem narrat Dares Phrygius. Periucundo & graui vultu fuit Pompeius Columna Cardinalis, qui miro ingenio, ſacra purpura mitratus, & militari ſago galeatus, vtriuſq; muneris partes aptiſsime adimplevit. Ioannes Allymbeius Vſſumcaſſanus læto, & hilari vultu fuit, magnam grauitatem, dignitatemq; pari comitate conditā præſeferebat, in dandis beneficijs miram ſerenitatem, eandemq; in accipiendis oſtendebat, ſuauis in ſermone, facileſque erant ad eum aditus. Iſmael Sophus læto & ſereno fuit vultu; benignus, equitandi, ſagittandique peritus, lepiduſque in iocando fuit.

Elegans vultus.

Polemon Loquaci tribuit figuram elegantem. Sed textus Ariſtotelicus ſomnolento loquacis notas tribuit, quod ex Polemone, cui integrior eſt textus, conijci poteſt: nam ſomnolento elegans forma non conuenit. Sed Polemon & Adamantius elegantem formam ſimulatori tribuunt. Emanueli Chryſaloræ præclara fuit facies, præclarum ingenium, & præclariſſima doctrina, Græcas litteras in Italiam reportauit.

Illiberalis vultus.

Illiberales vultu puſillanimes, & illiberales animo cenſendi, ex Polemone. Politianus facie neque liberali, neque ingenua fuit, ob id diſtortis moribus, & male compoſitis; vt nimis in aliena inueheretur. Maximilianus Sfortia vt illiberali vultu, & nequaquam Sfortianæ ſtirpis excellentia digno fuit; ſic ingenij indole, & moribus ingenuo principe indignis; ſordidi animi, & vecordis, & rudis extitit. Subagreſti vultu Iouianus Pontanus erat, vir maxima ingenij dexteritate, ſed mordaciter inſignis.

Venerabilis vultus.

Hector venerabili fuit vultu, & animo, & viribus inſignis, clemens & dignus, vt à Darete Phrygio proditum eſt. Achilles graui aſpectu, præferebatque pulchritudinem non ſatis laudatum; ob id eius ſpecies non iactatoris, vt plerique iudicant, ſed virilis, vt ex Philoſtrato habetur. Solimanus Selimi filius auguſta fuit facie, & dignitate plena, iuſtitia celebris, prudens, bellator maximus, non fœdifragus. Sic Gothófredus Gallus, Lotharingiæ Dux, Bullonius, ſacri belli aduerſus Turcas Imperator, vultu erat maieſtate auguſto, religione præſtās, & militaris artis peritiſſimus. Carolus Francorum Rex à geſtarum rerum magnitudine Magnus vocitatus, vultu fuit maieſtatis pleno, auguſta facie, canitie reuerenda. Cublaienus Scytharum Imperator, quos Tartaros vocamus, ore fuit auguſto, ac fulguranti, ſacrorum cultor eximius, multarum gentium domitor, ac bello infractus. Probo ore, & vultu hoſtibus etiam venerabili fuit Franciſcus Sfortia, fuit corporis, & inuicti animi robore, naturali facundia, doctrinaq; præditus. Sanctus Bernardus vultu fuit ſeuero, & venerabili, cæſaries ex flauo candida, ſtatura mediocri, paulo procera, in genis modicè rubenti, barba ſubruffa, cuius ſanctiſſimæ vitæ plena ſunt volumina.

Auſterus vultus.

Diomedes auſtero fuit vultu, vt Dares ſcribit, & in bello audax, acerrimus, clamoſus, calidus, & impatiens. Tamerlanes truculento vultu, & minaci fuit, qui ſuæ ſæuitiæ maximum ſpecimen dedit, vt orbis terror diceretur. Nemo efferatiori in cruorem animo. Truculēta voce profitebatur ſe Dei maximam iram eſſe. Auſtero ore fuit Baiazetes primus Turcarum Rex, qui ſingulari celeritate, repentinoque bellicarum actionum impetu, terrificum terrarum fulmen eſt appellatus. Multis victorijs clarus extitit. Franciſcus Buſſonius, Carmagnola dictus, tetrici & agreſti oris fuit, contumacis ingenij, & prompti, & audacis, vt maximas bellicæ virtutis laudes promeruerit.

rit. Mahometes magnus, octauus Turcarum Rex, auſtero & aſpero vultu, toruis oculis, & in angulis retortis, bellator maximus, & crudelis.

DE FACIE. Cap. IX.

INFRA oculos malæ, Plinius: Hæc ſedes pudoris. ibi maxime oſtenditur rubor: infra enim hilaritatem riſumque indicant buccæ.

Bouis imago cum magna facie ſpectanti ſe exhibet:



Facies valdè magna.

Quibus facies magna, ignaui, referuntur ad aſinos & boues. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Valdè magna facies ſtolidos, & indociles arguit. Polemon & Adamantius. Cuius facies magna, piger eſt. Rhaſes, Conciliator. Magnum caput, cum magna fronte, & facie pigrum, & aliquãdo indocilem monſtrant.

Hac

Hac tabula felis, & paruæ faciei detegitur imago.



Facies valdè parua.

Facies valde parua (vt Ariſtoteles in Phyſiognomonicis teſtatur, qualis eſt felis & ſimiæ hominem puſillanimem arguit. Interim admonitos lectores velim, græcum Ariſtotelis textum corrigendum: nam loco faciei, habet νῶτα, ideſt tergus, nec congruum erat vbi de facie loquebatur, tergoris meminiſſe, cum de tergore ſuo loco affatim ſatisfeciſſet. Præterea in ſequenti habet: Mediocrem habens faciei qualitatem, optimus erit, cum neque magnam neque paruam oporteat eſſe. Suiqne non immemor in figura puſillanimi, paruam ei faciem accommodet, non tergus. Teſtimonia demum Polemonis & Adamantij accedunt, qui diligentiſſime Ariſtotelem deſcripſerũt, & faciei, non tergoris meminere. Sueſſanus, tergus, vertit, & circa hanc ſuam malam interpretationem male ſe torquet, dum falſam doctrinam veritati accommodare nititur. Quidam doctus etiam ſuo quadrupedum libro; ex textus corruptione labitur.

Parua facies.

Parua facies paruos quoque redarguit mores. Adamantius. Cuius facies parua, malus, callidus, & adulator. Rhaſes, & ab eo Conciliator. Facies vehementer parua, timidos, callidos, adulatores, & illiberales. Polem. & Adam. ex Ariſtotele in figura Amari, qui faciem paruam ei tribuunt.

Parua, & crocea facies.

Qui habet faciem paruam, declinantem ad croceum colorem, eſt vitioſus, peſſimus, deceptor, & ebrioſus. Eadem Conciliator ab Ariſtotele ad Alexandrum; qui etiam coloris notam addidit.

Mediocres facies.

Optimam tradens faciei qualitatem Ariſt. in Phyſiogn. ait. Quoniam neque magnam, neque paruam oportet eſſe, mediocris habitus vtriq; erit conueniens, & ad Alexandrum ſcribens. Qui habet faciem mediocrem in genis & temporibus, vergens ad pinguedinem, eſt verax, amans, intelligens, ſapiens, bene diſpoſitus, & ingenioſus. Facies cum circunſtantijs mediocris, & ſufficiens

ciens carnoſitatis, &c. Conciliator ab eo.

Carnoſa facies.

Illos, quibus facies carnoſa eſt, demiſſi & negligentis animi conijcit, quod in bubus ſimiliter ſe habeat. Ariſtoteles in Phyſioguom. ad Alexandrum verò ſcribens, ait, carnoſus in facie eſt minus ſapiens, importunus & mendax, ad fœminas fortaſſe referens, quæ ignaræ, importunæ, & mendaces ſunt. Polemon ab eo in fine. Qui carnulentam habent faciem, inertiæ obnoxij ſunt, quæ paſſi.. fæminarum generi, & bouum eſt peculiaris. Rhaſes: Cuius facies carnoſa, piger. Conciliator eadem.

Valde carnoſa facies.

Valde carnoſa facies, iucundum & viuidum hominem oſtendir. Polemon & Adamant. Ijdemq́; in figura Iracundi faciem ei tribuunt carnoſiorem. Ariſtoteles in figura ſimulatoris pinguem faciem tribuit.

Carnoſa & oblonga facies valde.

In figura Inopis ſenſus Ariſtoteles in Phyſiogn. carculentæ & ſatis longæ faciei meminit.

Macilenta facies.

Qui habet gracilem faciem, eſt circunſpectus in operibus ſuis, & ſubtilis intellectus. Ariſtoteles ad Alexandrum. Sed in Phyſiogn. qui macilentam habent faciem, ſolliciti ſunt, quæ ſignum ad contrarium retulit, quia carnoſa pigros, macra ſollicitos demonſtrat. Polemon & Adamant. parua facies ſtudioſi eſt, & inſidiatoris. In figura verò Triſtis ijdem tribuunt ei faciem macram. Sed corrigatur Polem. textus ex Adamantio, quia σκνὸν habet pro ισχνόν. Plautus in ſua Aſinaria ſuum Leonida macilentum malis inducit, quibus ſollicitum, & callidum dixit. Selinus Turcarum Imperator decimus macilento fuit ore, ad arma impiger, nullo nanque labore corpus, aut animus fatigabatur.


Neque carnoſa, neque macilenta facies.

Optimam igitur conſtituens facierum conſtitutionem Ariſtoteles in Idæa Ingenioſi in ſuis Phyſiognom. Quæ circa faciem graciliora, ideſt non carnoſa, quia hebetis ſunt, ſed gracilia, ideſt mediocriter diſpoſita. Adamantius clarius loquitur in eadem typo. Facies neque valde carnoſa, neque quidem gracilis. Vbi textus Polemonis defectuoſus, & ex Adamantio corrigendus, carnoſitas enim inertiã, macilentia curioſitatem, & triſtitiam, medius vtique habitus ad intelligentiã facit. Philocrates Plautinus macilenta fuit facie, quod cathenis euaſerit.

Oſſoſa facies.

Qui faciem carnoſam habent, timidi, referuntur ad aſinos, & ceruos. Ariſt. in Phyſiogn. quidam libro De animalibus eadem ab eo recitat, ſed ipſam neque aſinus, neq́; ceruus carnulentam habent, & coqui cerui caput, vt pote nil carnis habens, vt inutile flocci faciunt. Et Athenæus ex Epicharmide in Megaride ait, Caput oſſeum, velut ceruinum. Sed textus mendoſitas his rationibus coarguitur, qua cum prius carnoſæ faciei in boue meminiſſet, non erat opus hic denuo rememorari, & alijs in locis ijſdem oſſoſas facies tribuit. Præterea Polemon in fine, ab Ariſtotele excipiens, ait. Valde oſſoſa facies laborioſos, timidos, & inſulſos oſtendit, ſi referas ad aſinos, ſimias, & ceruos. Ob id corrigendus textus, & pro σαρκώδη reponendum ὀστώδη.


Oblonga facies cum è regione humana oſtenditur.



Oblonga facies.

Oblonga facies iniurioſi eſt, Ariſtoteles ad Alexandrum. Cuius facies lõga, inuerecundus. Rhaſes ex eodem, ab eo Conciliator, ego ad viles canes referrem, qui iniurioſi, inuerecundi ſunt, & ijdem oblongæ faciei. Eutichus Plautinus vitioſum hominem depingens inter cætera, oblongis malis dixit. Charinus reſpondens, oblongas illas malas magnum malum ei dediſſe.

Hic tres facierum formæ conſpiciuntur, cauæ, rotundæ, & planæ.



Plana facies.

Ab co, qui planam faciem habet, caueas in moroſitatc, nam ſignificat litigioſum, diſcolum, inuidioſum, immundum. Ariſtoteles ad Alexandrum, & ab eo eadem Conciliator.

Rotunda facies.

In idæa Innerecundi Ariſt. in Phyſiogn. rotundam faciem tribuit. Polem. in figura Inucrecundi rotundam faciem tribuit. Rhaſes, rotunda facie fatuos dicit.

Rugoſa facies.

In Idæa Triſtis rugoſam faciem tribuit Ariſt. in Phyſiogn. idque ad apparentem morem referre videtur, nam qui triſtantur, faciem corrugant: Naturalis cauſa eſſe poteſt ſiccitas: & ruga ſignum melancholiæ eſt ex Auerroe.

Rugoſa, glabra, & macra facies.

In figura Amari Ariſt. in Phyſiogn. faciem ei tribuit rugoſam, glabram, & macilentam. Ratione enim ſiccitatis, & frigiditatis pars, quæ ſolet eſſe piloſa, fit glabra, & ij natura ſunt melancholici. Polem. rugoſam dicit. Adaman. frontem non faciem. Rhaſes facies ſubtilis multarum eſt cogitationum.

DE GENIS. *Cap. X.*

DIXIMVS de tota facie, nunc de eius partibus, ideſt genis. Infra oculos malæ, ſiue genæ. Græcis μῆλα ſunt. Plinius malæ, quas priſci genas vocabant.

Carnoſæ genæ.

Carnoſæ genæ inertiæ & vinolentiæ notum accuſarit. Pol. Adam. ijdem in figura Inopis ſenſus eidem carnoſas genas aſcribunt. Albertus à Polemone. Qui craſſas habet genas, ignaui ſunt. Sed omnis vultus plenus & craſſus, ignarum & voluptatibus deditum ſignificat.

Capi imago in multis occurrit figuris formam, & arctus oſtenſuri, nunc ad exiles tantum genas commonſtrandas exhibetur.



Graciles genæ.

Genæ valdè graciles malignitatem & vafritiem arguunt. Polem. ſed Adam. addit inuidiam, ego ſciuris & ſimijs aſcriberem; paruas enim & exiles genas habent, & ſunt furaces, vafræ, & inſidioſæ, & per hæc animalia eiuſdem ingenij homines deprehendantur, qui ſcilicet clàm inſidioſi, vafri, & maligni ſunt.

Craſſæ genæ ab oculis diſtantes.

Craſſæ genæ & ab oculis diſtantes, inuidos notant. Polo. & Adam. Albertus verò ab eis. Craſſæ genæ: tanquam abſciſſæ ab oculis, humorum plenitudine, & pondere ſuo prægrauatæ, & idem oſtēdunt.

Rotundæ genæ.

Rotundæ genæ doloſos hominum mores demonſtrant. Pol. Adam. Sed Albertus inuidos dicit.

Oblongæ genæ.

Oblongæ genæ nugaces, & vaniloquos oſtendunt. Pole. Adam. Sed Albertus. Leues & prolixæ genæ importunum, & loquacem ſignificant.

Genarum & faciei contractiones in triſti facie.

Faciei, & genarum contractiones in triſti vultu apparentes, ſtultum hominem demonſtrant, Pol. Adam.

Genarum & faciei contractiones in hilari vultu.

Genarum & faciei contractiones in hilari vultu, & certiſſimus erit adulationis index. Idemque in idæa cynędi illi genarum contractiones tribuerunt.

DE LABIIS. *Cap. XIX.*

LABIA mox à naſo, vt Ariſtoteles animalium libro, caro mobilis, & in extremitatibus ſuperioris, & inferioris mandibulæ. Conſtat tenui, & molli carne, oris & dentium ceu editui habentur. Auicenna. Labia otij vice adiuncta ori, & ob id prius de labijs.

Labia craſſa.

Labia craſſa ſtultum demonſtrant. Ariſtoteles ad Alexandrum. Polemon in fine libri: Magna labia inſipientes oſtendunt. Conciliator ab Raſe. Magna labia ſtultus & hebes, ex huiuſmodi labijs Labeones, & Chilones dicti fuere.

Aſini craſſum labium inferiori propendens hic ſpectandum adduximus, vt neminem hominis labrum ad eius ſimilitudinem delineatum lateat.



Craſſa labia ſuperiora inferioribus propendentia.

Quibus labia ſuperius craſſa ſunt, & ſuperius vltra inferius emineant, ſtulti iudicātur à ſimili aſinorum, & ſimiarum ſpecie. Aſinis enim & ſimijs labia ſuperiora magis eminentia ſunt. Et in hoc à leonibus differunt, quia his gracilia ſunt: Polemon in figura iniurioſi, cui verò inferius labrum ſuperiori prominet, fatuus, ſuſpenſi iudicij, imbecillis, & flagitioſus, & ad aſinorum naturam refertur. Et in fine libri. Quibus inferius labrum ſuperiore maius fuerit, timidos cenſebis. Vnde textus hi omnes corrigendi.

Ecce denuo leonis iconem adducimus, qui labio exili inferiori propedenti in humano ore oſtendendo plurimum iuuat.



Exilia labia in ore magno, vt ſuperiora inferioribus ſuperponantur, eademq; iuxta angulos laxa.

Labia tenuia in ore magno, ita vt partes ſuperiores inferioribus ſuperiniectæ ſint, eademq́; laxa iuxta labiorum angulos, animi magnitudinem, & fortitudinem ſignificant. Ariſtoteles: quum in leonibus eiuſmodi haberentur. Idem etiam vtique in magnis, & robuſtis canibus ſpectabit. Polemon. Labia mollia, vt inferiora ſuperioribus ſubdantur, magnanimitatem, & virilitatem notant: nam huiuſmodi labia in leonibus videre eſt. Adamantius aliter & melius. Labia in ore maiori tenuia juxta angulos relaxata, vt inferioribus adijciantur ſuperiora, magnanimitatem, & fortitudinem ſignificabunt; leonina enim hæc ſunt, cuius textus ex Ariſtotele corrigendus: nam συγκεκλᾶσθαι, non ἀνεκλᾶσθαι legendum; ſunt enim labiorum anguli χαλαρά, non χῶρα. Conciliator eadem ex Alberto. Sed ad exempla fortitudinis etiam canis adducitur, non vulgaris, ſed venaticus, vel maſtinus. Canes à Canibus Marti immolati, Apollodorus, & alij ſcripſere, Arnobio ſcribente, propter eius animalis audaciam. Lacedęmonij Marti Euyalo mactabant, vt Panſanias in Laconicis. Lacones enim ephæbos, ſcribit, quum pugnas eſſent inituri, Marti canem immolaſſe. Deo ſcilicet validiſſimo victimam validiſſimam inter cicures dicare ſe arbitrantes.

Labia inferiora propendentia.

Labia quum ſoluta ab ore dependent, ex humore ſuperabundanti inordinato euenire, & inertiam ſignificare, Albertus protulit, hac enim in bubus, aſinis, & ſeneſcentibus equis eſt uidere.

Labia exilia in ore paruo.

Si autem in paruo ore gracilia labia extiterint, timiditatem, impotentiam, & dolos demonſtrabunt, Adamantius dicit, impotentem, & valdè doloſum, niſi corrigendus ſit Polemonis textus, nã vbi δυκάδες ex Adamantio, ... reponendum. Ego ad æluros referrem, quibus exilia labia in ore paruo ſunt, & timidæ, & impotentes, & doloſæ, vel ad mulieres.

Gracilia labia, dura iuxta caninos dentes tumentia.


Quibus labia gracilia, dura, & iuxta caninos dentes tumentia, ignobiles ſunt, & ad ſues referũtur. Vbi Ariſtotelicus textus græcus corrigendus, nam pro ἀγεννῶς, habet εὐγενεῖς, contrarium. Sueſſanus, vt Ariſtoteles textum accommodaret, magis corrumpit: nam non ignobiles, ſed multigenos vertit, vt ſues Conciliator eadem.

Labia ſuprema, & gengiuæ prominentes.

Qui ſuperius labrum, gingiuaſq; prominentes habent, ad conuitia & maledicẽdum proni ſunt, & referuntur ad canes. Ariſtoteles. Idemq́; in figura Iniurioſi. Superius labrum ſublimen tribuit. Ab eo Polemon & Adamant. Quibus canini dentes labia attollunt, peſſimorum morum ſunt, iniurij, adclamatores, & mordaces, vt canes, vt ore, ſic ingenio referunt. A quo etiam Polemon in eadem figura tribuit ei ſuperius labrum ſublime. Vnde male putat aliquis Polemonis & Adamantij dicta Ariſtotelico ſigno referri. Corrigẽdus eſt Polemonis textus: nam vbi Ariſtoteles in figura Iniurioſi labiorum meminit, infert καὶ τὰ ἴδη προπετεῖς, ideſt aſpectu temerario, ſed Polemon ἢ κάτω *propetis*, ideſt inferius propendens, ſatis vt mihi videtur peruersè, nam iniurioſo potius præceps vultus conuenit, moribus aptus, quàm ſuperius labrum inferiori propendens, & canes quibus Ariſtoteles refert, huiuſmodi labia non habent: Gracilia labia ſuperius aliquantulum eleuata, verboſum, accuſatorem, & inuidum teſtantur. Phocylides Poeta mulieres alias ex alijs animalibus natas fingit pro ingeniorum diuerſitate, & inter cæteras ex caue natam difficilis, & aſperi ingenij mulierem dixit.

Humanae

Humanus vultus cum animali Alce delineatus conſpicitur, vt ſuperiora labia tumentia, & inferioribus ſuperpoſita conſpicientur.



Prominens ſuperius labrum.

Quibus inferiori labio ſuperius labium ſuperadijcitur, prudentiores ſunt. Adamantius. In Polemone deeſt, ſi ad feras referre licet, ego ad Alcem referrem. Solinus ex Plinio de eiuſmodi fera. Alces adeò propenſo ſuperiore labro, vt niſi recedens in poſteriora veſtigia paſci non queat. Pauſanias ſagaciſſimum animal eſſe dicit, & hominis odore per longinquum interuallum percepto in foueas, & profundiſsimos ſpecus ſe abdere. Aeſopus tumenti, & prominulo labio fuiſſe, & prudẽtiſsimum fuiſſe ſcribitur.

Prominens inferius labrum.

Quibus inferius labrum prominebit magis, non ferè malum, quanquam plerumq; vanitates, & craſſas cogitationes ſignificabit. Polemon & Adamantius. Inferius labrum foris excedens, non animi malitiam, ſed impudentiam (ego imprudentiam & ſimplicitatem) Albertus. Sed ex Loxo infert, Tale labrum in paruo ore laudis & honoris ſtudium ſignificat.

Tumenentia labia ad inciſorios dentes.

In fine libri Polemon, & ſi medoſus ſit textus, dicit. Labia ad inciſorios dentes tumentia, cinędos oſtendunt.

Tumentia labia inferiora ad caninos dentes.

Tumens labrum inferius ad caninos dentes, veneno plenos oſtendit. Polemon eodem loco, fortaſſe quod viperis, alijſue ſerpentibus eiuſmodi ſe habeant. Albertus: quæ verò eminent labia, & aliquantulum dependentia ſuper caninos dentes, eos Plato dicit, maledicentem, iracundum, clamoſum, & ad inferendam iniuriam propenſum.

Labia vultum deformantia.

Non omittendum duximus, quod Albertus ex Loxo adducit. Cuius labia truces vultus exagitant, inſaniam & ſtultitiam iudicabunt, quod ego in pleriſque animaduerti.

DE ORE. Cap. XII.

OS, ab Ariſtotele animalium libro, intra maxillas & labia deſcribitur, cuius partes palatum, & faces. Apuleius ait os eſſe animi veſtibulum, orationis ianuam, & cogitationis comitium.

Os magnum.

Qui latum os habet, eſt bellicoſus & audax, Ariſtoteles ad Alexandrum. Sed Pol. & Adam. magnum os viros decet, quaſi viriles oſtendunt. Albertus. Magnum os viris & virilibus fæminis conuenit. Rhaſes. Qui magnum os habent, guloſi, audaces, dicere debuiſſet, bellicoſos, audaces.

Paruum os.

Puſillum os effæminatum oſtendit. Polemon & Adam. quod tale fæminas deceat. Albertus tam fæminas, quam viros effæminatos. Helenam puſillo ore fuiſſe memorat Dares.

Paruum os exterius protenſum.

Os paruum prominens inſidiarum & reprobitatis nota. Pol. & Adam. Ego ad vulpes & ſerpentes referrem.

Exertum os.

Exertum os, ſiue prominens, dementiam, ſtultiloquium, & audaciam notat. Adam. Textus hiulcus eſt Polemonis, & non admittendus. Albertus nimia prominentia ſtultitia, loquacitatem, & audaciam oſtendit. Vrſo exertum, & longum os, ex Oppiano, inſtar fermè ſuilli, labia craſſa, ob id dentibus retia non lacerant. Ex Plutarco ferox & vorax. Ouidius.

Quid niſi pondus iners, ſtolidæq; ferocia mentis.

Craſſum & protenſum ſuillum os ferimus, vt humanum, ſimiliter efformatum oculis ſubijceretur.



Valdè exertum os, & labia craſſa rotunda.

Quibus os protenditur, labiaq́; ſunt præpinguidiora, rotunda, & extrinſecus inuerſa: moribus & operibus ſunt ſuini; Polem. & Adam. Ab his Albert. Protenſum os, rotundum, retorum in craſſis labijs, ac ſi repandum ſit extremum, immundum, voracem, & ſtultum, & fortè epilepticũ futurum demonſtrat.

Humile os.

Humile os timiditatis, & mutabilitatis ſignum. Adam. Adhuc Polemonis textus lacunoſus eſt, & ex Adamantio reſtituendus.

Medium inter exertum, & humile os.

Ob id neq́; exertum, neq́; depreſſum lauda. Innuens Adamantius laudabile eſſe, quod neque exertum, depreſſumue fuerit. Albertus optima oris forma, quæ non nimis humilis. Oris enim & labiorum humilitas timidorum eſt, & malignorum.

Arietis os diductum & humanum adduximus, quùm quæ affirmamus, opportunum iudicare nequiſsemus.



Os valde diſſectum.

Vaſta oris diſſectio ſtolidiſſimi, crudi, & impij hominis notas præbet, talia nanq́; ſunt arietum ora. Albertum. Quum os vltra modum dilatatur, vt diductum, & reſciſſum videatur, immitem, impium, bellicoſum, & voracem notat: à Polemone marinis beluis, & monſtris aſſignatur. Pol. Adam. in figura fatui improbi tribuit ei os garrulum & apertum, vt bifida facies videatur. Ego potius ad lupos, quàm ad canes referrem, nam os valdè diſſectum habent, & ingluuies eſt luporũ propria. Galenus libro de vſu partium narrat animalia καρχαρόδοντα, id eſt ſerratos dentes habentia, os longiſsimè habere diſſectum, ad proportionem enim vnguium, & dentium robur conſentaneũ fuit oris eſſe magnitudinem. Si enim homini opertum os dediſſet natura, neque cibos exacte conterent, neque magnitudine quicquam ad uires ei accederet. Qui acutos multos dentes non habẽt, hi rurſus animalibus arctiſsimum os, pariter eis acutorum actio, animalibus igitur viribus pollẽtibus, & maximum os, & acutos dentes refertum dedit. Vnde carniuora animalia amplo ſunt oris

ductu. Lupus piſcis vaſtum habet os, & gulæ deditus, vt natura ei tale dederit ad optime vorandum. Lamia piſcis largo eſt oris hiatu, nam voraciſsimus & antropophagus, vt integra mortuorum cadauera voret, ab hac inſigni ingluuiæ ab Oppiano [illegible] dicuntur. Piſcatrici ranæ os amplum, & latum ad piſcis ingenium, moreſq; per accommodatum, eminentia ſub oculis cornicula turbato fimo exerit, vt aſſultantes piſciculos protrahens, donec tam propè accedat, vt aſsilire in illos poſsit. Taglodiτici boues, vt qui luporum inſtar carniuori ſunt, omnibus rictus vſq; ad aures dehiſcit, ex Plinio. Et Aelianus omne genus animalium ab eis iuuandi dixit. Talis ore villicus meus præditus eſt, & ſimul ſtoliditate & canina exutitione.


Apertum os.

Aperrum os ſtultitiæ ſignum dicerem, & ad apparentem decentiam referrem. Pleriq; apud nos ſunt hianti ore, ſtantes, & incedentes, qui inſipientes & ſtupidi ſunt. Ariſtophanes κεχηνότες, ideſt ore hiantes, pro ſtultis accepit.

DE DENTIBVS. Cap. XIII.

Dentes ſtatim, quum os aperitur, videntur. Plinius homini continuati dentes, lati, & acuti, & qui eos diſcriminant, canini. Sunt rati, denti, nonullis breues, paruis, & recto ordine diſpoſiti. Dentes qui vtrinque quaterni anteriores exiſtunt, inciſorij, ſiue ſecantes, qui vtrinque duo ab his poſiti viſuntur, canini dicuntur, molares verò ſubinde ab vtraque parte, qui in ordine digeruntur.

Siniſtræ tabellæ pars in ſuperiori maxilla dentes raros & infirmos conſpicuos oſtenſura, inferiori verò magnos firmos & ſpiſſos.



Rari dentes.

Facile ex his vitæ diuturnitatem, ex breuitatem dijudicare poſſumus, quum ex cerebro ortum habeant. Ariſtotelcs in Problematibus, dentibus vitæ ineſſe præſagia dixit nam quibus rariores

fuerint

fuerint, haud ita diu viuere opinantur. Indicium hoc eſſe os capitis, cerebrum ob id inualidum, quia minus ſit reſpirationibus opportunum, itaque celeriter putret, vt quod ſua natura humidum ſit, nam & cætera quum non mouentur, neque exhalant, facile corrumpuntur, quo enim fit, vt homo capite piloſo ſit maximè, & mas quàm fæmina diutius viuit, futurarum ſui capitis beneficio, ex quo rariores, exigui & minus fortes, eo minus virtutis ſpermaticæ, & cerebri fortitudinis, ex quo totius corporis debilitas ſequitur, ob id breuioris vitæ. Plinius ex Ariſtotele. Breuis vitæ raros dentes indices eſſe dixit Rhaſes decenter rari, debiles & minuti totũ corpus debile demonſtrant, eadem Conciliator. Auicenna ſpermatica materia fieri dentes dicit, nam confracti non reſtaurantur amplius, & omne ſignum eſt ſui ſignati repræſentatiuum, ſi igitur dentes ex ſpermate generantur, quanto rariores & exigui, eò plus virtutis ſpermaticæ imbecillitatem oſtendũt, & ex conſequenti cerebri debilitatem, à quo principalia membra ortum habent, cor, epar, & ſimilia, quæ vitam præbent. Rhaſes. Cuius dentes ſunt rari, debiles & minuti, totum corpus eſt debile. Eadem Conciliator. Cæſar & ſi raros habuit dentes, vt Suetonius ſcripſit, erant tamen validi, & firmi, fuit enim interẽptus anno ſuæ ætatis 56. Augustus enim & ſi raros, ſcabros, & exiguos, fortes tamen, & perijt anno ætatis ſuæ 76.

Magni, firmi, & ſpiſſi dentes.

Contra verò ex prædictis, qui magnos, firmos, & ſpiſſos habuerint, & qui dentium ordine fuerit præditus numeroſiore diuturnioris erit vitæ, uirorum exemplo, quibus plures ſunt, quàm fœminis, quod ipſis & in cæteris conuſitur. Scotus dentes fortes & ſpiſſi hominem longæ vitæ notãt, comedonem, audacem, & fortem: vt equus. Herculem fuiſſe triplici dentium ſerie Ionis Chij proditum eſt monumentis.

Continuati dentes.

Qui continuatos habent dentes, non aliter morari, quàm pecudes & dorcades & Capræ. Plinius. Hyenæ nullis gingiuis, dente continuo. Refert Plutarchus Pyrro Epirothæ vnicum os fuiſſe dentium vice, lineis modo in ſuperficie ſuppictum, diſtinctumq;. Solinus nonnullos accepimus enaſci concretis oſſibus, eoſq; neq; ſudare, neque ſitire conſueuiſſe, quod Syracuſanus fuerit Lyguamas, qui tertia, & trigeſima olympiade primus ex olympico certamine Pancratij coronam reportauit, eiuſque oſſa deprehenſa ſunt medullas non habere.

Canini dentes, longi, exerti, & firmi.

Cuius dentes canini longi, exerti, & firmi, eſt guloſus, & inſatiabilis, & malus. Rhaſes. Conciliator ab eo. Dentes longi, firmi, ad exterius ſe porrigentes, guloſos, & inſatiabiles notant, relatos ad ſ..es & ad canes. Ariſt. hippopotamo, apro & equo exertos dentes dicit, ideſt extra os porrigentes.

Longi acuti, & fortes dentes.

Cuius dentes acuti, longi, rari, & fortes in opere ſignificant hominem, timidum, impium, guloſum, audacem. falſum, infidelem, & ſuſpicioſum. Scotus. Ad ſerpentes ego referrem. Portentoſis dentibus fuit Chriſtiernus Daniæ Rex, horridaq; barba, ſed mortalium immaniſſimus, & nefariæ crudelitatis infamis.

Acuti & recti dentes.

Omne animal habens acutos, & rectos dentes eſt magnæ iræ, & carniuorũ, vt leo, canis, & vrſus, Contra homo, & equus. Scotus.

Mixti dentes.

Ex his extremis optimam conſtitutionem nanciſcemur: nam mixti dentes, ordo non ſeruatus, qui quidem alij ſtricti, alij lati, quidam rari, alij ſpiſſi demonſtrant ſagacem hominem, ingenioſum, audacem, timidum, dedignoſum, facile ad vtroque conuertibilem.

ſicitatem,& ebrietatem arguit; ideo multus anhelitus fortem oſtendit. Michael Scotus. Animal multi flatus, multæ fortitudinis, & potus erit. Albertus. Anhelitus frequens, & velox, & calidus cordis calorem arguit.

Fortis, velox, ſpiſſus anhelitus, & corpus & pectus macrum.

Si cum prædicto anhelitu pectoris, & corporis accidit macies, erit cordis complexio calida & ſicca. Idcirco huiuſmodi viri iracundi, & tarde ſedabiles erunt. Iraſcuntur enim cito, quia calida cordis complexio, ſedantur tarde, quia ſicci. Pol. in figura Amari tribuunt ei loquelam, & anhelitum vehementem.

Parcus, rarus, & tardus anhelitus.

Hæc ſunt ſigna prædictis oppoſita: tarde ſigna ſunt frigidæ cordis complexionis, & timiditatem arguunt. Pol. in figura Timidi tribuit ei debilem reſpirationem. Adamantius veró indiſcretam, ſine tumultuoſam & raram. Albertus: contraria prædictis contrariam innuunt ſignificationem, ſcilicet frigiditatem.

Paruus, rarus, tardus anhelitus, & pectus patuum, & glabrum.

Si cum prædicto anhelitu pectoris paruitas, ex glabrities ſimul erit, hi erunt in vltima timiditate, & ipſorum iuuentus aſſimilatur ſenectuti, & ſenectus morti.

Temperatus anhelitus.

Ad mediam igitur, & optimam deueniendo corporis conſtitutionem. Pol. & Adam. inquiunt. Valde temperatus anhelitus temperatam cordis complexionem innuit, & pectus mediocre inter magnitudinem, & patuitatem, & caro nec macilenta nec pinguis, iſq; anhelitus reperitur in his, qui in temperatis climatibus naſcuntur. Spiritus facilis ſequiter & ſine ſtrepitu progrediens, bonam hominis mentem oſtendit. Vbi notandum in Polemonis textu temporum iniuria literas aliquas excidiſſe, aui énim ..., Adam. ....

Anhelitus conſtans.

In figura fortis Polem. & Adam. tribuunt ei anhelitum conſtantem.

Facilis & ſine ſtrepitu ſpiritus.

Spiritus ita facilis, vt homini qui halitu careat, ſimilis videatur, cogitationum plenum arguit, quales enim cogitationes fuerint ex oculis diſces. Sen per enim nos cogitamus, ad quæ corporis complexione trahimur, etenim oculi demôſtrant, vt luxurioſi ad amores, auari ad lucra, ſtudioſi ad ſcientias. Pol. Adam.

Anhelitus, vt qui poſt durſum.

Quicunq; anhelant, quemadmodum ij, qui poſt curſum, conſilio carentes, & omnia quæ faciût dicentes: Pol. & Adam.

Altus, denſus, & facilis ſpiritus.

Qui alte reſpirant, & ipſi denſus & angelis è naribus efflatur, ineſt ei pauor, & mæror, & ſi alia cum his ſignis concurrant, effæminati ſunt, & cinædi. Ijdem.

DE SVSPIRIIS. Cap. XVI.

EST ſuſpiratio anhelitus ſpecies, ſuſpiratio ſignû ſemper habetur amoris, vel angoris, ſcilicet anguſtię cordis, qui enim angent, animum totum ad rem, qua dolori eſt, conuertunt. Itaque animus ad id conuerſus, quo ſollicitatur, ſui officij obliuiſcitur: cor igitur quum per intentionem pectoris aerem non capiat, quo ventilari refrigerariq; poſſit, ne ſtraguletur, animam ad deſertum officium reuocat, & vt copiam frigidi aeris capiat, quod vices minutæ, crebraque ſpirandi eſſent facturæ, vna ampliori reſpiratione, ſubminiſtrat.

Suſpiratio.

Suſpiratio.

Eſt ſuſpiratio vulgare amoris ſignum, vt diximus: nouerca apud Apuleium ſui priuigni amore flagrans, legitur inter amoris ſigna, ſuſpiritus cruciatus. Pan apud eũdem Pſychem amore captã ex aſſiduo ſuſpiritu conjicit. Horatius.

Amantes languor, & ſilentium arguit, à latere petitus imo ſpiritus.

Medici amoris notas dicunt, oculi concaui, nõ illachrymantes, ſed tanquam voluptate pleni apparent, continentes palpebrarum motus, & quum reliquæ corporis partes non collabantur, ſoli hi amantibus concidunt. Pulſus, quali eorum, qui cura conficiantur, qui verò id quod amatur, in mentem ipſis venerit, vel auditu, vel viſu, & præſertim ſi repente, tunc pulſum animo conturbato contingit immutari, neq́ue naturalem æqualitatem, neq́ue ordinem retinet. Carichles, apud Heliodorum, Charichiam amantem cognouit ex tumentibus oculis, eorum varia iactatione, vultus pallore, mentis inquietitudine, & rerum loquutione, quæ in buccam venerit.

Intuitus ſuſpirans, & illacbrimans, frequentans in te uiſum, & qui eum reſpicis, terretur, & erubeſcit.

Quum videris hominem frequentantem in te uiſum, & quum reſpicis eum, terretur, & ex hoc erubeſcit, & maximè ſi nimirus ſuſpirat, & lachrymæ apparent in oculis eius, hic diligit, & timet te, ſi verò contrarium fecerit, erit inuidus, & contemnit te. Ariſtoteles ad Alexandrum.

Suſpirantes cum capitis agitatione.

Si quis ſuſpirat ſimul cum capitis agitatione patratarum, vel dictarum rerum memor pænitentia præmitur. Pol. Adam. Sed prior non dictarum, ſed viſarum dicit.

Suſpirantes cum capitis agitatione.

Si autem id fiat oculis reſpicientibus, patrata vel dicta mala, magis conſilio vitare ſatagit, quàm pæniteat. Pol. Adam.

Oſcedo.

Legitur apud Gellium, cum quidam in iure ſtaret, & clarè nimis & ſonanter oſcitanit, tanquam illud iudicium vagi animi foret, & hallucinantis, & fluxæ & apertæ ſecuritaris, & cum deieraſſet inuitiſsimum ſeſe & repugnantem oſcitatione vinctum teneri eo vitio, quod oſcedo appellatur, notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.

DE RISV. Cap. XVII.

NOS hic dereliquit Græcorum doctrina, & ne vacuus locus relinqueretur, quæ à Latinis & noſtris experientijs emendauimus, huc afferendum duximus. Poſſumus etiam non aliud melius, quam è riſu animi ſapientiam, vel ineptiam dijudicare. Hippocrates libro de hominis ſtructura ait, eſſe viros, qui ſemper rideant, & qui triſtentur, & huius rei cauſam ex elementis eſſe, qui autem puri ſanguinis ſunt, vſquequaque rident, & aſpectu & corpore floridi, nec non perſpicui coloris. Homerus ex caloris copia profluere, iudicare videtur, vbi γέλωτα ἄσβεστον, ideſt inextinguibilem riſum dicit & Grãmatici γέλως deduci tradunt ab εἵλη, ſiue ἕλη, ideſt calore. Phyſici dicunt, quod credidit enim Luctanrius, letitiæ effectum eſſe in ſplene, intemperantiãq́; videndi ex lienis magnitudine conſtare, vnde homini ex nimio, liberaliorîq́; cachinno doleant inteſtina, cogaturq́; impoſitis ad ſiniſtrum latum manibus coercere exultantem dolorem. Alexander Aphrodiſeus lien non propriè, ac per ſe, ſed ex accidenti riſus cauſa cenſendus eſt, quandiu enim eſt ſanus, omnium fæculentum & melancholicum ſuccum ex iecinore trahit, atque ita dum ſanguis purus, & defæcatus totum corpus, cerebrumq́; pertradit, naturam ſimul & animam, & non aliter quàm vinum oblectat, & exhilarat, vnde riſus excitetur. Me, inquit, Cæſar apud Tullium, non pudet neſcire, quo pacto riſus concitetur, vbi ſit, quomodo exiſtat, atq; in repente erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus, quæ ue ipſi quidem illi ſciunt, qui ſe ſcire pollicentur. Ad hoc facit illud Perſianum.

,, *petulanti ſplene cachinno*

Sed

Sed hæc videat Democritus. Sunt qui dicant riſum effectum eſſe ex calido humidoq.

Multus riſus.

Prouerbio iactari ſolet, riſus abundat in ore ſtultorum, & Catullus ad Egnatium ait.

,, *riſu inepto res ineptior nulla eſt*

Idem apud Plutarchum admonitum eſt, & Iſocratem riſum incontinentem eſſe dementis indicium: qui ridet cum cachinno inſipientiam & intellectus carentiam oſtendit. Ob id Seneca, ſit riſus citra cachinnum, eſt enim cachinnabilis riſus ſolutus & ſpatioſus, qualis interdum latiſſime effunditur. Democritus ſemper in vita riſit: riſebaturq; in Gymnaſijs olim Athenis effigies Democriti labris apertis. Michael Scotus ait, homines viſibiles eſſe ſimplices, vanos, inſtabiles, cito credentes, non ſecretos, & craſſæ Mineruæ. Inſipiens riſus dementis eſt, ab inſipientis Aiacis dicta paræmia. Αἴαντος γέλως, ideſt riſus Aiacis, & de hominibus inſipienter ridentibus dicitur. Aiax.n. furore vexatus ob Vlixem in armorum iudicium ſibi antepoſitum, inſectabatur armenta, credens eſſe Græcos, & duos maximos arietes flagellado cædebat, clamans ſe occidere Agamemnonem & Menelaum. Democritus à riſus petulantia cognomento gelaſinus eſt inſignis. D. Gregorius Nazianzenus Athenis adhuc agens cum Iuliano admodum adoleſcẽte, nec dum ad imperium euecto, ſed ludi magiſtro operam dante, congreſſus, qualis aliquando futurus eſſet, amicis ſuis ante ſignificauit, ſubdolum videlicet & impium, & iniquum, & ad omne genus vitiorum procliuem eum fore prædicans, coniecturam huius rei faciens ex perturbatis oris lineamentis, & riſu petulante, & ferino aſpectu, & toto corpore vago, temereq; ſubſultante, & progreſſibus vecordia plenis &c.

Altus riſus.

Qui ridet alta voce, inuerecundus eſt, Rhaſes. Ab eo Conciliator. C. Cæſar vt Suetonius refert, indecenti fuit riſu.

Riſus cum tuſſi.

Qui cum tuſſi & reſpirandi difficultate ridet, inuerecundus eſt & tyrannus. Rhaſes, eadem Cõciliator. Qui ridens tuſſim excitat, aut caput contorquet, hominem ſignificat varium, inuidum, cito credentem, ad vtrunque conuertibilem.

Quando cum riſu bucca diſtorquetur cum irriſione.

Cuius bucca ridendo diſtorquetur, cum alterius deriſione, hominem notat arrogantem, falſum, tenacem, iracundum, mendacem, & proditorem. Scotus.

Riſibilis bucca.

Labia blanda parumper ridentia, ſi lætis vultibus contingant, libidinoſos arguunt. Albertus. Apud me autem riſibilis bucca ſemper malum animum oſtendit, mendacem, peruerſa cogitãtem, ſimulatorem, & malitioſum: vt ei minime ſit fidendum. Riſum in oculis & ore ſummè malum deprehendi. Claudianus ad id.

,, *& blando fraudem prætexere riſu.*

Hic riſus fœminarum eſt. Apuleius Venerem dulciter ſubridentem depinxit Hinc præceptum illud erotican.

Sint modici riſus, paruæq; vtrinque lacunæ.

Paucus riſus.

Qui parcè, aut durè rident, his contrarij ſunt. Ariſtoteles ad Alexandrum de baiuli electione, ait. Ne ſit verboſus, nec multi riſus. Rhaſes. Qui non multum ridet, hic benignus eſt, omnibus cõueniens, & in rebus ſollicitus. Conciliator ab eo. Qui ſufficienter ridet, benignus eſt, amicabilis naturæ & ſollicitus, idq; apparenti decentiæ refert. Scotus: Stabiles, ſagaces, rari intellectus, faciles & laborioſi, pauci ſunt riſus. Temperantia omnibus placet hominibus: profunda enim perſcrutatio, & cogitatio riſum non admittit. Iſocrates riſum incontinentem dementis indicium dixit; ſcribiturq; ab eo Platonem tanta in moribus verecundia, & in vultu modeſtia fuiſſe, vt ne ſemel quidem effuſe riſiſſe conſpectus ſit. Anaxagoras Clazomenius nunquam riſiſſe fertur immò ne

riſus quidem veſtigium omnino protuliſſe. Heraclitus, quæ ſunt in hominum vita, fletu proſequebatur omnia. Philippus Iunior tam ſeueri animi fuit, vt nullo vtique commento, nulliſq; rationibus ad riſum ſollicitari potuerit; quod eſt maximum ſeueritatis exemplum; qui etiam cum patrē ludis ſecularibus cachinantem, auerſo eum vultu notauit, vt Eutropius in Romana hiſtoria ſcripſit. M. Craſſus ob ſeueriorem frontem, & mores auſteriores ſemel in vita riſiſſe dicitur, ob id dictum ἀγέλαστος, ex Lucilio. Pauci riſus eſt Horatius de Marijs, Tigrinus Romanus, vir ſagacitate, claritate intellectus, doctrina & morum præſtantia tota vrbe inſignis.

DE VOCE. Cap. XVIII.

DIXIMVS de anhelitu; nunc de voce. Hippocrate libro de ſtructura hominis, vocem à ſpiritu procedere ait, & articulatæ vocis tres eſſe ſpecies, grauem, acutam, & mediam. Ex vocis ſono mores, facile conijcere poſſumus, ſiquidem, vt Polemon, & Adamantius inquiunt, quicunq; alieni animalium ſimilem vocem ediderint, ad illius naturam eorū mores referendi ſunt: nam cernere eſt quoſdam ſuillæ voci, ſimiarum, aſinorum, equorum, pecudum, aliorumq; animaliū generi ſimile quiddam ſonare. Quod ab eo etiam Albertus refert. Ad ſummum, in voce mediocritas conſideranda eſt; nam ſemper bona, exceſſus verò ſemper malus. Diogenes ſemper ſe mirari dicebat, cur, cum ollam quidem & operculum non ſine tactu & tinnitu emamus, ſolo in homine emendo aſpectu contenti ſimus. Plinius. Vox in homine magnam habet vultus partem, agnoſcimuſque eam potius, quàm cernamus, non aliter, quàm oculis, totidemque ſunt eæ, quot in rerum natura mortales, vt ſua cuique ſit facies.

Grauis vox.

Cum plures ſint vocum differentiæ nos à primis elementis earum incipiemus, videlicet graui, & acuto: nam intendendo voces in acutum abeunt, relaxando in grauitatem. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Grauis vox fortes demonſtrat, animalia quidem fortia grauem vocem habent, vt leo, taurus, canis moloſſus, & gallus, qui grauiter vociferant: nam & fortia, & grauis vocis ſunt. Lucanus de graui leonis voce:

,, *& vaſto graue murmur hiatu*
Infremuit.

Ariſtoteles libro moralium Nicomachicorum ait, magnanimo vocem eſſe grauem, locutionem ſtabilem, & grauis motus. Sed animalium libro tauri vocem acutiorem eſſe, quàm vaccæ dixit; ſed illa comparatione aliorum animalium grauem nos dicere non vaccæ, cui opinioni fortaſſe occurrens, ſtatim poſt iam dicta ſubdit: Verùm præſtiterit fortaſſis, nam ex acumine & grauitate vocis timidum animal aut forte iudicare, ſed validam vocem fortitudinis, remiſſam verò, & infirmam timiditatis ſignum eſſe. Sed quod in mucronem faſtigiatum eſt, momento penetrat, quod verò retuſius, cum mora & ſegniter: ſic acuta vox auditū fodicat grauis obtundit, euenit vtrunq; celeris & grauis motus ratione. Apuleius in Floridis, taurorum grauem mugitum dixit, leonis indignati fremores. Viri robuſti qui ſpiritu valent, multum aeris incitare queunt; quod cum multum ſit, tarde mouetur, vocemq; efficit grauiorem. Grauis vox viri eſt, & viri βαρύφωνοι Græcis dicuntur; vt acutam mulierum dicimus vocem. Galenus grauem vocem faucium latitudinem ſequi dixit; latitudinem verò caliditatem, calidi enim eſt relaxare: cannæ pulmonis relaxatio grauitatem vocis producit: & qui calidi complexione ſunt, fortes ſunt. Aphrodiſeus in ſuis Problematis ait grauem vocem ex caliditate prouenire: nam canalis reſpirationis, quæ aſpera arteria nominata eſt, pro ſua laxitate vocem extringit grauiorem: nam meatus diducere, & amplificare vnius caloris intereſt. Sed Ariſtoteles in Problematis ait, grauem vocem oriri, cum aer tardè incitatur. Vitruuius ait, ad extremos Septentriones ſub cæli cardine grauiores voces incolas obtinere, ſpiritibus vocum humore oppletis.

Grauis & intenſa vox.

Vox grauis & intenſa fortem notat, ex Ariſtotele in Phyſiognomonicis. Polemon & Adamantius in figura Fortis viri, tribuunt ei vocem ſæuam, intenſam, & magnam. Ariſtoteles in Problematis ait, natura calidos magnam vocem emittere ſolere, quod multum in his aerem, feruidūq; ineſſe neceſſe ſit; vis enim caloris facile ad ſe, & ſpiritum trahit, & aerem, eoq; amplius id agit,

quo amplior eſt. Vox enim magna tunc oritur, cum aeris multum agitatur. Galenus: Magnitudo & paruitas vocis non ex caliditate ſemper fit, neque præcipue, ſed per accidens. Nam libro de Technis, magnæ vocis cauſam amplitudinem arteriæ eſſe ait. Diomedes Græcus, vt ex hiſtoria Daretis Phrygij habetur, fuit clamoſus, ideſt magnæ vocis, & fuit in bello acerrimus pugnator, impatiens, audax, & crebro calidus. Ioannes Cantacuzenus Cæſar voce magna fuit, forti animo, bellicoſus, ſed ob audaciam & arrogantiam ſemper aduerſo Marte pugnabat. Ex Nicetæ hiſtorijs.

Grauis, & magna vox.

Qui vocem habent grauem & magnam, conuiciatores ſunt, & referuntur ad aſinos. Ego non conuiciatores iudicarem: ſed potius aptiores ad ferendum iniurias, quàm alteri inferre. Græcis ὑβρισταὶ dicuntur, vel ſine diſcretione, quod non magis vni, quàm alteri iniurias afferant, & impetant, & obuijs in via cedere neſciant. Grauiſſima & abſona voce rudit aſinus. De eius voce ita fabulantur Græci. Iuppiter gigantibus bello indicto, ad eos oppugnandos omnes Deos conuocauit, veniſſe Liberum, Silenos, Satyroſque aſinis vectos, qui cum non longè ab hoſtibus abeſſent, dicuntur pertimuiſſe aſellos, & ita per ſe quemque magnum clamorem edidiſſe, vt gigantes in fugam ſe coniecerint: & ob hanc cauſam decretum, vt inter ſydera collocaretur. Herodotus: Rudentes aſini perturbant Scytharum equos. Cum enim Scythæ Perſas adorirentur, eorum equi, audita aſini voce, conſternabantur. Onocrotalus auis eſt, dicta à ſoni abſurditate, aſini vocem referens, turpis, rudens, & imperita. Abſonus in cantu & voce fuit Selimus Solimani filius, diſciplinarum ignarus, mulieroſus, qui inter vina, & catamitos, & ſcortorum cohortes expirauit.

Grauis magna, & perplexa vox.

Quicunque grauem valdè, magnam & perplexam vocem edunt, referuntur ad fortes canes, & ad decentiam, ſed textus mutilus eſt, & deficit ſignificatum. Addit Sueſſanus: ſunt & iracundi: quod in græco textu vacat. Aliquis putat corruptum textum, quem ex Polemone, & Adamantio corrigere conatur, & putat conuenire cum eo, quod Polemon, & Adamantius dicunt de voce graui, caua & minime flexuoſa. His generoſi mores ſunt, & magna ſapientia & iuſtitia ipſos ornat. Sed male putat: cum hæc potius ad leonem referantur, quàm ad canes, vt facit Ariſtoteles; cum canes neque generoſis moribus ornatos, neque magnanimos ac iuſtos dicat aliquis, vt videbimus inferius, nam qui canibus ſimilem edunt vocem, canini ingenij homines extimabuntur.

Grauis & mollis vox

Quorum vox remiſſa, & mollis eſt, mites ſunt, ſicut oues. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis: & ab eo Polemon & Adamantius. Quicunq; autem molliter, & grauiter loquuntur, hos probis moribus decoratos dicito. Sed Adamantius mites dicit. In figura Manſueti, Polemon ait: vox grauis, & mollis. Adamantius, Inæqualis & mollis. Conciliator: Vox mollis, & ſine tenſione. Hi manſueti ſunt, ad oues relati.

Vox grauis, & ſonora.

Optima vocis conſtitutio erit vox grauis & ſonora. Ariſtoteles ad Alexandrum: Vox groſſa (ideſt grauis) & ſonora, eſt bellicoſa, & eloquens etiam: nam groſſa, fortitudinem: ſonora, eloquentiam facit. Conciliator ab eo: Vox craſſa, alta, ſonora & audax, bellicoſa eſt & eloquens.

Grauis in principio vox, in fine acuta.

Quibus verò vox primum grauis, & in fine acuta, queruli ſunt, & indignabundi, quod idem in bobus ſimiliter ſe habeat. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Ab eo Polemon & Adamantius: Quicunque à graui incipiunt loquela, & in acutum definunt, iracundi ſunt, & triſtes. Albertus multi affectus, & lugubris animi dicit Ptolemæus in ſuis Harmonicis: Mugitus in grauitatem tendunt, vlulatus in acutum.

Grauis vox concaua & flebilis.

Quibus vox concaua, & flexu facilis, & grauis eſt, generoſis moribus, magnanimitate, & iuſtitia decorantur. Sed in Polemonis textu deficit vox illa, grauis, vt videatur temporis iniuria exci-

diſſe, cum illa maximè ex grauitate vocis prouenire videantur; quod in Adamantio remãſit. Ego ad leonis vocem referrem. Nos κοῖλον, concaua, traduximus, cùm Græci κυλλοφωνίαν, id vitium pronũciationis nominent, cùm vox veluti ex cauo ſpecu, & receſſu oris reſonat. Conciliator: Vox tanquam è concauo pectoris grauis & flexibilis, viriles, dociles, & magnanimos notat. Albertus ſatis inepte acutam & mollem, cũ graui, & concaua confundit. De leonis iuſtitia plura leguntur apud auctores in vlciſcendo iniurias, & quam diligenter percuſſorem obſeruent. Auicenna ait: ſi quis lapidem, aut telum in leonem coniecerit, & aberrauerit, vt, vel nil lædat, leonem irruere in illum ſolere, non tamen interficere, & minari tantundem incommodi relaturum, quantum ipſe acceperit. Refertque cum miles quidam ſagittam in leonem conieciſſet, aberrauit, ſagitta prope caput illius traiecta, quod animaduertens leo, ſubſtitit, & accurrens, militis caput galea compreſſit, læſitque, ſed non vulnerauit, neque occidit eum. Mos enim eſt leonis, vt tantundem ferè lædat, quantum læſus eſt ipſe.

Acuta vox.

Acuta vox timiditatis indicium: timida nanque animalia acutæ vocis ſunt, vt ceruus & lepus: ex Ariſtotele in Phyſiognomonicis. Aphrodiſeus loco iam dicto: Acutæ vocis ſonus eſt arteriæ, quæ propter humoris copiam ſe dilatare nequit. Vt enim anguſta tibia ſonum edit acutum, ita aſpera arteria præ ſui anguſtia extringit vocem acutiorem. Ariſtoteles in Problematis acutam vocem ex ſpirituum imbecillitate euenire dixit; ob id pueri expertes ſeminis, mulieres, decrepiti, & ſpadones vocem emittunt acutam. Vox enim acuta tenuis eſt, tenuis ex paruo aeris motu efficitur, robuſti verò viri, quoniam ſpiritu valent, multum aeris incitare queunt, quod cũ multum ſit, lente mouetur, vocemque efficit grauiorem: motu enim veloci, extenui vox gracilis efficitur. Alibi enim rationem affert propter membri imbecillitatem, quò mouet aerem: mouet enim exiguum aerem, quod imbecille eſt, vel propter meatum, quo vox permeare poteſt, qui puſillus eſt in iam dictis: itaque exiguum proficiſci ab eo poteſt, quod aerem moueat: exiguum verò cum ſit, velociter per amplas ſuperiores fauces fertur, cum viris ætate uigentibus hic amplior habeatur. Præterea animalia cũcta validiora acutam emittunt vocem, homo autem cùm inualidior eſt, tunc vocem acutam reddit. Ratio eſt quod homo inualidus exiguum aerem mouet: exiguus aer velociter permeat, velocitas ſonum reddit acutiorem. Galenus anguſtiam faucium acutam vocẽ ſequi dixit, quæ anguſtia ex innata efficitur frigiditate. Hæc autem antiquitatis, & literarum parens Homerus his verſibus demonſtrauit:

Huic autem grauiter gementi aſtitit mater venerabilis.
Acute verò lamentabunda caput ſui apprehendit filij.

Et alibi ſenes cicadis comparauit, quæ ſunt planè ὀξύφωνα. Plutarchus ex ſpiritus tenuitate prouenire dixit. Platonici ex ſuperflui humoris abundantia effici: qui ipſe etiam arteriam, per quam vocis ſonus aſcendit efficiens craſſiorem, anguſtat vocis meatum: ideo fœminis, & eunuchis acuta vox eſt, viris autem grauis, in quibus tranſitum habeat liberum, & ex integro patentem meatum. Naſci autem ex pari frigore in eunuchis & fœminis parem penè importuni humoris abundantiam, etiam hinc liquet, quod vtrumq; corpus ſæpe pingueſcit. Vitruuius in Meridianis finibus tradit audiri prætenuiores & acutiſſimas voces, vt paraneatarum acutiſſimarum ſonitu voces perficiunt tenuitatem. Id enim experimento animaduertere licet. Calices duo in fornace æquè cocti, æquoq; pondere, ad crepitumq; vno ſonitu ſumuntur, ex his vnus in aquam demittatur, poſtea ex aqua eximatur, tunc vtriq; tangantur, cum enim ita factum fuerit, largiter inter eos ſonitus diſcrepabit, æquumq; pondere non poterunt eſſe. Ita & hominum corpora alia propter regionum ardorem, acutum ſpiritum aeris exprimunt, alia propter humoris abundantiam grauiſſimas efficiunt ſonorum qualitates. Septentrionalium, inquit Albertus, & fœminarum vox euadit acutior, quàm Meridionalium, ob pulmonis mollitiem, & arteriæ, quæ arctior item intelligitur. Molliorem vocem facit organorũ humectatio, debiliorem pulmonis imbecillitas ac reſolutio. Aegrotantium acuitur vox, quod ſiccitas arctet meatus, vel etiam ex intemperanti frigiditate, aut forſan ex opprimente humectatione. Immo ex fortitudine aliquando acuitur & intercipitur vox. Proinde Menelaum laudare volens Homerus, vt minime in bello formidoloſum βοὴν ἀγαθὸν appellat, vt qui vocem nullo minueret terrore. Polemon & Adamantius Inuerecundo tribuunt vocem acutam in eius ſchemate. Fuit etiam Phauorino inſigni philoſopho vox acuta & tenuis, & nuda barbitio facies, vel magno natu, etiam ſenio vltimo appetente, & effœminatæ & degenerantis naturæ fuit, & libidinis præferuidæ, vt cum foret eunuchus, adulteraſſe conſularis viri vxorem creditus ſit.

Acuta

Acuta & remiſſa vox.

Acuta & remiſſa vox timidi eſt animi, at diſtenta, fortis, vt ſcriptum reliquit Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Polemon & Adam. in idea Timidi tribuunt ei acutam & mollem vocem, ideſt remiſſam. A contrario ſigno,

Acuta & intenſa vox.

Acuta & intenſa vox, indignantis & iracundi eſt, indignans enim, & iratus intendere conſueuerunt vocem, & acute loqui. Ex Ariſtotele in Phyſiognomonicis. Quod videtur eo quod prius diximus, contrariari: acuta enim vox imbecillitatis ſignum diximus, ſed iracundi, & indignabundi valida videntur complexione conſtitui. Sed hanc dubitationem remouet Ariſtoteles in Problematis, loquens de acuta voce. Inquit enim: Mittere acutam vocem non eſt idem, quod acutè cantare; ſed acutam vocem mittunt omnia, quæ natura ſunt imbecilla, eò ſcilicet, quod aeris nõ multum ciere poſſunt, vnde hectici, & qui conſumpto corporis habitu emarcuerint, acutam proferunt vocem, atqui verò acutum, niſi viribus valeant, cantare non poſſunt. Cuius indiciũ, quod velociter fieri ſolet, quod vehementer fertur; ita bonarum virium eſt, quod acutum eſt.

Acuta uox cum languore.

Cum clangore ſonus acutus, vt auitij generis, ſtultos, vanos, & ſublimia cogitantes oſtendit, inquiunt Polemon & Adamantius. Sed Apuleius in Floridis auium vocat clangores inſtigatos. Conciliator: Qui in vocem prorumpunt auicularem, Venerei ſunt, & inanes. Ab eodem Albertus.

Acuta mollis & rupta uox.

Quicunq; vocibus acutis, mollibus & ruptis loquuntur, cinædi ſunt, ad mulieres & ad apparentem decentiam referendi. Ariſt. Acutè molliter, & flexibiliter loqui, ſignum eſt cinædi centendũ: Pol. Sed Adam. εὐκαμπτις habet, quod corrigendum eſt ex Polemone, qui εὐκαμπὴς: nam flexibilis, & rupta vox fæminarum eſt. Præterea ijdem in figura cinædi, vocem tribuunt ei acutam, gracilem, & valdè fractam. Conciliator: Mollis, cita, & diſrupta vox timidum & effæminatum oſtendit.

Acuta & clamoſa uox.

Vox acuta, & clamoſa, ſtupidi eſt, propter ſimilem caprarum vocem. Ariſt. in Phyſiogn. Sed ego eos tẽtari morbo comitiali conijcerem. Plutarchus capram morbo comitiali tẽtari præter cætera animalia refert; proptereaq; veteres ſacerdotes ea vehementer, vt morbida abſtinuiſſe. Cuius cauſam affert, meatum anguſtiam, quibus obſeptis, ſæpiſſimè includuntur ſpiritus, quod arguit vocis tenuitas, nam qui eo affectionis genere tentantur, ſimilem capellæ vocem edunt. Galenus apoplexia eos lædi putat.

Aſpera uox.

Aſperæ vocis viros luxurioſos iudicarem, & ad hircos referrem, qui luxurioſi, & aſperæ vocis ſunt. Vox ceruis maribus cum tempus coeundi eſt, rauceſcere tunc ficticia voce dicitur, ex Ariſtotele; cum libidinantur mares, fæminas ad coitum vocant, ſiue elato capite gutture pleno, ſiue ad terram demiſſo. Rauceſcentes tunc ololygones vocantur. Ολολυγὸν apud Ariſtotelem proprie dicitur de voce ranarum marium, libidinis tempore. Et ferè animalia omnia rauceſcunt coitus tẽpore. Aphrodiſeus reddit rationem aſperitatis vocis, atque adoleſcentulos circa ætatis annum quartumdecimum vocem reddere aſperiorem incipere, quod τραγίζειν Græci dicunt, à uocis hircinæ aſperitate, quùm tunc temporis in vniuerſo corpore fiat mutatio, etiam ſpiritualis membri, nam cum aſpera arteria dilatatur, accidit, vt partim plus, partim minus incrementi proueniat, eiuſq; pars interior inæquabili ſtructura ad guttur vſq; aſcendat: igitur ſpiritus, cum per eas partes emanat, quaſi per itineris inæqualitatem, impingat, vocem etiam inæqualem, raucã, & aſperam facit: quod etiam ijs accidit, quorum arteria deſtillatione infeſtante affecta per ductionem eſt. delapſo nanq; humore, leuis interior membrana facta inæqualis, exitum etiam ſpiritui præſtat inæqualem. Talis hircorum aſpera arteria eſt, ſic gruum, cæterarumq; auium, quæ raucè vociferantur. Galenus: Aſperitas fit ex inæqualitate in duro corpore, arteria dura fit ſiccitate partium; inæqualitas fit ex diſperſæ humiditatis defectu in eo. Leonicus ad hæc, tam fæminis, quàm maribus, qui genitale incipiunt emittere, vocis mutatur ſonus, An quia ſanguineæ naturæ omne eſt ſemen, illius autem & venarum omnium initium planè cor; quùm igitur viſcus hoc in ſu-

pernis animantium partibus ſit collocatum, in ijs profecto primum excrementitij huius mutationem manifeſta ſui indicia facere vereſimile eſt, quamobrem vocis etiam vitia, quæ inde fluunt, principio mutato, mutari ſanè neceſſe eſt. Leo Conſtantinopolitanus Imperator, magna, aſpera, & abſona voce fuit, & quum optimus muſicus videri vellet, in concinendis pſalmis laudes ipſe incipiebat; aſperis moribus, obſonis, impijs, bellator, & omnibus vitijs fædus. Vt ex Zonaræ, & eius compilatoris Curopalatæ hiſtorijs videri poteſt.

Clara vox.

Claram vocem ex ſiccitate pulmonis, vel complexionis prouenire, dixit Auerroes in ſuis Colliget. Calida & ſicca complexio agreſtes facit hominum mores. Aiax Telamonius clara fuit voce, & in hoſtes atrox, vt ex Darete habetur.

Blanda vox.

In figura Iucundi blandam vocem ei concedunt Polemon & Adamantius. Priamus ſuaui voce fuit, & ob id iucundus, prudens, & motibus ornatus. Clara & ſonora voce fuit Cazimirus Polonorum Rex, qui & comes, & benignus, humanus, clemens, & facilis fuit. Ex Cromero.

Dulcis vox.

Qui habet dulcem vocem, eſt inuidus & ſuſpicioſus, vt inquit Ariſtoteles ad Alexandrum. Lucianus Pſeudomantis omnium peſſimi vocem deſcribens, dicit. Vox dulciſsima pariter, & clariſſima.

Submiſſa vox.

In figura ſimulatoris tribuunt ei ſubmiſſam vocem Polemon & Adamantius.

Debilis & flebilis vox.

Debilis & flebilis vox lucricupidum, triſtem, nulliſq; non in rebus ſuſpicionibus obnoxium manifeſtat. Ex Polemone, & Adamantio. Conciliator ab eis. Debilis & lugubris vox, aſperum & ſuſpicioſum oſtendit. Eadem Albertus.

Gracilis vox.

Gracili fuit voce Ariſtoteles, vt Laertius refert, ex authoritate Timothei Athenienſis in libro De vitijs. Sic etiam Plato. Plutarchus non ſolum ad gracilitatem paululum acceſsiſſe, ſed ſuauis & dulcis ſoni vocem habuiſſe ſcribit, pacati, & modeſti animi ſignum, & optimorum morum. Erat & Nino Semiramidis filio vox gracilis, vt etiam matri, & lineamentorum æqualitas, ſtatura, & ſigna formæ: ob id à ſcriptoribus virago dicta: ob præclara eius in imperio facinora etiam inuidiā ſuperaſſe ſcriptum eſt.

Tremula vox.

Vox tremula trepidantes & metuentes oſtendit. Ariſtoteles in Problematis affert rationem, Cur vox hominum tam trepidantium, quàm metuentium obtremiſcere ſoleat, quia trepidantibus & metuentibus calor à corde diſcedit, ſic migrante calore, cor cōquatitur, ictus nequaquam effici vnus poteſt, ſed plures proficiſcantur neceſſe eſt, vt è fidibus laxius intentis.

DE LOQVELA. Cap. XIX.

FACILE enim ex loquela animi mores deteguntur. Immo Socrates potentiſsima ſigna ex loquela capiebat, ob id cum decorum adoleſcentem, & diutule tacentem conſpicatus foret, vt te videam, inquit, aliquid eloquere. etenim arbitrabatur homines non oculorum, ſed mentis acie, & animi obtutu conſiderādos.

Stabilis loquela.

Nicomachiorum moralium quarto Ariſtoteles viro magnanimo ſtabilem loquelam, grauem

vocem

vocem, & tardum motum adſcribit; quippe cum magnanimus circa magna verſetur, & raro magna exiſtimet, talis cum vox deceat,

Contenta, & vehemens loquutio,

Sic contra, idem in eodem loco puſillanimo, cum circa parua verſetur omnia magna exiſtimet, & feſtinabundus ſit, & contentam & vehementem locutionem adſcribit, acuta autem vox & celeris ex his efficitur.

Velox loquela,

Velox in verbis, & præcipue ſi fuerit gracilis vocis, improbus, ſtolidus, importunus. & mendax erit; Ariſtoteles ad Alexandrum. Velocis loquelæ, conſilij expertes, & dementes ſunt; Polemon & Adamantius, ſed Polemonis corrigendus eſt textus: nam pro [illegible], ideſt dementes, habet [illegible], ideſt, impios, quod experientiæ refragatur. Rhaſes: Cuius loquela velox, feſtinus eſt, & parui intellectus. Conciliator habet, quæ Ariſtoteles: addit inſuper ex ſe: Iraſcibilis & prauorũ morum. Bias Philoſophus dicere ſolebat: Noli cito loqui, nam eſt inſaniæ iudicium, illi enim colerici & adulti ſunt, ſic prauæ imaginatiuæ, non conſiderant periculũ ex feſtinatione, ſic ruunt contra tela. Multos noui præcipites in verbis, eſſe præcipites in actionibus, inuerecundos, & fatuos. Aratus, vt Suidas citat, ranæ tribuit loquacitatem, quæ ſtoliditatis ſolet eſſe comes: minimum mentis oportet eſſe gyrinis, quos vix deprendas animal eſſe, niſi moueãntur. Plato in Theæteto. Nos illum tamquam Deum admirabamur ob ſapientiam: at ille nihilo magis antecellebat prudẽtia: quàm rana gyrina.

Remiſſa loquela.

Remiſſa loquela pacatum & mitem animum oſtendit, vt Ariſtoteles in Phyſiognomonicis, ad paſsionem referens: nam vt iratus intendit vocem, ſi animo remiſſus remittit vocem, & grauiter loquitur. Ex naturalibus cauſis etiam euenit. Remiſſa vox ex ſpirituum remiſsione, & paucitate prouenit, qui in frigida complexione conſiſtunt, quæ animo mites generat.

Tarda loquela.

In figura Verecundi, Ariſtoteles in Phyſiogn. Polemon & Adamantius tribuunt ei tardam loquelam. Hoc ſignum videtur mihi à contrario ſumptum: nam ſi feſtina præcipitem, & inuerecundum, tarda mitem, & verecundam facit.

Vehemens loquela.

In figura Amari duo poſteriores tribuunt ei loquelam vehementem.

Breuis loquela.

Breuis loquela deſides, & pauidos manifeſtat. Polemon.

Grauis, & debilis loquela.

Qui grauiter & debiliter loquuntur, ſtolidi, & iniurioſi, & guloſi cenſendi. Ex Polemone & Adamantio.

Acuta & ſquallida loquela.

Qui ſquallidè, & acutè loquuntur, varij hominis naturam habent. Ex iiſdem.

Acuta & debilis loquelam.

Acutè & debiliter loqui, timoris & inuidentiæ ſignum. Iidem. Sed Adamantius non timorem, ſed ſegnitiei dicit.

E naribus loquela.

Loquela, quæ è naribus effertur, mendaces, improbos, malignos, inuidos, & aliorum malis gaudentes indicat. Ex eiſdem eadem Scotus, Albertus, & Conciliator habent.

Sub-

Subflaccida loquela.

Qui ſubflaccide loquuntur, violenti, ſceleſti, & hominum oſores cenſendi ſunt. Adamantius addit, vehemens, & ſubflaccida. Conciliator ab eis: Vox vehementius ſtrepens, velut ſonus indecenter permiſſus, violentum, iniuſtum, & in corde odium gerentem denotat.

Difficilis loquela.

Difficulter loquentes, improbi, inſipientes maiori ex parte habendi ſunt. Ex eiſdem.

Placida & collecta loquela.

Qui placido & collecto ſermone loquuntur, quaſi fluxu & inundatione, moleſtia aliqua detinētur. Ex eiſdem.

Modeſta loquela.

Modeſtam loquelam Scotus ſupplantaneum, ideſt deceptorem hominem indicare dixit.

DE MAXILLIS, ET MENTO. Cap. XX.

POSTERIOR pars maxillæ mandibula eſt, Græcis σιαγόνες. Maxillæ pars prior mentum dicitur, Ariſtotele authore Animalium libro. Græcis γένειον.

Varij menti icones adducimus, vt quæ literis tradimus, oculis concipias.



Paruum mentum.

Paruum mentum virum in omnibus peſſimum, & inſidiatorem oſtendit. Polemon. Sed Adamātius addit, & dirum; ex ſerpentibus qui tales habent. Georgius Valla ſatis inepte pro mento, genas vertit. Albertus ab his. Paruum & breue mentum vitandum, quod immites, & inuidos arguat, ad ſerpentes relatos. Conciliator iracundos immites, & inuidos dicit.

Longum mentum.

Mentum quibuſcunq; protenſum, omnino reprobi, loquaciores pluſquam deceat, & dicaces; Polemon. Sed Adamantius non omnino reprobos, ſed præter modum loquaciores, & molliuſculos

dicit

dicit, vbi videntur illud, non, temporis iniuria ex Polemonis textu prolapſum, ac emendatis codicibus reſtituendũ, videnturq́; ad mulieres referendi, quæ non omnino malæ, ſed dicaces & molles ſunt: quùm quadratum mentum viros deceat. Polemon in figura dicacis, rectum mentum ei tribuit, & ipſe & Adamantius in figura fatui improbi longum mentum ei tribuunt. Albertus multas addit ineptias: nam iracundos, turbatos animo, & pios prolixius mentum denotare contendit, & paulo inferius, dolis aſſueram mentem notare. Eadem Conciliator ſequax.

Rotundum & depile mentum.

Si quis mentum raris pilis confertum, & rotunda figura habet, non virilem, ſed muliebrem dicito Polemon. Mentum deorſum rotundiori figura circumſeptum effæminatum & non virile dicito; Adamantius, ſed omittit depile, ex quo mendum in textum irrepſiſſe opinor, nam mentum verè effæminati glabrum eſt. Albertus eadem Pythagoræ accepta refert, & Conciliator. Apuleius hoc mentum lacunatum notat, quando rotundum mentum cum quadam fouea in medio erit.

Quadratum mentum.

Subquadratum mentum virile eſt. Adamantius, optimeq́; additum, à contrario ſigno; nam ſi rotundum fœminæ, quadratum viri eſt. Conciliator eadem ex Alberto.

Biſidum mentum.

Mentum in ſummo loco, tanquam in duos vertices diſſiluerit (modo ſciſſum ſit) apparens, doloſis moribus aſcribendum. Ex Polemone & Adamantio. Sed Albertus præſens ſignum cum inferiori confundit, & peruertit. Ait enim: Si diuiſione media nimis profunde depreſſum ſit mentum, Venereum & gratioſum virum oſtendere, qui tamen aliquando diſcordias excitet.

Leuiter ſciſſum mentum.

At ſi ſciſſio mediocris fuerit, venerei potius gratioſiq́; iudicabuntur. Adamantius. Sed Polemonis interpres omnia ſuo more peruertit. Conciliator eadem ſatis peruersè transfert.

In vera Socratis imagine os, inter mentum, & naſum profundum latitans, obtulimus.



Ad nares concauum mentum.

In figura Luxurioſi Polemon nobis teſtatum reliquit. Qui ſuperficiem illius loci, quæ mento & naſo interiacet concauam habuerint, luxurioſi ſunt. Vterque verò cauum os, veluti infoſſum, inuidentiæ ſceleroſitatis, & intemperantiæ nota, ſed prioris textus, vt ſæpiſſime accidit, corruptus eſt. Albertus ex Ariſtotele, vt ipſe refert. Cauum os, libidinoſorum eſt. Sed intelligendum eſt, os cauum eſſe partem illam, quæ inter naſum & mentum interiacet, cauam eſſe, qualem bonum Socratem habuiſſe fertur.

DE COLLO. Cap. XXI.

NVNC ad alterā corporis partem accedamus, quæ caput fulcit, ſcilicet collum. Ariſtoteles animalium libro collum vocat, quod inter pectus & faciem eſt, cuius prior guttur, inferior gula, pars poſterior extima ceruix appellata eſt. Græcis τράχηλος. Georgius Valla apud Adamantium ceruicem interpretatur.

Craßum collum.

Quicunq; craſſum collum habent, animabus fortes ſunt, & referuntur ad marem. Sed intelligit Ariſtoteles in ſuis *Phyſiognomonicis* per craſſum non pingue, ſed magnum, magnitudine oſſium & neruorum.

Craſſum & neruoſum collum.

Quibus collum craſſum & plenum; iracundi ſunt, & referuntur ad iracundos tauros. Sed Polemon & Adamantius non craſſum & plenum, vt Ariſtoteles, ſed craſsius & prolixius collum iracūdos, iactabundos, & contumaces ſignificare dixerunt. Albertus præſens figuram cum ſuperiori cōfundit, inquiens: Vaſta & cū quadam proceritate ceruix, animoſum indicat: Textus θυμοειδῆ habet, vel, animoſa, Taurus animo incitatus, eo impetu cornibus appetit, ea impotentis animi effrenatione fertur, nihil vt eum, neque bubulcus, neque metus vllus reprimere queat. Aelianus: Biſtones boues, ex Oppiano De venatione, horribili ſunt ceruice & pingui, ad faciendas cædes promoti, & cum impegerunt in hominem vel feram, in ſublime tollunt.

Collum pingue.

Qui verò habent collum groſſum, eſt ſtolidus, & comeſtor magnus: ſicut habet barbara translatio Ariſtotelici libri ad Alexandrum; ſed pro groſſo reponendum eſt pingue. Sues enim edaces & rudes ſunt, & tale collum poſsident. Ex quo Adamantius: Præpingue collum iracundos, rudes, indiſciplinabiles, & porcinos ſignificat. Polemon hoc non habet, temporum vetuſtate exeſum. Vterq; verò in figura Rudis, tribuūt ei breue & pingue collum. Albertus: Qui vaſtam nimium, ſiue largam ceruicem habent, iracundi & indociles: ſues enim talem habent. Nos vulgò ſuem vocare ſolemus hominem ſordidum, immodeſtum, & qui imprudentia, intemperantiaq; modum excedit.

Collum gracile.

Qui habent collum gracile, imbecilles ſunt, & referuntur ad fœminas. Signum hoc appoſuit Ariſtoteles in Phyſognomonicis à contrario: nam magnitudo fortitudinem denotabat. Ego ingenioſos ſignificare dicerem: nam ceruus, grus, & cætera animalia, quæ collum gracilem habent, ingenioſa ſunt. Polixena tenui fuit collo, & animi ſimplici; Ex Darete. Cicero gracili erat corpore, & infirmo, collo procero & tenui.

Collum gracile & longum.

Qui habet collum gracile, & longum, eſt ſonorus & ſtolidus, vt habetur ex Ariſtotele ad Alexādrum, hunc ad aues comparat, quæ garrulæ ſunt, & mobiles. Rhaſes vtrunq; coniunxit, gracile & longum collum, timidum, garrulum, & ſtolidum oſtendit, quod ex Alberto excepit, ſic & Conciliator. Suetonius C. Caligulam gracilitate maxima fuiſſe ceruicis, & cruris dixit, erat enim nimium pauidus, & vitioſus, & aduerſus barbaros, cùm trans Rhenum iter faceret, dicente quodam non mediocrem fore conſternationem, equum conſcendit, & moræ impatiens, aufugit.

Collum medium inter longum & carnoſum.

Mediam igitur Ariſt. deſcribens & optimam colli diſpoſitionem dixit. Quibus magnum, ſed nõ valdè carnoſum collum, magnanimi cenſentur, quod leones repræſentent,& in principio,vbi Collis formam deſcribit, ait leonem collum habere oblongum, craſſum, & moderatum, idest, inter longitudinem & craſsitiem medium. Vbi legitur παχὺν σύμμετρον, reponendum παχέως σύμμετρος, ne ſibi contrarius videatur, idem Ariſt. in Phyſiogn. In figura Fortis, meminit colli firmi, & non valdè carnoſi. Pol. & Adam. Collum craſsitie, & longitudine moderatum, compa&ius & robuſtum, fortes, dociles, & ad diſciplinas idoneos oſtendit. Galenus in Arte medicinali. Collum immediate à cerebro ex capite oritur, vnde gracile, & male compoſitum, peſsimum; ſicut craſſum,& bene compoſitum, ſignum eſt optimum ad omnia, cum bonitas ſuum principium ſequatur.Conciliator. Vaſta ceruix cum quadam prolixitate non valde carnoſa, fortem denotat, & animoſum. Hæc ceruix eſt, quam toroſam & compa&am dicimus. Virg.

,, *cui plurima ceruix.*

Tabella hæc breuis lupini colli & humani inſignita eſt, vt mutua collatione mores inueſtigentur.



Breue collum.

Qui habent collum valdè breue, eſt callidus, detra&or, aſtutus & doloſus: Ariſt. ad Alexandrum ſcribens. In Phyſiogn. vero: Quibus valdè breue collum, doloſi, & inſidiatores, vt lupi. Rhaſes: Collum breue habentes, callidi,& ingenioſi. Conciliator eadem. Albertus omnia confundens ſibimet contradicit. Collum valde breue deprehendit aſtutos, & doloſos, & paulo poſt: Collum groſſum, ſtolidum & edacem notat, ex Platone ſed ex Pol. potius. Solida ceruix, lõga, ſiue vaſta,& quæ difficulter fle&atur, rapaces oſtendit, & ad lupos referuntur. Tradit Aelianus lupi collum in eas breuitatis anguſtias compulſum, & vehementer compreſſum eſſe, vt contorqueri, retroq; verſari nequeat, & ſi retro velit aſpicere, totum corpus contorqueat neceſſe eſſe: carniuorus & admodum vorax. Accipitrum generi collum breuiſsimum, qui maximè ſunt rapaces: vt etiam ex Ariſtotele habetur. Hyænæ cum ſpina riget collum, continua vnitate fle&i nequit, niſi toto corpore circuma&o. Plinius & Solinus. Eſt enim vorax, inſidioſa ex genere luporum.

Collum neruis intenſum.

Quibus collum neruis intenditur, praui ſunt, at ſi adſint & cætera: fatui, ſenſuq; deficientis ſigna ſunt. Polem. & Adam. Ceruix neruis patentibus compoſita, ineptum & indocilem hominem teſtatur; & ſi concurrunt alia ſigna, inſaniam. Albertus ex his, & ex eo Conciliator eadem.

Vacuum & imbecille collum.

Inane collum, & imbecille, verſipellem virum, & malignæ aſtutiæ ſignificabit. Adamantius. Sed in Polemone locutio manca eſt, & deficit ſignum. Albertus ab his: ſoluta, quaſi decidens, & inualida ceruix, nocentes homines & inſidioſos notat.

Mutilum collum.

Quibus collum mutilum, audaces verbis, re timidi: Adamantius. Albertus breue collum cum temeritate audacem notat.

Collum durum.

Durum collum rudes oſtendit Albertus. Polem. & Adam. Dura ceruix indociles dicit, & vulgo ignaros, & duræ ceruicis rudes homines dicimus.

Collum molle.

Molle collum ignaros oſtendit. Pol.

Collum aſperum, & pingue.

Colli aſpera caro, & bonæ habitudinis, pauidos oſtendit: Idem.

Collum implexum circa magna vaſcula.

Qui magna vaſa circa collum complexa habent, & manifeſta, rudes ſunt. Adam. Vbi notandum quod Polemonis textus habet ἀφανῆ, & interpres ſine voce dixit. Adamantius ἐυφανῆ, ideſt bene apparentia. Sed verbum, rudes, deficit, ob id interpres lapſus eſt, idque ex Ariſtotele deſumpſerunt, qui in figura Inſenſitiui ait. Quæ iuxta collum & brachia carnoſa complexa, & colligata ſunt. Ee in figura Ingenioſi à contrario ſigno appoſuit: Quæ circa collum & humeros graciliora, ideſt non complexa.

Collum firmum, & immobile.

Collum firmum & immobile, ſecundum Polemonem, malos: ſecundum Adamantium, ignaros, pertinaces & rudes viros oſtendit. Alibi, propter amentiam immobilia colla facta ſunt, ait Adamantius. Sed Polemon imbecillia, ſi & alia ſigna accedant. Rigida tamquam defixa ceruix, indoctum, & inſolentem denotat, & aliquando id ſignum ſtultis conuenit. Si autem vis ſcire, quod magis ſit, aduerte an mobilis, an defixa, & rigida ſit magis: ſi mobilis, ſtultitiam; ſi defixa, indocilitatem & contumaciam oſtendit. Videbis autem quoſdam, qui ex ſtudio intendunt & roborant ceruicem; & paulo poſt ceruicem huc & illuc iactando, detegunt ſtultitiam. Fabius: Caput rigens, præ durum, feritatem quandam mentis oſtendit. Fera, inſidioſa, & voracia ſunt animalia firmi colli, & immobilis. Hyænæ collum flecti inquit, niſi circumactu totius corporis. Lupus contorqueri, retroque verſari nonquit, & ſi retro velit aſpicere, totum corporis truncum contorqueat neceſſe eſt. Leonibus & lupis collum eſſe perpetuo riget. Ariſtoteles: Tigribus natura breuiora creauit colla. Ambroſius: Sues etiam firmo collo ſunt, nec ſe torquere valent. Cazimirus Magnus, magna & dura fuit ceruice, vt ceruicoſus ſit dictus. Zonara.

Collum valde fractum.

Vtrinſq; textus fractus & mancus eſt Polem. & Adam. & obſcurus, conabimur tamen pro virili reſtituere valdè autem effractum collum habentis, laboribus & artificio ſimulantis immobile collum habere cinædos oſtendit, emendare ſe ipſos putant, eorum impudicitiam & impudentiã aſcendere. Idem in figura Effæminati ei collum fractum aſcriberent, & eſt contrarium prædicti ſigni; nam ſi durum collum, & firmum pertinaces & duros oſtendit, fractum, molliuſculos & effæminatos demonſtrare par eſt. Albertus hic ſatis importunè cum ceruice multa cinædi ſigna adducit. Quùm videris ceruicis fluxum, & labiorum quandam contractionem, vſui quodammodo ſimilem, & inordinatam oculorum conuerſionem, inconſtantiam in ſedendo, & ſtando, & vocem tremulam, cõſtanter affirma talem eſſe effæminatum. Fabius: Caput, vel ceruix humilis, humilitatem demonſtrat. Plutarchus narrat, quod Alcibiades quodammodo ceruicem frangebat.

Erectum collum.

Surſum erectum collum iniurioſi, inſipientis, & ſtulti ſignum eſt, niſi id ob mollitiem faciat. Albertus. Nimis erecta ceruix, non indocilem ſolum, ſed inſolentem,& contumacem, & qui monita non audiat, ex Polemone, & Adamantio. Fabius ſupinum quodam caput arrogantiam denotat. Philoſtratus dipingês Aiacem fere undis obrutum, ceruicem erigebat:vt in Hectorem & Troianos.

Collum inclinatum ante.

Collum incuruum ſtultum demonſtrat, poteſt quidem curioſum, parcum, peruerſum, mollem, & non ſemplicem, neque rectam animam habentem denotare. Pol.& Adam. Inclinata ceruix docilem monſtrat, inquit Albertus. Sed inclinatam Philoſophi vocant, quæ mollis, & non omnino inflexibilis fit. Idem dicit. Defixa ceruix ad pectoris partes ſolet oſtendere animum cogitationibus occupatum, aliquando parcos oſtendit, aliquando malignos, ob id attendendum ſi alia ſigna conueniant, certum eſt ſimplex nil ſignificare. A quo eadem Conciliator. Arcatus panda ceruice fuit Zeuſippus curua ceruice, vt in Athenis gymnaſijs, Pytaneiſq; olim viſebantur, ſicut Sidonius Apollinaris ad Fauſtum tradit.

Collum ad dextram inclinatum.

Collum ad dextram inclinans, prudentis & ſtudioſi eſt, ex Polemone & Adamantio. Plutarchus in vita Alexandri Macedonis ait. Referebat enim ceruicem paululum ad dextram inclinatam. Sed Ioannes Tzetzes aliter ceruicem inflexam Alexandri pingit: nam cæſium oculum vnum habuiſſe, alterum nigrum, erat & preſſi colli, & obtorti vt videretur cælum verſus intendere, talem enim Lyſippus æneum fecit, atque huius Alexander gaudebat magis, quàm Staſicratis. Declarat idem Epigramma.

Locuto autem ſimilis viſus eſt faber ærarius ad Iouem proſpiciens,
Terram ſub me pone, Iuppiter verò in olympum habe.

Collum ad ſiniſtram inclinatum.

Collum ad læuam inflexum adulteros & nullius pudicitiæ viros patefecit Pole. & Adam. à quo Albertus. Ceruix ad ſiniſtram declinans, ſtultos & cinædos oſtendit, idemque refert ex Ariſtotele ad Alexandrum: collum ad deſtram inclinatum cinædum oſtendere,& caninum? quod apud Ariſtotelem non reperitur in eo libro, ſed in Phyſiog. Qui ambulant ad dextram inclinati cinædi ſunt, & in cauſa eſt, vt Conciliator etiam erret.

Collum in neutram partem inclinatum.

Collum in neutram partem inclinatum, aut in quãlibet aliam, non boni, ſed laſſi animi ſignum oſtendit. Polem. Adam.

Collum ſanguineis venis refertum.

Quibus autem venæ, quæ circa collum & tempora amplæ ſunt, ij malæ iræ ſunt, & referentur ad paſsionem: quia iratis hæc accidunt. Ariſtot. in Phyſiog. vbi verò de colore loquuntur Pol. & Adam. aiunt venæ ceruicis & quæ circa tempora ſunt, quùm tumentes apparent, vt ſanguineum colorem repræſentent, internæ iræ feruorem teſtantur.

DE GVTTVRE. Cap. XXII.

DIXIMVS de toto collo, nunc de partibus eius: Guttur, vt ſuperius narratum eſt, prior eſt pars colli. Græcus φάρυξ.

Guttur aſperum.

Aſperum guttur mentis leuitatem, prolificationem, proteruitatem, & vel loquacitatem ſignificat, Adamantius, verò non habet prolificum, Albertus aſperum guttur animi leuitatem, oris loquacitatem notat, & hoc eſt auium: Eadem Conciliator.

In ſubſequenti tabella icon apparet Iulij Cæſaris Imperatoris.




Nodus gulæ prominens.

Si vero extra nodus gutturis prominebit, ſapientem hominem notat, ſed tamen linguæ non eſſe proteruum. Si vero nodus intus extiterit ſolidus ſub gutture, difficilem moleſtum, & bibacem hominem ſignificat. Hæc Polem. ſed Adam. aliter habet: ſi verò prominebit gulæ nodus, vanæ mẽtis quidem, ſed non audacis lingua, ſublimia meditantem, bibacem, querulum, moleſtum, cænipetam, & male ſuſpicantem. Albertus ſingularis nodus, veluti vertex extra apparens leuitatem notat, non tamen audacem, neque maleficum; ſed triſtem in ſe, & ad alium ſuſpicioſum. Eidem Conciliator, In Iulij Cæſaris ſtatuis, & numiſmatibus gutturis vertebræ nimium prominentes.

DE CLAVICVLIS. Cap. XXIII.

CLAVES; ſiue claiculæ, nonnullis iuguli dicuntur, quæ Græcis κλεῖδες, oſſa ſunt, quæ humeros pectori adiungunt, clauduntque, ob id claues dictæ, ne ab ordinario motu dimoueantur, aut ſuo loco diſsiliant, à ſummo pectori in imam gulam vertices exeunt, Collumq; à thorace diuidunt.

Socratis imaginem attulimus vt in marmoribus habetur in qua clauiculę non apparent, ſed pars obſtructa & plana.



Clauiculæ male ſolutæ.

Quibus verò, quæ circa claues ſunt, concluſa ſunt, inſenſibiles, difficulter enim ſolubilibus exiſtentibus his quæ circa clauem, impotentes ſunt recipere motum ſenſuum. Ex Ariſtotele in Phyſiogn. Obſtructe claues, aut ſenſus, aut actionis nim nullam oſtendunt; Polem. & Adam. & in figura ſtupidi, vel inſenſiui, ei claues dant complexas. Albertus ex his: Quum inferior pars circa gulam, quam iugulum appellant, ad humeros & pectus concluſa, complexaque exiſtit, tarditatem ſenſuum, & ſtoliditatem ſignificat, eiq; manus mechanicis ſtudijs minimè aptæ. Iccirco Zopyrus Phyſiognomon, qui ſe hominem mores, naturaſq; ex corpuris oculis, vultu, frõte pernoſcere profitebatur, ſtupidum eſſe Socratem, & bardum dixit, quod iugula concaua non haberet, & obſtructas eas partes, & obturatas dicebat: addidit etiã mulieroſum, vt Cicero libro De fato ſcribit.

Apertæ claues.

Apertæ claues fæminatum hominem oſtendunt Polem. & Adam. cum iugulum longe ab humeris ſeparatum fuerit, latum, extenſum; animi denotat imbecillitatem. Albertus & Conciliator.

Claues benè ſolutæ.

Quibus autem, quæ ſunt circa colli clauem benè ſolubilia ſunt, ſenſiles: nam ſolubilibus bene exiſtentibus his, quæ circa clauem, facilè motum ſenſuum recipiunt. Sed Ariſtoteles in Phyſiognom. per motum ſenſuum intelligit ſpirituum ſenſitiuorum, qui menti ſeruiũt, & ex his homines fiunt intelligentes. Et leonem deſcribens, ſolutas magis, quam compactas claues ei tribuit. Polem. & Adam. Menſuratæ autem clauium aperturæ hominem & prudẽtia & virilitate inſignem oſtendunt. Polemonis textus interim corrigendus, qui pro ἀνδρεῖον habet ἀναιδεῖον. Albertus & Conciliator ab his eadem.

DE CERVICE. Cap. XXIIII.

NVNC de ſpina ſermo habendus, quæ caput excipit, cuius pars poſtica ceruix Latinis, αὐχὴν Græcis dicitur, & extenditur vſque ad omoplatas. Ariſtoteles animalium libro, ceruix eſt locus vbi caput flectitur, eius vtilitas eſt, vt ad dextram, læuamque, antrorſum vel retrorſum vertatur, cõſtat ſeptem oſsiculis vertebratis, orbicularibus, vt ad circunſpectiones faciliores eſſemus.

Craſſa ceruix.

Craſſa ceruix ſupra collum, ignarum facit con iniuria. Polemon. ſed Adamantius ait. Aſpera ceruix vt collũ, &c. mihi Polem. textus integrior videtur qui habet παχὺν, quàm Adamantij τραχὺν. Si ad experientiam conuerti licet. Cl. Cæſar opimis fuit ceruicibus & maxime ignarus. Antonia eius mater dicebat eum portentum hominum eſſe; inchoatum à natura, non abſolutum: ac ſi quem vecordiæ argueret, ſtultitia rem dicebat filio ſuo. Nero etiam obeſa fuit ceruice: ex Suetonio. Cōſtantio magno lati fuerũt humeri, & ceruix craſſa, vnde ceruicoſum vocabant, non à craſſa veluti ignaro. Sed bene conſtituta velut forti. Gregorij eadem ex commentarijs in Zonaram.

Aſpera ceruix.

Quibus ceruicis vertebræ apertæ ſunt, præ cæteris eos aſperis moribus eſſe notabis. Vbi Polemonis textus truncus, & mendoſus eſt: ex Adamantio ſic corrigendus: Quibus ceruicis vertebræ aſpiræ exiſtentes, illa ſpatularum ſuperminet multum, vbi per coniunctionem oritur collum, cõtumelioſi ſunt, ſed vbi Polemon ἐπαυχένιον, Adamantius ὑπαυχένιον, ideſt ceruicem habet. Adamantius corrigendus. Polemon iterum in figura Iniurioſi ait, quibus vertebrarum inſta colli confiniũ foras emanãt, contumelioſi ſunt, & referuntur ad apros. Adamantius. Inter coniunctionem ſpatularum & ceruicis originem vertebra quædam eminet, nec cætera ſibimet conueniunt, ſi interualla ſunt ibi, & ſic nodorum ſuperficies aſpera, tales ſuperbi, & inſolentis eſſe ſolent.

Ceruice & collum rotundum.

In figura fatui improbi Polemon, & Adamantius ponunt collum & ceruicem rotundam: ſed ſatis peruerſe Albertus rotundum collum animi & corporis virtutem notare dixit.

DE SPATVLIS. Cap. XXV.

IAM ſuperiores partes omnes thorace tenus, quid de moribus præſagirent, declarauimus, nunc ad tertiam hominis partem deueniemus: ſcilicet thoracem. Philoſophus Animalium libro Thoracem partem illam appellat, qui à collo ad pudenda vſque trunca procedit. Thorax ipſe parte priore, poſterioreq́; conſtat. Nos à poſteriori incipiemus, & à ceruice omoplatę obuiam fiunt. Hæc duo lata oſſa ſunt a ceruice vtrinq́; ad humeros tendunt. Celſo ſcoptula operta dicitur. Græcis ὠμοπλάται, hæc ad nonam à ceruice conſtam finiunt, humeros latos triangula forma faciunt & à ceruice: veluti mollibus iugis demiſſe ſunt, ab aliquibus ſpatulę humeri, & in animalibus armi dicuntur.

Latæ magnæ, & diſtantes ſpatulæ.

In figura Animoſi latas ſpatulas ei tribuit Ariſtoteles & magnas: Polemon, & Adam. in figura Virilis omoplatas in latitudinem diſtinctas adſcribunt, quod Polem. in animoſo etiam ab Ariſtotile mutuatus eſt. Virgilio videntur robur ſignificare.

Tales prima Darex caput altum in prælia tollit.
Oſtenditq́; humeros lates. Et alibi.
Hac fatus; latos humeros, ſubiectaq́; colla, &c.

Ab humeris latis Plato fuit appellatus. Primo fuit athleta fortiſsimus, poſtea appulit animum philoſophiæ. Refert Plutarchus in illius vita, cognomentũ id ſibi impoſitũ, propterea quod quum apud Ariſtionem Argiuum pugilum magiſtrũ exercendo, corpori operam daret & robuſtiori ualitudine

litudine,& humorem amplitudine cæteris condiſcipulis longe præſtaret,huius generis appellationem fit conſecutus. Tiberius Cæſar latus fuit humeris, & pectore, cæteriſq; membris vſq; ad imos pedes æqualis & congruens.

Eleuatis humeris, vel ſpatulis hominem apponimus vna cum aue, vt ſimilitudinem intuearis.



Spatulæ ſurſum elatæ.

In figura Inuerecundi Ariſtotiles tribuit ei ſpatulas multum eleuatas.Galenus libro vulgaribus morbis,dicit cauſam de ſcapulis alatis,Eſt autem Medicorum cõſuetudo eos alatos nominare,qui ſcapulas eminentes auium alarum inſtar, retrorſum productas habent, iſti igitur alati exiguum cor habent ex anguſtia pectoris, & calor cordis proportionem ſequitur, igitur & hi imbecillis caloris.

DE DORSO. Cap. XXVI.

DORSVM, ceu carina quædam, compactum eſt, totaq; corporis molem firmiter fulcit, & in vtrumuis partem agit, & contorquet, conſtat oſsibus quatnor, & viginti ſeptem à ceruice vſque ad omoplatas, vt diximus: ab his vſque ad extremas coſtas nnmero duodecim.Hæc pars pone pectus eſt,metaphrenum eſt:ab extrema hac coſta quinque ſunt aliæ vertebræ lumbos conſtituentes, omnium maximę ac craſſiſsimæ. Philoſophus Animalinm libro ait: Natura homini dorſum cuiuſdam carinæ inſtar & fulcthri machinata eſt; illius enim ope recti conſtituimus. Græcis νῶτον eſt.

Magnum, & robuſtum dorſum.

Quibus dorſum ingens ac robuſtum, anima fortes ſunr, & referuntur ad maſculinum Ariſtot. in Phyſiogn. dorſum latum & robuſtum, animoſitatis & generoſitatis eſt ſignum. Polem. & Adam. ſed prior in figura Animoſi dorſum ei latum donat. Gemebundus Hercules apud Sophoclem ait, *ò dorſa, ò pectora.*

Anguſtum & imbecille dorſum.

Quibuſcunq; dorſum anguſtum, & imbecille, molles ſunt, & referuntur ad fæminas. Ariſt. in Phyſiogn. ſed Polem. & Adam. forma ab hac contraria (ideſt antedicta contrarium iudicabunt. Scilicet dorſum anguſtum, & imbecille timiditatis, & imbecillitatis eſt ſignum; ad Alexandrum verò ſcribens Philoſophus, ait ſubtilitas tergi, diſcordantis naturæ (purò maligne) idq; fortaſſe dixèrit referens ad dorſum ſimiæ, & felis; nam anguſtum & imbecille dorſum habent.

Macilentum dorſum.

In figura Ingenioſi Ariſtoteles tribuit ei dorſum non carnoſum.

D E

DE METAPHRENO. *Cap. XXVII.*

GALENVS eo libro, qui De interioribus inſcribitur, ait: Pectoris imum, quod eſt conterminum ſtomacho, phrenon à veteribus appellatur. Diaphragma eſt mébrana diuidens ſpiritualia à naturalibus, à phreno ad poſtremas coſtas intus iungitur: vnde metaphrenon ea eſt poſteriorum pars, quæ phreno opponitur. Græcis μετάφρενον, hoc eſt, poſt phrenum. Aliquibus ſubſcapilium dicitur: quia ſub ſcapulis conſtituitur. Ea pars conſtat à ceruicis fine vſque ad lumbos, duodecim, vt diximus, vertebris conſtans. Pomponius Gauricus inerudite apud Adamantium pro metaphrenum ſcapulas transfert.

Benè carnoſum, magnum & articulatum metaphrenum.

Quicumq; metaphrenum habent magnum, benè carnoſum, & articulatũ, animabus fortes ſunt, & referuntur ad mares. Sed textus Ariſt. in Phyſiogn. corrigendus eſt, nam habet ἄσαρκον, cum dicere deberet, εὔσαρκον, nam bene carnoſum apud ipſum authorem intelligendum eſt mediocriter, & quantum debet eſſe carnoſum, vt bonum ſit. Polemon & Adamantius: Metaphrenum quibus eſt robuſtum, optimum eſt ſignum. Iidemq; in figura Fortis metaphrenum ei robuſtum adſcribũt: Dorſum latum, & ſolidum virile eſt.

Macilentum, inarticulatum, & imbecille metaphrenum.

Qui habent metaphrenum imbecille, non carnoſum, & inarticulatum, animabus molles, & referuntur ad fæminas. Ariſt. in Phyſiogn. Sed Polemou habet: Quibus imbecille, & paruum. Adam. & gracile metaphrenum, timidi, & puſillanimi ſunt. Albertus: Dorſum iam dicto contrarium, muliebri aſsiguatum generi.

Latum metaphrenum.

Latum metaphrenum magnanimitatem oſtendit. Pol. & Adam. Ego ad leones referrem, quia Ariſtoteles in figura Virilis, leoni, cui magnanimitas adſcribitur, metaphrenum latum tribuit, vt eo loco videre eſt.

Carnoſum metaphrenum.

Caro multa ſuperaucta metaphreno, ſenſuum indicat egeſtatem. Polemon & Adamantius.

Macilentum metaphrenum.

Si verò pauca metaphreno excreuerit caro, fatuitatem indicat. Polem. & Adam.


Præſens equi & viri figuris oſtendendis, facit propoſita tabella, vt ſupinum metaphrenum oculis ſubijciat.



Erectum metaphrenum.

Quicumq; metaphrenum erectum habent, glorioſi ſunt & inſipientes, & referuntur ad equos. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Sueſſanus interpretatur, metaphrenum ſupinum & concauum, & eiuſmodi molles eſſe & dementes dieit, vt equus, qui metaphrenum cauum habent, & coitus tempore inſaniunt. O indignam tanto philoſopho interpretationem & declarationem.

Præſenti tabellæ, veluti non ſuffecturæ, alteram addidimus galli, & pauonis erectum metaphrenum referentem.



Erectum habet metaphrenum pauo: nam elatam ceruicem etiam habet, & inter alites tum intellectu, tum gloria excellit. Gemmantes laudatus expandit colores, aduerſo maxime Sole; quia ſic ſfulgentius radiant. Simul vmbræ quoſdam repercuſſus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda, omneſq; in aceruo contrahit pennarum flabello, ſe ipſum miratur, & ſi quis etenim laudauerit de pulchritudine, ambitioſius ſe geret, ſi verò reprehenderit, cauda recondita, calumniatorem odio ſibi eſſe triſtabitur. Oppianus: ſentiunt & Galli gloriam ſuam: nam ſi cum altero pugnans vincatur, iecirco non canit, quod in illa mala pugna fracti illi ſpiritus vocem ſupprimant, cuius offenſionis verecundia confuſus, in primam quamque latebram ſeſe oecultat. At qui ex certamine victoriam reportarit, tum oculorum eminentia, tum ceruice erecta ſimul & eantus contentione inſolenter effertur, & triumphanti ſimilis eſt, Illud in eo mirificum, cum limen intrat, tamet ſi ſuperum altiſſimum exiſtat, is tamen ſe ſe inclinat, quod ſuperbia inductus facere videtur, ne videlicet criſta vſpiam offendatur: ex Aeliano. Equus iuba ornatus eſt, quia ſuperbum, & generoſum animal dixit Galenus.

Metaphrenum valdè curuum, humeri ad pectus contracti, & corpus effractum.

Si autem ad hæc, quæ ſupradicta ſunt, corpus effractum fuerit, lucricupidus erit, Adamantius, ſed Polemon addit peruerſum & inuidum.

Metaphrenum medium inter conuexum & curuum.

Quoniam neq, curuum vehementer oportet eſſe, neque concauum metaphrenum medium

eritbene formatum, Ariſtoteles in Phyſiognomon. Hanc medietatem inter vehementer cur uum,& conuexum explicant Polemon & Adamantius. Placidè autem teres metaphrenum prudentem, gratioſum, & iucundum oſtendit.

DE GIBBIS. Cap. XXVIII.

VBI deficiunt omoplatæ in dorſo, aut metaphreno,fit gibbus, & armi tument; idq; aut defectu naturæ, aut nutricum indiligentia, dum infantes adhuc molles ambulare cogunt, & ineptè ſuſtinent: runc enim os omoplatæ in inferna parte ſatis debile, facilè cedit immoderato motui, & ſurſum erigitur,prominetq; & muſculis ſe attollentibus locum præbet.

Dorſum gibbum.

Gibboſus homo, nequaquam bonus, niſi id ex mollitie eueniat, cæteraq; adfuerint ſigna;Polemon & Adamantius. Sed Michael Scotus: Gibboſitas ſignificat hominem ſagacem,ingenioſum, fallacem, malitioſum, & multæ memoriæ. Apud me omnes mutili improbi ſunt, & peſſimi omnium gibboſi: quum Naturæ error ſit circa cor, totius corporis principium. Ariſtoteles homines longæuos eſſe dixit.

Pectus gibbum.

Gibboſitas in anteriori tantum parte, duplicis animi hominem, & plus ſimplicem, quàm ſapientem notat, Scotus.

DE COSTIS. Cap. XXIX.

COSTAE communes partibus inferioribus, ſuperioribuſq; octonæ ſunt, ex ex Ariſtotele Animalium libro. Dictæ ſunt coſtæ,quod interna cuſtodiant,vel quia ſimul conſtant. Hæ ſunt ſpiritualium partium munimentum. Comprehendunt anterius quodcunq; eſt à clauicula vſque ad cartilaginem,quæ ſcuti formam habet; poſterius verò totam coſtarum compoſitionem,quæ à ceruicis vertebris protenditur.

Benè coſtati.

Qui robuſtis coſtis ſunt, fortis animi ſunt, & referunrur ad maſculos. In figura Iracundi, eum bene coſtatum facit,& in figura Fortis,oſſa,& coſtæ,& extrema corporis fortia, & magna adſcribit Ariſtoteles in Phyſiogn. In figura Fortis Polemon & Adamantius; Articuli, & latera fortia, & robuſta.Sed Polemon in figura Iracundi,bene conſtatum poſuit.Rothophanis Magneſij (qui eadem die lucta, panctatioq; victor Olympijs euaſit) ſub Hadriano rurſus detecto cadauere,os vnum perpetuum à iugulo ad ilia, coſtarum loco,inuentum eſt. Ouid. de Hercule loquens.

Aut laceros artus, aut grandia detegit oſſa.

Male coſtati.

Qui verò non bene conſtati, molles ſunt ſecundum animam, & referuntur ad fæminas. Ariſtoteles in Phyſiognomicis. Latera imbecillia graciliaque, formidinem & imbecillitatem arguere, inquiunt Polemon & Adamantius. Coſtarum gracilitas, earundemq; imbecillitas,cordis & animi imbecillitatem innunt. Rhaſes, Albertus, & Conciliator.

Exiles coſtæ, & vacuæ.

Latera valdè gracilia, & vacua, puſillanimitatem, malignitatem, & voracitatem arguunt; Polemon & Adamantius. Sed in Polemone traſpoſitum eſt, vbi de ventre loquitur; quod ab Adamantio optimè animaduerſum eſt, & ſuo loco intruſum.

Depi-

Depictæ adſunt imagines ranæ & bouis, quorum inflata ſunt latera, conſpicies & hominem ad eius ſimilitudinem tumidis coſtis.



Tumidæ & inflatæ coſtæ.

Quorum latera turgidiora, & velnti inflata ſunt, loquaces, & ſtultiloqui habentur, boum & ranarum argumento. Pol. & Adam. Circumlata latera, & in tumoris ſpeciem plena, nugacitatem & nequitiam arguunt. Conciliator bibaces etiam eſſe dicit.

Coſtæ carnoſæ & duræ.

Latera carnoſa & dura, diſciplinis inhabilem arguunt. Alibi carnoſæ coſtæ ruditatis ſignum, ex Pol. & Adam. Rhaſes coſtarum latitudo, & in ipſis carnium multitudo ſtoliditatem declarat. Albertus, latera carnibus referta, ijs duris, indocilem hominem oſtendunt, qui tamen cum ſuperiori ſignificatione confundens, ranis tribuit.

Coſtæ non carnoſæ.

In figura Ingenioſi Ariſtoteles tribuit ei coſtas non carnoſas, à contrario iam ſopra narrato ſigno, & hæc coſtæ cum inter extremas mediæ ſint, optimæ conſtitutionis, ideo ingenioſo tribuit.

DE LVMBIS. Cap. XXX.

OMNIVM maximæ & caſtiſsimæ ſunt quinq; lumborum vertebræ, & anguſto foramine magnam medullam continent. Lumbi dicuntur à centura vſque ad renes. Hæc eſt ſedes luxuriæ. In ſacris literis legitur: Sint lumbi veſtri præcincti, & Aegyptij, vt Horus in hieroglyphicis teſtatur, hominis ſtatum, conditionẽq; innuere volentes, lumbum, aut ſpinæ dorſi oſſa pingunt. Sunt enim qui dicant, hinc ſemen effluere, è regione ventris conſiſtunt, & in concũbendo maxime laborant. Perſius, *cum carmine lumbum*

Intrent, tenero ſcalpuntur, vbi intima verſu.

Validi & oſſei lumbi.

Lumbi oſſei, validiq́ue virilitatem ſignificant. Polem. & Adam.

Parui, & imbecilles lumbi.

In figura Timidi Ariſtoteles tribuit ei lumbos paruos, & imbecilles. Sed Pol. & Adam. lumbos longos dicunt, vbi notandum Polem. textum corruptum hebet enim ὀφρὺς pro ὀσφύς.

Carnoſi lumbi.

Carnoſi lumbi & molles effœminationem dicunt. Polem. & Adam. Albertus, ſpinam vocat. Spinæ pars inferior ſi latis iaceat natibus, & molli carne circundata: effœminatum oſtendit: ad fæminas relatum.

Lumbi acuti.

Lumbi in acutum tendentes, malitioſos, intemperantes, & timidos oſtendunt, ex Polem. & Adamantio. Albertus ſi hæc pars prolixa deſinit in acutum, intemperantiam oſtendit, timiditatem, & libidinem.

Tremuli lumbi.

Duplices ambulationes lumbos tenentes cinædo aſcribit Ariſtotiles in Phyſiognom. in ſua figura. Ego ſuſpicor labem in codice: nam non *cratountos*, ſed *crotountos*, ideſt ſtrepitum facientes, vt degenibus dixit. Polemon & Adamantius in eadem figura tremulos dixit, Polemon: vbi de collo loquitur, dicit, lumbus clamans, Adamantius lumbus mouetur, Qui enim lumborum motu vehementer vtuntur, vt etiam qui equitant, fluentiore corpore, præparatoq́ue ad concũbendum euadunt, & caloris, agitationiſque cauſa eodem afficiuntur modo, quo per coitum & libidinoſioris ſunt: vt Ariſtoteles in Problematis ait, ſic enim textrices, quia frequenter lumbos mouent, etiam laſciuiores euadunt.

Inſpicite Adcnem venatorem & canem quorum lumbi teretes ſunt vt ex antiquis marmoribus Romæ effigi curauimus.



Qui medio ventre graciliores ſunt, venationis ſtudioſi ſunt argumento leonum & canum. Videbit enim vtiq; quis, & canes ferarum amatores lumbi ſuccintos eſſe. Sed antiqua translatio huic contraria eſt, ait enim qui lumboſi ſunt, ferarum amantis & potius εὐζώνου quam ἀζώνου vi legendũ, vt habet Ariſt. in Phyſiogn. & potius ſuccintos & graciles, quàm lũboſos interpretandum: & phicoteri canes lumbos habent oblongos, duros, graciles, neruoſos, & teretes, & mediocriter magnos. Albertus dorſi & lumborũ ſigna confundens, ait: Qui incuruum dorſum habent: ſi in molli carne, & quæ iuſta ilia anguſta, tanquã ſuccincti, in omni opere præcellunt & præcipue venationis ſtudio.

DE HVMERIS. Cap. XXXI.

HVMERI ſunt, è quibus brachia pendent, ij ex armi dicuntur, pro re dicti, nam ab eis arma dependent, ait Feſtus; nunc vſus obualuit, vt brutorum eam armi dicantur.

Humeri robuſti.

Robuſti humeri robuſtos mores ſignificãt. Adam. Idemq; Polemon forti tribuerunt robuſtos humeros, & iracundis latos. Sed corrigatur interim Adamantij textus, ait enim. Venter latus & humeri vacui; robuſtæ ſpatulæ, legendum.

Venter

Venter latus, & vacuus, humeri robuſti, & ſpatulæ. Conciliator addit, carnoſos, quod quidem in Grecis codicibus non reperitur. Cicero de bubus loquens ait, terga eis eſſe data, humerorum vires, & latitudines ad aratra extrahenda. Leo humeros, vt Ariſtoteles ſcribit, validos & robuſtos habet. Leodamas ex forma humerorũ Vlixis eius fortitudinem arguit, aitq; apud Homerum.

Quantum furis, humeriſq; coxiſq;
Colligere eſt, non ſegnes, inerſq;

Et Vlixes increpans Leodamanti, ait,

Si membra tibi dant grandia Parca
Mentis eges.

Conſtantinus magnus humeris fuit magnis, latis, & ceruice craſſa, vt ceruicoſus ſit dictus, fuit & validus, & valdè bellicoſus, vt ex hiſtorijs Zonaræ.

Humeri inarticulati, imbecilles.

Quibus humeri imbecilles, & inarticulati, animabus non fortes ſunt, & referuntur ad fœminas, ex Ariſt. in Phyſiogn. Sed Polem. & Adam. Vacui humeri fœminatorum, & timidorum ſunt. Conciliator, articuli indiſcreti, & nodi ad ſtultitiã ſunt. Sed huiuſcemodi humeros ipſe habebat, adeo ſtultus, vt neque ab alijs tranſcribere ſciat.

Humeri valdè ſoluti.

Quibuſcunq; humeri difficulter ſoluti, conuulſi ſunt, illiberales, & referuntur ad apparentiam conuenientem. Vt dixit Muricenus philoſophus ad apparentem morem; nam auari qui dare nolunt, humeros contrahunt, conſtringuntque. Conciliator ad verbum.

Humeri laxi.

A contrario ſigno, Albertus, laxos humeros infirmitatem, & timiditatem ſignificare ſcripſit.

Soluti humeri.

Quibuſcunq; humeri bene ſoluti ſunt, hi ſecundum animam liberales ſunt, & referuntur ad apparentiam, quia conuenit apparenti formæ liberalitas, Ariſt. in Phyſiogn. & per cõmunem regulam id probauit. Benè conſtitutæ formæ virtus, malè verò ordinatæ vitium, ſic apparenti formæ, & bene conſtitutæ liberalitas conuenit, male autem conſtitutæ, illiberalitas. Poteſt enim & id ſignum ad leonem referri, qui humeros, & vniuerſum corpus ſolutum habet. Maricenus philoſophus ad apparentem morem refert: nam liberales in dando humeros ſoluunt. Sæpe me vidiſſe memini in triremibus, dum nudi remiges agebant remos, & qui bene ſolutos, & articulatos humeros habebant præ cæteris fortiores habebantur. Clarè id etiam in piſtoribus obſeruaui, dum triticeam paſtã ſubigunt pugnis, qui quanto cęteris ſolutiores humeros haberent, eò fortiores erant.

Humeri ampli diſtantes, nec ſoluti, nec colligati.

In figura Fortis viri Ariſt. in Phyſiogn. perfectam deſcribens humerorum formam ait. Humeri ampli, & diſtantes non valdè colligati, nec omnino ſoluti, fortium ſunt.

Humeri pingues.

Pingues humeri nullo modo laudantur ex Polem. & Adam. Albertus ſatis craſſe ait. Craſsi humeri & ſolidi virtutem oſtendunt.

Vulpis

Vulpis figuram adducimus ad viuum delineatæ: vt extenuati, & acuminati verticis humeri conſiderentur.



Graciles, & acuti humeri.

Graciles & acuti humeri peſſimorum morum ſunt. Polem. Adam. Sed Conciliator inſidioſos dicit. Albertus tenues & in acutum erecti humeri inſidioſos oſtendunt.

Graciles & colligati humeri.

In figura Ingenioſi Ariſt. in Phyſiogn. tribuit ei, quæ circa collum & humeros graciliora, & colligata.

Humeri eleuati.

Eleuatio humerorum eſt ſignum aſperitatis naturæ, & infidelitatis. Et in idæa Rudis ei humeros largitur ſurſum expanſos. Ariſt. in Phyſiogn.

DE PECTORE. Cap. XXXII.

PECTVS á collo priorem obtinet ſitum, in mammas vtraq; ſui parte extuberat. Pectus quatuor partibus terminatur, incipiens a iugulo, deſinit in aluum, & duobus lateribus concluditur, dictum pectus, quod peſſum ſit inter mammas

Pectus magnum.

Quicunq; verò pectora magna, & articulata habent, animo fortes ſunt, & referuntur ad marem. Et in figura Fortis tribuit ei pectus amplum & carnoſum, non verè carnoſum, ſed oſſibus compactum, & leonem deſcribens, ad quem refert, ait pectore valido, & robuſto νεανικῷ, quod Sueſſanus male, iuuenile, interpretatur. Polem. & Adam. ab eo pectora ingentia & fortia laudato, quia robuſtitatem ſignificant. Et in figura Fortis tribuunt ei pectus, & metaphrenum robuſtum. Galenus eſſe amplum pectus oportet, ait, non latum aut longum, ſed amplum intelligit per latum, profundumq; diuiſione; pectus, collum, & vnumquodque membrum. Albertus, & Concil. medicus ab eo hanc Galeni pectoris diuiſionem ignorauit, ait enim. Pectoris latitudo hominus eſt propria, at pectus latum, cuius cæteræ partes latæ diſpoſitæ exiſtunt.

exiſtunt. Ait Auicenna quod calidam complexionem ſequitur pectoris amplitudo, & extremitatum, & ipſarum complementum in qualitate earum. Et Galenus libro de Decretis Hippocratis, & Platonis dicit, homines qui lato pectore calidiores ſunt, & animoſiores, qui latiores, frigidiores, timidi. Vegetius Tyrones lato pectore eligit. Referuntur & hi ad Aquilas, & Leones: nam lati ſunt pectoris. Martem robuſto pectore fuiſſe figurant Poetæ ob eximiam eius fortitudinem, & ferociam in bello. Id obſcœni carminis author.

Nemo eſt forti pectoroſior Marte.

Et gemens Hercules apud Sophoclem ait.

O pectora, ô terga.

Et Achillem Græcorum fortiſſimum pectoroſum fuiſſe memorant hiſtoriæ Datetis Phrygij. Lato fuit pectore magniſque lacertis Mahometes ſecundus Imperator Turcharum, & eximio fuit corporis robore prædito, & ad omnia promptus & audax, & bellator egregius, & inuictus.

Gracile, & imbecille pectus.

Imbecille pectus Polemon. Sed Adamantius addit, & gracile animus puſillanimitatem, & timiditatem indicat. Idem in figura Imbecillis, imbecille pectus ei aſcribunt. Conciliator Auicennæ authoritate tale pectus frigiditatem iudicare ſcribit. Albertus tenue pectus imbecille, & inualidum notare dixit.

Pectus latum, & humeri magni.

Latitudo pectoris, & humerorum groſſities & tergi ſignificat probitatem, audaciam, & rectitudinem intellectus, & ſapientiæ. Ariſt. ad Alex.

Pectus anguſtum, & mediocris venter.

Mediocritas ventris, & pectoris ſtrictura, ſignificat altitudinem intellectus, & boni conſilij. Ariſt. ad Alexand.

Pectus carnoſum.

Valde carnoſum pectus Pol. Adam. rudem, & timidum oſtendit. Conciliator ait ſignificare ingratos, quod neſcio unde excerpſit, niſi ex ſuis optimis concilijs. Albertus pectus multis carnibus congeſtum, indociles, & ignaros.

Mediocre pectus, & tergi æqualitas.

Mediocritas pectoris, & tergi æqualitas ſignum eſt optimum, & probatum. Ariſtoteles ad Alexandrum.

DE MAMILLIS. CAP. XXXIII.

MAMILLIS laxior contextus corporis eſt, Vberum apex papilla eſt, per quam fœminis lac emittitur, ſupra pectus exiſtunt, vt Ariſtotel. Animalium libro.

Mamillarum ſpecimen obuia affert tabella.



Mamillæ dependentes à pectore amplo, & macilento.

Quibus mamillæ dependent à pectore amplo, & macilento, & carne vacuo, ſcortatores, & ebrioſi ſunt. Polem. & Adaman. Sed hi de maribus loquuntur, Conciliator autem de fœminis. Quibus abſciſſæ à pectore ſunt mamillæ, & magnæ, ſunt inertes, & vinolentæ, ſed ſuum Albertum ſequutus, inquit. Quibus mamillæ dependent molli carne circumdatæ, effœminationem, vinolentiam, & intemperantiam deſignant. Polemonis textus mendoſus eſt. De his loquitur Martialis.

Aut tibi pannoſæ dependent pectore mammæ,
Mamillæ paruæ, & extenuatæ.

Mamillæ paruæ, & extenuatæ imbecilles notat Conciliator.

Exactam mamillarum mediocrium delineationem præſens oſtendit tabella.



Mamillæ mediocres.

Mediocriter mamillas magnas,& plenas, & molles perfectam complexionem oſtendere ſcribit Conciliator. Galeni auctoritate.

DE VENTRE. Cap. XXXIIII.

VENTER, vt ait Ariſtoteles Animalium libro,infra pectus eſt,parte priore, eius radix vmbelicus eſt. Græci κοιλίαν vocant.

Venter amplus, & concauus.

Quibus ea, quæ ſunt circa ventrem, pinguia; bene fortes ſunt, ea referuntur ad maſculinum. Ariſt.

Ariſt. in Phiſogn. Sed per ea,quæ ſunt circa ventrem,latera,pectus,& lumbos intelligit, & perpinguia,magna, quæ notæ ſunt fortitudinis, Idem in figura Fortis tribuit ei ventrem magnum, & ad ſe contractum. Polemon, & Adamantius in eadem figura ventrem latum, & concauum. Conciliator carnoſa,quæ circa ventrem,eſſe ad fortitudinem ait.

Magnus, carnoſus, mollis, & dependens venter.

Qui habent ventrem magnum, iudicandus eſt ſtolidus,ſuperbus,& luxurioſus, Ariſt.ad Alex. Venter concauus,& carnoſus, ſiquidem mollis fuerit, & dependens; ſenſuum hebetudinem, ebrioſitatem,& intemperantiam arguit Polem. Adam. venter magnus,non concauus dicit: idem in figura Rudis eum ventricoſum depingunt,& fatuum improbum, vt ſit vitiorum vſquequaque plenus, ſimiliter ventricoſum:Galenus ad Thraybulum;craſſiuenter non erit ſubtilis intellectus. Albertus, qui magnum ventrem habet, indiſcretus,ſtolidus,ſuperbus,& luxurioſus. Rhaſes ventris nimietas libidinis declarat nimietatem. Eandem ab eo Conciliator. Plinius minus ſolertes,quibus obeſiſſimus venter. Albertus ventris ſpatium multa carne,& ſolida veſtitum,ſiquidem nimia ſit comparatione quantitatis ſtaturæ,malitioſum quidem,non autem voracem,& luxurioſum. Eſopus ventricoſus fuit, vt à Maximo Planuda deſcribitur. Nero prominulo fuit ventre, cuius fuerat efferata libido,fuit etiam pertinax: vt à Suetonio narratur. Plautus ſuum Lenonem facinoroſiſſimum, inter alias notas eum ventricoſum facit. Sic etiam in ſua Aſinaria, Loenidam, aliquantulum ventricoſum. Nil magis intellectum offendit, quàm oſſium, carnis, & pinguedinis multitudo:Ratio eſt quia cerebrum,& ſtomacus non multo diſtant interuallo,& ſibi mutuo compatiuntur: vnde quando hic ſiccus,& macer,multum confert ingenio, vt videmus in fame vexatis,& pauperibus, nam venter facit artes, vt inquit Perſius.

Macilentus venter.

Quibus autem ea,quæ ſunt circa ventrem, non ſunt pinguia, molles, referuntur ad indecentiam: nam decentia eſt,vt ſit magnus, ad hoc vt calor circumſtans ſit magnus, & fortis, quia eſt roboris fundamentum.

Durus venter.

Venter ſi dura carne compactus ſit,guloſitatem, & ruditatem demonſtrat Polem. Sed Adam. non ruditatem, ſed verlutiam dicit.

Mollis venter.

Ventrem molliorem,& depreſſiorem, animi magnitudinem, & virtutem Albertus notare dixit, ex Loxo.


Mediocris venter.

Mediocritas ventris, cum ſtrictura pectoris decernēti,altitudinem intellectus, & bonum conſilium teſtatur. Ariſt.ad Alex. Ventres vacui animi bonam valetudinem, & mentis altitudinem ſignificant. Pol. & Adam. Corrigendus eſt textus Polemonis, qui pro animi valetudine, ægritudinem conuertit. Sfortia fuit ventre adeò reſtricto,& caſtigato (auctore Iouio) vt anguſtiſſimè cingeretur, fuitque dux fortis,& animoſus, Albertus eadem,quæ Ariſtoteles.

DE VMBILICO. *Cap. XXXV.*

PECTORI ſubditam ventris planitiem mediam ferè vmbilicus non indecenti nota ſignat. In Papho ciuitate Cypri inſulæ Templum eſt Veneris, in quo Venus antiquitùs colebatur ſub vmbilici figura,quòd ibi ſedes eſſet luxuriæ.

In ſubiecta tabella tres conſpiciuntur pectoris formæ, cum ſuis menſuris, vt quæ inferiùs traduntur, vt exactius perſpiciantur.



Spatium ab vmbilico vſque ad pubem, maius, quàm ab vmbilico ad pectoris initium.

In Problem. Ariſt. ait: Qui partem vmbilico ſubiectam habent maiorem, quàm ſuperiorem pertinentem ad pectus, vita breui, imbecilliſq; viribus ſunt. Ratio eſt, quòd venter ob ſuam breuitatem frigidus eſt; nam cùm paruam obtineat concoquendi vim; ad excrementi redundantia aptiſſima eſt: morbis etiam nimium patent, qui tali ventre conſtiterint. Conciliator ab eo. Cui ea, quæ ſunt ab vmbilico deorſum vſque ad fundamentum, maiora fuerunt his, quæ ſunt ad pectus: hos imbecillos, & breuis vitæ exiſtimato.

Ab vmbilico vſque ad pectoris imum, maius quàm ab imo pectore ad iugulum.

Quicumque maius habent, quod ab vmbilico vſque ad extremum pectoris eo, quod eſt ab extremitate pectoris vſque ad collum, voraces ſunt, & inſenſibiles; voraces quidem, quia ventrem magnum habent, quo appetant cibum; inſenſibiles autem, quia anguſtum habent locum ſenſus, atque in arctum redactum ab eo, qui recipit cibum, ita vt ſenſus grauati ſint, propter complexionem ciborum, aut indigencias. Et iterum in figura Comedonis ait eos eſſe, quibus id, quod eſt ab vmbilico ad pectus maius, quàm quod inde eſt, vſque ad collum. Polem. & Adaman. ab eo hæc habent: Quibuſcumque ab vmbilico vſque ad imum pectoris maior commenſus, quàm hinc vſque ad coniunctionem colli; guloſi, & eſuriones, Polemonis textus corrigendus eſt, nam μακρὸν, corrigendus ἄκρον; id eſt, à ſummo, vt habet Adamantius. Albertus. Si ſpatium ventris vincit ſpatium ſuperius, erit fornicator, & voluptuoſus: Sed has diuiſiones ipſe non intellexit, quippe totius corporis duas facit, ſed ſpatium ventris intelligendum ab vmbilico vſque ad imum pectoris. Plinius ab Ariſt. illi ſunt magis auidi ciborum, quibus ab aluo longius ſpatium.

Ab vmbilico ad pubem, & ab vmbilico ad imum pectoris, & hinc ad iugulum æquale.

His maxime conſonum videntur, vt in quibus facta dimentione æqualis fuerit pars ea, quę vmbilicum, & pudenda interiacet, & pars, quę vmbilicum, & imum pectoris, & ea quę imum pectoris, & gulam, vt tripartita dimentio ſit, id perfectam animi virtutem, & corporis optimam habitudinem denotat, quod etiam à Conciliatore comprobatur. Albertus ex Philemone (ſed puto ex

Pole-

Polemone quod abeſt) Metiendum eſt ſpatium, quod eſt ab vmbilico inferiùs vſque ad imum pectoris,& ſpatium,quod eſt ab vmbilico vſque ad colli initium in ſurculis,hoc enim in bene extenſo homine ſecundùm naturam eſt æquale,& ſi quidem eſt æquale,ſignificat laudabilem,& animi virtutem, & corporis diſpoſitionem, ſed ignorauit, vt diximus, veram dimenſionem.

DE PVDENDIS. Cap. XXXVI.

OMMITTENDA hæc fora iudicaueram, cùm apud caſtas aures vix vlla eorum mentio fieri honeſtè poſſit, ſine honoris præfatione, tamen quia ordo rerum conſcribendarum ſeſe nobis ingerebat, ne inania,mutilaque hæc forent, neceſſaria nobis viſa ſunt, quæ nos breuiter declaremus, Galenus ex quatuor corporis partibus quatuor proficiſci affectus animi dixit; ex corde iram,ex cerebro ingenium, ex iecore lætitiam, ex verendis luxuriam. Inferior pars viri, mulieriſque pecten dicitur, in qua pili naſcuntur; eſt enim mutua partium corporis correſponſio, vt oris ſciſſio, & labiorum craſſities, vel tenuitas mulierum naturæ ſciſſuram,& labiorum craſſitiem,vel tenuitatem indicat;vt etiam naſus mutonem. Magnum pecten fortes demoſtrat,& ad mares referre licet,vt pingue,& molle imbecilles;ad fœminas,idem pilis valde denſum,& iis vibratis;luxurioſum,& fœcundum. Sic raris, gracilibus, & extenſis pilis obſeptum, neque luxurioſum, neque fœcundum oſtendit. Magnis penis, durum, & ſtolidum ingenium oſtendere dicunt, ad aſinos comparando; nam inter animalia aſinus magno præſtat mutone. Commodus Cæſar,vt Lampridius refert, habuit hominem, cuius penis nimium in modum prominebat,quem aſinũ appellabat,vnde viriliores onobelos vocant,quaſi aſini telum proferentes. Sed ad ſiniſtrã ſui partẽ vergens, magis maſculorũ eſſe prolificũ,quod ſemẽ in dextram mulieris vteri partem proiiciat, ad dextram verò fœminarum, medicorum conſenſus declarat; quod falſum eſſe deprehendi. Paruos teſtes malorum morum dicit Conciliator, vt magni ſtolidum,& inertem accuſant,ſed ego robur demonſtrare contenderem,cùm in teſtibus virilem vim ineſſe opinentur Philoſophi, argumento, quòd in eorum exectione mares effœminari contingant,ac ceu in fœminarum naturam conuerti,cùm talis,& barba careant, & natura ſobolis procreandæ facultate priuentur, nec ſimilis vocis vſum habeant, nec prorſus quamplurimis negotiis peragendis à fœmineo ſexu diſcrepent, & vulgo iactetur.

Qui fortes ſunt magnos teſticulos habent. Præcipuum generationis organum ſequitur vmbilici proportionem, vnde ex materno vtero progreſſus eſt infans, diligenter præcidendus eſt illius vmbilicus,iuxta longitudinem eminentiæ, in fœminis verò nimium religatus, ſtantis progreſſu patiendi conatus reſtringere poteſt. Sic vuulua,quæ intus laxa, & inſatiabilis in coitu demonſtrat,vt in adoleſcentulis videre eſt:inæqualiter iacens libidinoſam,& loquacem.Et interſtitium internum,& vuluã exteriùs expoſitum,in coeundo inſanas demonſtrare induit Conciliator.

DE VLNIS. Cap. XXXVII.

IAM ad quartam,& vltimam corporis partem deuentum eſt: ſcilicet ad duplex bracchium,& crus. Ariſt.in ſuis Phiſognom. de iis non loquitur,nam de coxis, & tibiis loquens,de vlnis intelligi iubet,& Animalium libro ait: Crura, & bracchia communem ineunt rationem. nam quibus breues cubiti,iis etiam fœmora breuia, & quibus pedes exigui,iis etiam paruæ manus.

Vlnæ, bracchia, & cubiti robuſti, & bene articulati.

Vlna, & bracchia robuſta, & cubiti bene articulati, optimum hominem ſignificant. Pol. Sed Adamantius vlnas,& brachia robuſta,& cubitos ipſos bene articulatos eſſe oportere,quos probari volunt. Ariſt.de tibiis loquens,quod etiam ad vlnas,& bracchia referri poſſit,ait: Tibiæ robuſtæ, articulatæ,& neruoſæ animo fortes viros oſtendunt, & ad maſculinum genus referuntur. Hercules apud Sophoclem lugens, ait:

O pectora, ò terga, ò lacertorum tori.

Id eſt, neruis,& eleuatis muſculis pleuus. Laodamas exulis ſis corporatura,vires præſagiebat, inquiens apud Homerum.

Non ſegnis, inersque
Hoſpes adeſt, quantum ſuris, humeriſq; toriſque.

Cicero de ſenectute, Milonis Crotoniatæ verba referr, qui cùm iam ſenex eſſet, & athletas ſe curriculo exercentes videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrimanſq; dixiſſe. Ar hi quidē iam mortui. Dares Phrygius depingit Achillem magna vi brachiorum. Cæſar fuit teretibus membris, & fortis. Veſpaſianus compactis, firmiſque membris, ad expeditionem Iudeæ ob ſuam ſtrenuitatē fuit electus, vt à Suetonio deſcribitur. Robuſtis artubus, ac roroſo corpore fuit Georgius Scanderbechus, vr prægrandi, ponderoſoque acinate, quo vtebatur, medios hoſtes ad vmbilicum proſcinderet, tranſuerſos diuideret, & ſæpè per ceruices integras cum humeris bracchiorum artus facilè detruncaret, quorum immanium vuulnerum truculentiam, Mahomeres Turcharum Imperator inuſitatæ violentiæ gladium viderē concupiuit, imperauitque ab eo, vt Byzantium mitteretur. Cæſar Borgia Dux Valentinus habile corpus habebat, validaque neruorum compage firmiſſimū, cuius artus reliqui ad decorem egregiè correſpondebant: Ad cunctas equeſtris, & pedeſtris armaturæ, ludorumque omnium exercitationes eſſerebat, in paleſtra robuſtiſſimum quemque proſternebat, & currētem in arena taurum vno macheræ ictu decollabat.

Vlnæ, brachia, & cubiti exiles.

Contraria prædictis erunt Polem. & Adam. vlnæ, & bracchia, & cubiti exiles, & imbecillis naturæ argumenta dixeris. Albertus tenues cubiti imbecilles, confunditque præſens caput cum inferiori ſatis perplexe.

Vlnæ valdè carnoſæ.

Carnoſiores verò vlnæ diſciplina, & ſenſibus carentem arguunr. Polem. & Adam. In figura Rudis Ariſtoteles aſcribit ei, quæ ſunt circa collum, & bracchia carnoſiora. Albertus. Cubiti pleni, rudes, indociles oſtendunt.

Longimanus Artaxerſis longiores vlnas vſque ad genua pertingentes conſiderato.



Vlnæ oblongæ vſque ad genua, & breues, quæ ad caput non perueniunt.

Quando verò protenduntur bracchia intantum, quòd manus perueniant ad genua, ſignificant audaciam cum probitate, & largitate. Ariſtoteles ad Alexandrum. Vlnæ ſi ita fuerint prolixiores, vt protenſæ manus vſque ad genua perueniant, fortitudinis, & caliditatis ſignum. Pol. ſed Adam. fortitudiuis, & felicitatis. Rhaſes. Cùm brachia adeò fuerint oblonga, vt manus ad genua perueniant, ſublimitatem animi, & arrogantiam, & regnandi cupiditatem arguunt; idq; à cordis caliditate, & humiditate prouenire dixit. Albertus non quòd extremitas medij digiti manus genua tangant, ſed licet deficiat menſura quatuor digitorum: humilitatem, & fortitudinem denotare ſcripſit. Ariſtotelem legimus exerto brachio fuiſſe. Alexandrum Magnum tales manus habuiſſe dicitur, & ob id audaciam cum probitate, & largitate oſtendiſſe. Artaxerſem Longimanum, quòd dextræ manus ſiniſtra longiorem haberet cognominatum eſſe fertur, vnde Perſarum Regibus, tum facilitate, humanitateque, tum animi magnitudine perſtitiſſe. Strabo Darium longimanum fuiſſe dicit, qui omnium hominum pulcherrimus fuit, excepta bracchiorum, & vlnarum longitudine, quæ tanta erat, vt genua contingeret, iam dictis comparandum.

Vlnæ breuiores, vt comedentes cogant caput occurrere manibus.

Quando verò decurtantur bracchia, ſignum eſt diſcordiam amantis, & ignorantiam. Ariſt. ad Alexandrum. Breuiores vlnæ, vt ad genua non perueniant, ſed in comedendo cogant caput occurrere manibus, maleuolos, atque alienis malis gaudentes, & inuidos oſtendunt. Adam. Sed Polemon. addit peſſimos, & malorum miniſtros. In Petrea interpretatione omnia peruerſa reperies. Rhaſes curta bracchia timidum hominem, ac malitiæ amatorem innuunt, idque ex ſuperiori adducta ratione, ſcilicet ex frigiditate, & ſiccitate prouenire dixerunt. Albertus, cùm autem prolixitas hæc ad fœmur deſinit, vel parum ante, maleuolos declarat homines, alienis malis gaudentes, qui inuidi vocantur, & quicumq; cibos cum deſiderio ſumentes extendant os, vt occurrat manibus, iiſdem vitiis oſinoxij ſunt. Sed confundit omnia.

Bracchia venoſa.

In figura Luxurioſi Polemon tradit ei venas in bracchio perſpicuas.

DE MANIBVS. Cap. XXXVIII.

ANIMALIVM libro Peripateticorum Princeps manus ait, partes ſunt palma, digiti, & nodus, cum quo bracchiale coniungitur. Pars interior manus, vola; exterior, neruoſa, & carnoſa dicitur.

Manus magnæ, articulatæ, & neruoſæ.

Vbi de pedibus agit Ariſt. in Phyſiogn. etiam de manibus intelligi voluit, eàm communem ſimul ineant rationem, ob id magnæ manus, articulatæ, & neruoſæ, robuſtos oſtendunt, ſecundùm ea, quæ ſunt in anima, & refert eos ad maſculinum genus, & in figura Fortis, & Animoſi tribuit vtrique extrema corporis fortia, & magna, & per magna extrema, nonniſi manus, pedes, & ſimilia intelligit. Pol. & Adam. in figura Fortis etiam pedes, & manus bene articulatas tribuunt. Sfortia habuit manum amplam, & prælongam, & digitorum compage adeò firma, vt ferream ſolam rumperet, & prælongam equeſtrem lanceam à calce ſublatam attolleret. Selinus Baiazetis filius lata manu, & teretibus membris fuit, bellator fuit fortiſſimus, & nullo vnquam labore, aut corpus faticari, aut animis debilitari poterat.

Manus paruæ, graciles, & inarticulatæ.

Idem eodem in loco de manibus etiam intelligens ait: Paruæ manus, & graciles, & malè articulatæ potiùs viſu delectabiles, quàm robuſtæ, molles notant, ſecundùm ea, quæ ſunt in anima, & refert ad fœmininum genus. Idemque in figura Imbecillis, imbecillia tribuit corporis extrema, & timidi manus deſcribit graciles; & longas, eaſdem quoque ab eo tribuunt ei Pol. & Adam.


Manus duræ, & ſuperfluè carnoſæ.

Ex his quæ ſuprà ex Ariſtotelis dictis in ſuis Phyſiogn. adnotauimus, duras manus, & maximè carnoſas ruditatem notare docuimus. Hinc Plautini ſales adnotandi. Meus herus elephanti corio circumiectus non ſuo eſt, neque plus habet ſapientiæ, quàm lapis. Fatuos, & rudes Græci παχυδέρμους, quaſi craſſipelles dicunt.

Manus delicatæ, & molles.

Manus teneræ, & molliores, optimi dicuntur eſſe ingenij, argumentum. Pol. & Adam.

Inſpice hic manuum varietatem, magnarum, longarum, & breuium.



Manus magnæ, & duræ.

Duræ, magnæque manus, fortem illum ſignificabunt, haud ſatis tamen diſciplinis idoneum. Adamantius.

Manus valdè breues.

Perbreues manus ſtultitiam exprimunt, Pol. & Adam. & ab eis Conciliator.

Craſſæ manus.

Manus craſſæ nequitiam oſtendunt. Adam. Polemonis textus corrigendus eſt, nam pro μεγάλας habet μὴ ζαρὰς.

Manus pleniores cum digitis longis.

Pleniores manus, quæ oblongos habent digitos, furaces notant. Pol. & Ada. Craſſæ manus cum breuibus vltra menſuram digitis, tergiuerſorem, furem, & inſidioſum dicunt. Conc. Albertus non longos, ſed breues dicit.

Manus anguſtæ, & graciles.

Anguſtæ manus, gracileſque. Polemon inſidiſſimi. Adaman. rapaciſſimi hominis eſſe dicunt. Conciliator ſatis ineptè iracundos, & ſtolidos.

Manus


Manus valde paruæ.

Manus valdè paruæ; verſutæ, & furto gaudentes. Polem. Adaman.

Manus graciles, & obtortæ.

Manus graciles,& obtortæ,nugacitatis, voracitatiſque indicium. Adam. Quod ex Polemonis textu fortaſſe cecidit. Conciliator.Manus intortæ,& graciles,voracem,& loquacem,ex Alberto.

Aliæ hic manuum varietates adducuntur,cum digitis gracilibus,plenioribus,anguſtæ,& delicatæ.



Manus longæ cum digitis longis.

Optimam deſcribens manus qualitatem Ariſtoteles ad Alexandrum ait: Manus longæ cum digitis longis dominum ſuum ſignificant habilem ad multas artes, & præcipuè ad Mechanicas, ſapientem in operibus,& boni regiminis ſignum. Conciliator,quæ ab eo excepit,habet.

Manuum articuli generoſi.

In figura Ingenioſi tribuunt ei Polemon,& Adam. manuum,& pedum articulos generoſos.

Manuum articuli longi, craſſi, & aſperi.

Stulto,fatuo peſſimam manus formam tribnens Polemon ait, articulos aſperos, & craſſos, & oblongos. Adamantius extrema craſſa, & aſpera. Ego Polemoni aſſentior.

Manuum motus, languidi, & diſſoluti.

In ſchemate cinædi Ariſt. in Phyſiogn. aſcribit ei motum manuum languidos, & imbecilles. Polemon. vbi de collo agitur,ſolutas manus ei tribuit. Adam. verò eodem loco non χεῖρων λύσεις ſed ἄνεις, dicit.

Manuum colliſio, & fricatio.

In figura Auari tribuit ei Pol. & Adam. ſpiſſas manuum colliſiones,& fricationes.

Manus, & caput mouentes in loquendo.

Qui verò frequenter mouetur,& loquitur motu manuū eſt immundus,eloquens, & deceptor. Ar. ad Alexandrū eadem habet, Alb. ab eo. Ego potius loquacem, quàm eloquentem dicerem.

Manibus immotis loquentes.

Qui verò eſt abſtinens à motu manuum,hic verò eſt perfecti intellectus, bonæ diſpoſitionis, & ſani conſiiij. Ariſt. ad Alex. eadem Albertus.

Dextra, & ſiniſtra manu qui vtantur.

Verùm id prætereundum non duximus,quidnam morum portendat ambidexter vir,non qui conſuetudine, ſed qui à natura ita naſcatur. Cùm ſæpiùs multos ita videamus vtraque manu vtētes,vel ſiniſtra pro dextra: vocant Græci ἀμφιδέξιον, qui vtraque manu pro dextra vtitur. Homerus περιδέξιον, vtraque manu pariter vtentem. Ariſtophanes ambilæuum,ambifariam læuum.Hipponax ambidextrum,ſed prius ſciſcitemur cauſam è Medicorum ſcholis,ob quid id fieri contingat, vt certius quidquid præſagiat, nanciſcamur. Ambidextrum fieri hominem illa ratione produnt Phyſici,quòd calor cordis affatim ſe promat in ſiniſtrum latus,& hepatis ad dextrum,quòd verò ſiniſtra vtatur aliquis pro dextra, cauſam præbuerunt cor, item & hepar: vbi horum viſcerum affluentior ſe ſe vis in ſiniſtrum latus corriuat, id verò contingere, vbi in ſiniſtris tam cor, quàm epar ſitum manciſcatur. Mulierem verò ambidextram non effici author eſt Hippocrates. Retulit,& ſeptimo libro Plinius. Ratio eſt ex naturæ debilitate, ſi enim ambabus manibus ob neruorum robur viri vtuntur, optima ratione nulla mulier vtatur,ſed ſatis habeat, ſi vna dextra vel modicè vtitur. Amazonidas dextram amburere mammam ſolitas dicunt, vt in proximam manum plus commeans alimenti, robure concitaret ei, quæ per naturam inualida habebatur. Hos ego viros nunquam rectos, vel optimos exiſtimarem,tum qia quod præter naturæ ordinem naſcitur,defectum naturæ arguit, & præcipuè circa duo præſignia viſcera cor, & hepar, tum ex ſuperabundanti calore, ob id iracundos, validos, iniurioſos, & deceptores argumentarer, nec meam opinionem fefellit vnquam experientia, cùm eiuſmodi viros ſemper tales conſpexiſſem, & peiores homines eſſe,qui ſiniſtra ſola vtantur. Hyſmael Sophi Perſarum Rex ſiniſtra manu agiliore,& validiore erat,ob id ardens in crudelitate, vel ad breuiſſimum temporis momentum,& in Venerem pronus.

DE DIGITIS. Cap. XXXXIX.

DIGITI quinque numero,digiti pars qua flectitur nodus,ſiue articulus,quæ rigida conſtat,internodium. Ariſt.Animalium libro.

Digiti groſſi, & breues.

Groſſities digitorum,& breuitas ſignificat inſipientiam,& ſtoliditatem.Ariſtoteles ad Alexandrum. Polemon in fine operis hæc habet: Breues,& pingues digiti in pedibus ſtolidos oſtendunt, à quo quidem vitio exēptos eos dicimus,qui corpus neque pingue,neque breue habuerint. Albert. parui,& craſſi,inuidum,ferum, & audacem indicant.


Digiti breues tenues.

Breues, & tenues digiti ſtultum demonſtrare dixerat Albertus.

Digitis manus longi.

Vt videmus ſuperiori capite Ariſtot. ad Alexandrum ſcribens, longos digitos cum manibus longis mechanicum,ſapientem,& boni regiminis ſignificare dixit,& vbi optimum virum deſcribit,tribuit ei longas palmas, longoſque digitos declinantes ad ſubtilitatem. Plinius ex Ariſtotele prælongos digitos breuis vitæ ſignum eſſe dixit.

Viſuntur in hac tabella digitorum varietates, longorum, breuium, & mediocrium.



Digiti longi, molles, & inuicem diſtantes.

In figura Ingenioſi Polemon, & Adam. tribuunt ei ſimplices. Adam. molles, longos, & diſtantes inuicem. Plinius de picarum genere ſcribens, faciliùs diſcere ſermonem illas dixit, quibus quini ſunt digiti in pedibus. Inter nobiles, & plebeios diſcretionem digitorum facit numerus, qui præſtant quinos in pede habent digitos, cæteri ternos. Solinus, & Apuleius. Polyxena, vt à Darete Phrygio deſcribitur, digitis erat prolixis, ſed animo ſimplici, larga, & dapſilis.

Digiti verò conuerſi.

Digiti, qui curuantur ſurſum, ideſt qui retro curui ſunt (eſt enim inepta, & barbara Michaelis Scoti locutio) liberalem hominem, optimæ capacitatis, officioſum, & boni intellectus oſtendunt, & ſi minus eius doctrinam approbamus, id ratione, & experientia à veritate non abeſſe, ſæpiſſimè cognouimus: argumento à contrario ſigno rapacium animalium. Carniuoræ enim aues, & rapaces, vt Aſtur, Aquila, Falco, Accipiter, & ſimiles curuos digitos habentes, maximè rapaces ſunt. Idque etiam ex apparenti more. Qui enim largi apertis manibus, & digitis retro conuerſis ſunt: auari, & rapaces ſtrictas, & incuruas habent.

Digitis in manibus ſuperflui.

Qui ſex digitos in manibus habent, vel quatuor quemadmodum ſolet euenire, vt etiam claudi, & gibbi, aliquantum in prauitate ſuſpecti ſunt, quia minus in neceſſariis aberrauit natura. Eſt enim, vt ſæpiùs diximus præter naturæ normam. Volcatius Sedigitus in Poetica illuſtris habitus, dicunt appellatum fuiſſe ſedigitum, quod ſingulis manibus ſex digitos haberet Sic Horatij filiæ ſedigitæ appellatæ ſunt. Henricus Dux Polonorum læuo pede ſedigitus fuit. Fortiſſimè occubuit: Anna vxor eo argumento inter mortuorum cadauera inuenit. Croinerus.

Iactare digitos.

Digitos iactare inter loquendum, vehementis eſt naturæ. Socrates ſemper inter loquendum, agente id orationis vehementia, iactare digitos ſolebat, & crines vellere, vt etiam rectè Zopyrus Phyſiognom. iudicauerat. Erat & molliciei nota apud Ciceronem, vno digito ſcolpere caput.

DE COXENDICIBVS. Cap. XL.

MAGNA duo oſſa, ad os, quod ſacrum dicitur; appoſita, ingentibus proceſſibus pro diuerſa conſtructione, & partium, ad quas pertinent vicinia, variam denominationem habent, nam parte, qua crura in ſuo ſinu recipiunt, coxendices dicuntur, Græci ἰσχία. Surſum, vbi lata ſunt, verſus ilia, dicuntur ilium oſſa, vulgus anchas vocat, de quibus præſens eſt ſermo, ad pudenda, oſſa pubis dicuntur, rectiora in viris, recurua magis verſus exteriora in fœminis ne partum prohibeant.

Coxendicum oſſa exteriùs apparentia.

Ancharum oſſa, cùm exteriùs protenduntur, fortitudinem demonſtrant, & virilitatem. Rhaſes. & eadem ab eo Cone.

Coxendicum oſſa gracilia.

Ancharum gracilitas mulierum amatorem ſignificat, corporiſque debilitatem, & timorem. Conciliator ex Rhaſe.

DE NATIBVS. Cap. XLI.

IN poſtrema thoracis parte nates ſunt, homini tantùm ſunt hæ decenter comprobatæ, ſedendi muneri peraccomodæ. Ariſt. Animalium libro ait, ſubditum quaſi ſtragulum excretoriæ parti nates, ſiue clunes ſunt, & in Phyſiog. πυγὰς vocat Pol. & Adam. ἰσχία, quia eadem eiſdem quaſi verbis referunt, ideo ſub diuerſis nominibus de eadem re loquutos exiſtimamus.

Præſens tabella muliebres nates oſtendit, nam quæ ſcribimus facilè ſibi contemplari licebit.



Pli-

Pingues nates.

Quicumque carnoſas pingues nates habent,molles ſunt. Ariſt. in Phyſiogn. nates præpinguiores mulierum ſunt. Pol.& Adam. Has Conciliator ilia vocat. Hæ molli carne circundatæ muliebrem animum denunciant. Albertus eadem.

Oſſeæ nates acutæ.

Quicumque nates acutas habent,& oſſeas, fortes ſunt. Ariſt. in Phyſiogn. Pol.& Adam. oſſeæ nates virorum ſunt, Ariſt. in ſchemate Fortis ei dat nates contractas. Iidem duras dant. Conciliator ilia dura, ſolida ex oſſibus diſcreta: ferum, & bellatorem indicant, leonibus comparandum. Albertus eadem.

Humanas deſiccatas nates cum ſimiæ natibus comparandas adducimus, vt mutuas ſimilitudines intueare.



Graciles nates, ſiccæ, veluti deſiccatæ.

Nates modicè carnoſæ, veluti deſiccatæ malignos arguunt à ſimili ſimiarum ingenio, Polemon graciles,& modicè carnoſæ. Adamantius addit rugoſæ, veluti eliquatæ, verſipelles arguunt, tales enim habent & ſimiæ. Conciliator ilia hirſuta, rugoſa,& exili carne circundata, malignitatem teſtantur, ſimiis comparata. Albertus eadem.

Nates, neque rugoſæ, neque leues.

Optimam igitur mediam conſtitutionem Ariſtoteles natium conſtituens,in figura Fortis, tribuit ei iſchia,neque leuia, neque omnino rugoſa, idque ſi ad naturalem cauſam referre licet.læuitas ex humiditate; rugoſitas ex ſiccitate prouenit, qui igitur nates inter rugoſas, & leues habuerit,temperatus erit inter humiditatem,& ſiccitatem fortitudinis indicium.

DE FOEMORIBVS. Cap. XLII.

MEMBRI inferioris bipartita conſtructio, crus & fœmur quod biceps eſt, fœmoris pars ima tibiis annectitur, ſuperior coxendicis. Hæc homini carnulenta ſunt, cùm animantes cæteræ vacua carne habeant, neruoſa ſunt, oſſulēta, & rigida, cauſa quòd homo ſolus animalium erectus eſt, vt facilè ſubſtinere ſuperiora poſſet, parti ſuperiori corpulentiam dempſit, inferiori addidit. Ariſtoteles Animalium libro, cui μηροὶ dicuntur. Pol. & Adam. de iis verba non faciunt, quùm, quæ de tibiis loquantur, de eiſdem intelligi iubeant.

Fœmora oſſea, neruoſa.

Qui coxas oſſeas, & neruoſas habent, fortes ſunt, & referuntur ad maſculinum. Ar. in Phyſiog.

Fœmora mollia, & inarticulata.

Qui verò oſſeas, & carnoſas habent coxas, molles ſunt, & referuntur ad fœmininum. Sed Ariſt. textus in Phyſiogn. corruptus eſt, cùm non oſſeas, ſed pingues, vel inarticulatas dicere deberet, nam hæc ad fœmineam naturam ſunt ſimilia, cui infert Pol. & Adam. De tibiis loquentes, & de his intelligi præcipientes, coxæ aiunt inarticulatæ, & molles timidiores, & imbecilliores arguunt. Idem in figura Fatui improbi tribuunt ei crura craſſa. Galenus de Hippocris, & Platonis decretis, ait de Phyſiognomonia tractans, quæ laticlunia ſunt, frigidiora animalia dicat, & timidiora eſſe conſueuerunt. Inferna mulierum magna ex parte craſſiora ſunt: virorum autem ſuperna; cuius ratio eſt in frigiditate, & calore, nam frigidiori muliebri naturæ, alimenti, vnde augeſcit corpus portio minima ſuggeritur, quod efficere calor poteſt, reſidens verò in imo, id corpulentius efficit, & auctius, in maribus verò contrarium euenit, ſiquidem caloris copia ſurſum defertur alimenti pars magna, vbi effectum oſtendit ampliorem.

Coxæ mediocriter carnoſæ.

In figura Ingenioſi tribuunt ei crura, & fœmora non admodum carnoſa. Polemon, & Adamantius, id eſt bene nutrita.

Crura breuia.

Breuia crura maleuolos, alieniſque malis gaudentes, & inuidos oſtendunt, vt ex doctrina brachiorum habemus, & ex Polemone peſſimos, & malorum miniſtros. Selinus Baiazetis filius Turcarum Tyrannus decimus, procera ſtatura fuit, verùm breuioribus cruribus. iniuriarum memor, ingenio perfidus, præceps in auerſam venerem, raròque cum pellicibus coibat.

DE GENV. Cap. XLIII.

FOEMORI genua annectuntur, ibique vertebra eſt, quæ ſedendo, vel ambulando ita ſe flectit, vt literæ græcæ figuram habeat, retro poplex eſt, anterius mola, ſiue patella foris adiecta eſt, cuius munus eſt iuncturam tueri, curuaturæ & flexui partium præeſſe, faciliorem que motum efficere.

Genua carnoſa.

Multitudo carnis in genubus ſignificat debilitatem virtutis, & molliciem, & referri poſſunt ad mulieres, quæ genu craſſæ ſunt. Ariſt. ad Alex.

Genua rumorem facientia.

Qui γονύκροτοι fuerint: cinædi ſunt, & ad apparentem conuenientiam refert Ariſt. in Phyſiogn. Sueſſanus pro γονυκρότους genucraſſos ſatis ineptè interpretatur, cum κρότος ſtrepitus ſit, non craſſities,

ties,atque per eos Ar. intelligit,quibus deambulando genua ſtrident,& rumorem faciunt, vt articuli manuum compreſſi facere ſolent. Pol. in figura Cinædi γονάτων κρότον, id eſt, genuum rumorem faciens. & Adam. γονυκρότους vocat, idem exprimens.

In ſubiecta tabella inſpice humana genua ſeſe collidentia.



Genua intus innuentia, & ſeſe collidentia.

Genua, quæ intus vergunt. Pol. addit Adam. Sicut ſe collidentia: mulieroſos, fœminatoſque innuunt. Conciliator: Genna inter ſe complexa, vt collidantur, fœmineam naturam oſtendunt. eadem Albertus.

DE TIBIIS. Cap. XLIIII.

TIBIA ſubiacet genu, à quo initium capit, & ad talos deſinit, Tibia dicebatur ab Hetruſcis, quia ex oſſibus tibiarum muſica inſtrumenta coficiebant, quæ tibias vocauerunt. Tibia per omnia bracchio reſpondet, vt fœmur vlnæ, adeò vt habitus, & decor alterius ex altero dignoſcatur, Græcis κνῆμαι dicuntur.

Tibiæ neruoſæ, & robuſta.

Qui tibias habent articulatas, neruoſas, & robuſtas, anima fortes ſunt, & referuntur ad maſculinum genus. Arict. in Phyſiogn. & ad Alex. deſcribens ait: Tibiarum groſſities deſignat audaciam, & fortitudinem, intelligens per groſſitiem, ex barbara interpretatione, articulatas, robuſtas, & neruoſas. Pol. & Adam. Qui articulatas, ſolidas, & magnas tibias habuerint, egregiam naturæ generoſitatem, Adamantius addit & aptitudinem demonſtrabunt. Iidemque forti tribuunt crura carnoſa. Homerus Vliſſem deſcribens ait:

Cruribus, & tibiis, & ambabus manibus

Ceruiceq́ue forti, magnoq́ue robore.

Iouius Sfortiam deſcribens,ait, cum fuiſſe toroſis,& parum teretibus cruribus, & maximè ad ſuram,& erat eximiæ fortitudinis, & generoſitatis.

Tibiæ inarticulatæ, & molles.

Quibus contra inarticulatæ, & molles tibiæ, timiditatem, & imbecillitatem arguunt Pol. & Adam. Ab his Concil.Crura mollia fœminitatis ſiguum; Zeno Citticus,vt ex Diogene habetur, crura turgida,imbecillia, infirmaq́ue habuit.

Tibiæ valde exiles.

Per graciles tibiæ,timiditatem,& improbitatem notant Pol,& Adam, Sad Ariſt. in Phyſiogn. in figura Timidi crura breuia ei tribuit,ex quo ipſi exceperunt.C.Caligula huiuſmodi tibiis fuit, & apprimè timidus,vt diximus. Sed ad Alexandrum ſcribens, tibiarum gracilitatem, ignorantiam notare dixit,ſed textus ex Arabica tranſlatione malè verſus eſt; nam ſi craſſitiem fortitudinem notare diximus, à ſuo contrario exilitas debilitatem, & timiditatem indicat.

Inferior tabella tibias graciles, & neruoſas habet, cum hircinis, & auicularibus comparandas.



Tibiæ graciles, & neruoſæ.

Quicumque tibias graciles,& neruoſas habent, luxutioſi ſunt, & tefetuntur ad aues. Atiſt. in Phyſiogn. Tibiæ ſi præter gracilitatem neruoſæ fuerint, immodeſtiſſimam intemperantiam arguunt. Pol.& Adam.Sed Pol. in figura Luxurioſi depingit cum imbecillibus cruribus, & neruoſis,& totus eſt vitij generis. Conc.Crura ſubtilia,& neruoſa abundantiam Veneris indicant,cùm eorum humiditas nutrimentalis conuertatur in ſperma. Ariſtoteles Peripateticus gtacillimis fuit crutibus,& luxurioſus, vt à Diogene deſcribitur. Caligula maxima fuit ceruicis, & cturum gtacilitate,vnde nec ſuæ, nec alieuæ pudicitiæ pepetcit. Domitianus etiam fuit deformus crurum gracilitate, quæ tamen ei longa valetudine remanſetunt. Ex Suetonio. Vladiſlaus Poloniæ Laſconogas dictus à tibiarum ſubtilitate fuit,& luxurioſus, vt ex Cromero habetur. Ego quamplurimos amicos habeo tibiis prægracilibus,vt auium,vel locuſtatum potiùs, quàm humani genetis videantut,& ſunt immodetatæ,& inexplebilis luxuriæ.

Tibiæ, & calcanea craſſa.

In figura Rudis Ariſt. in ſuis Phyſiogn. ttadit ei cruta citca malleolum craſſa, carnoſa, & totunda, à quo illuſtres ſequaces, de tibiis loquentes. inquiunt: Tibiæ, & calcanea craſſa ſeruilia ſunt,& hominem indoctum arguunt. Has tibias iuxta talos Polemon in fine etiam tribuit effœminato. Sed in figura Rudis iidem cruta craſſa,ſed non vſque ad talos tribuunt,ab Atiſtotile accipientes, & ſtulto ſatuo eadem craſſa cruta tribuunt. Sed ne decipiantur lectores, vel addendum eſt, iuxta calcanea, vel intelligendum pet cruta tibiam craſſam à genu vſque ad calcanea. Conciliatot ab his,ctura & cauillæ groſſæ,incompoſitæq; exiſtentes, hebetem, & inuetecundum oſtendunt.

Crura circa talos carnoſa.

In figura Fortis ttibunnt ei ctura citca talos carnoſa,non craſſa. Pol. & Adam.

Cruribus claudi.

Claudos ſalaces dixit Ariſt. Ptoblematum libto,& affert cauſam. His enim,vt parum alimenti deorſum proptet crurum vitiationem labitur,ſic multum loca petit ſuperiora, ſeque in ſemen conuertitur. Antianira Amazonum Regina,vt ex Theoctyti interptete elicitur,in claudos, qui ad Venereos vſus implendos præpotentes eſſent, dixit, Optimè claudus init. Indeque natum dictetium putant in ſalaces claudos,quòd domi tota die deſidentes: perpetuò ferè Venereis intenti,agant, vt Hieronymus ad Iouinianum refert. Socrates repandis fuit crutibus.Hos improbos eſſe nemo eſt qui ambigat, quia magno membro vitiati ſunt, & præſigue eſt apud Medicos dogma, non eſt tam bona complexio, quæ ſi membro aliquo decurtetut, ſuum ſtatum in peius non mutet. Aiunt alij,hos ſuperioris naturæ opere infortunatos eſſe,ob id maximè præcauendum ab infortunatis, & diminutis, quia occultum nocumentum ferunt ſecum tractantibus, & tutius ſe homo ab hoſte, quàm ab infelici amico tueti. Ob id ſummum Ariſtoteles Alexandro Macedonum Regi intet præcepta memoriæ commendanda, iubet cauere, & præcauere ab homine infortunato,& diminuto in aliquo membro,tanquam cauendum ab inimico, Sed qui clauditatem non in laſciuiam, ſed in virtutum ſtudio, & diligentia commutarunt, hos ex Hiſtotiis collegimus. Ardroclides Lacon crure debilis,cum bellatoribus ſe immiſcebat,& cû ab aliquibus prohibetetur,quòd parum robuſtus videretur, reſpondit. In aciem congredi eos opottete,qui de ptælio cogitent,non de fuga. Romanus Cocles liberator ptincipis tettarum populi, quum ei vitium cturis obiectaretur, per ſingulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei, quippe pertinax occupatio Pontis aduerſus Hetruſcam vim grauius adſultantem eam illic conttaxerat calamitatem.Scite igitur apud Lacedęmones ex Delphico oraculo obſetuatum fuit,tunc eorum impetium caſurum, quum Claudus imperaret. Vulcanus claudus à Poetis fingitur, ac Veneris maritus, id eſt, luxuriæ, cùm hoc ſigno luxurioſi ſignificarentut. Matulus Poeta claudus fuit, ex Ctinito.

DE SVRIS. Cap. XLV.

PARS tibiæ ſura eſt, ea enim ex anteriore parte tenuis, & carnis expers eſt retro carnoſa, vt in ventrem turgeſcens. Græcis γαστροκνημία, id eſt cruris venter dicitur Latinis ſura.

Valdè craſſæ ſuræ.

Quicumque tibias valdè ſuperfluas habent, veluti parum diſruptas, odibiles, & inuerecundi ſunt, & referuntur ad apparentem decentiam. A quo duo ſequaces. Prægnantes tibiæ in medio craſſeſcentes, abhominabiles, inuerecundos, & luxurioſos notant. Conciliator. Crura ſatis prominentia tanquam prægrauida, aſſentatorem, intemperantem, & impudicum oſtendunt. Albertus, ſordidum, & ſeruilium morum dicit,

Deorſum contractas, & deorſum ductas ſuras præſens oſtendit tabella, oculis conſule.



Suræ deorſum contractæ,

Contractæ deorſum ſuræ, fortem virum innuunt. Ariſtoteles enim in figura Fortis tribuit ei ſuras deorſum contractas. Surarum prægnantia ex humiditate prouenit, vt in mulieribus videre eſt, quæ humidæ cùm ſint, prægnantes habent ſuras, contractæ verò, & deorſum ductæ ex caliditate, ob id viriles. Ex huiuſmodi ſignis Laodamas collegit apud Homerum hoſtis fortitudinem.

Quantum ſuris, humeriſqu, toriſque
Colligere eſt, &c.

Suræ ſurſum ductæ.

A contrario ſigno ſuras ſurſum ductas, timiditatis ſignum notare Ariſtot. in ſuis Phyſiogn. in ſchemate timidi dixit, qui tales ei aſcribit.

Suræ molles.

Molles autem ſuræ effœminatis aſcribuntur: à ſexu muliebri. Albertus.

Suræ moderatæ magnitudinis.

Moderatæ magnitudinis, & plenitudinis, ſolidæque, & diſcretæ adinuicem, optimum ingenium indicabunt.

DE TALIS PEDVM. Cap. XLVI.

PEDES communi quadam appellatione id omne vocamus, quod ab ima tibia ad extremos vſque digitos continetur. Ariſt. Animalium hiſtoria,& multiplici oſſe conſtat; cuius poſterior pars calx eſt,de quo præſens erit ſermo,in ſequenti de priori. Græcis σφυρὰ dicuntur.

Tali neruoſi, & articulati.

Quibus ea, quæ circa talos ſunt, & neruoſa, & articulata fuerint, fortes ſunt ſecundùm animam,& ad maſculinum genus referuntur. Ariſt.in Phyſiogn, idemque ad Alexandrum ſcribens, Latitudo,ait,talorum, & tibiarum, fortitudinem innuit corporis. Duo interpretes. Tali bene diſcreti (Polemon addit) & ſolidi, generoſi viri ſigna præbent, & in figura Fortis dant ei, quæ circa talos robuſta,& ingenioſo robuſtos talos.

Tali inarticulati, & carnoſi.

Quibuſcumque ſunt tali carnoſi,& inarticulati, molles erunt ſecundùm animam, & ad fœmininum genus referuntur. Ariſt. in Phyſiogn. Adamantij Paraphraſtes. Tali molles, leueſque effœminatum. Sed Polemonis textus λεῖον, non λεῖα habet,ex Adamantio corrigendus. Rhaſes. Calcaneum gracile timorem ſignificat. eadem eius ſimia.

Tali valdè graciles.

Graciliores tali timidum, intemperantemque demonſtrant. Adaman. ſcribit; ſed Polemon inſidioſum, & intemperantem habet; lapſus fuit ex δόλιον, & δειλόν. Talus enim ex extremis eſt partium,quæ ſi alicui gracilia fuerint,timidum,& imbecillem ſignificabunt, non inſidiatorem.

Tali craſſi, calcanea aſpera, carnoſi pedes, curti digiti, & prægnantes ſuræ.

Præpingues tali,aſpera calcanea, (Adamantius craſſa) corpulentiores pedes,curti digiti,prægnantes tibiæ, frequentiſſimè deſipientes,luxurioſos, & vt Polemon addit, Dæmoniacos ſignificabunt. Albertus, pars intra pedum,& calcanea ſi longa,& carnoſa ſint, ſtultum,& inſanum indicabunt, refertque ſæpiùs expertum Polemonem efficacius ſignum eſſe, ſi contingat vaſtos digitos,& humiles eſſe. Sed Polemon nil,niſi quod ſcripſimus, habet.

DE PEDIBVS. Cap. XLVII.

PEDES Græci πόδες dicuntur, qui fuerint diximus.

Pedes bene formati, magni, articulati, & neruoſi.


Quibuſcumque pedes bene formati, magni, & articulis diſcreti, & neruoſi; fortes ſunt,ſecundùm ea, quæ ſunt in anima,& reducuntur ad genus maſculinum. Ariſt. in Phyſiogn. Sed Pol. & Adam. Neruoſi pedes,& articulati, generis,& morum nobilitate inſignem præmonſtrant virum. Addit Polem. qualis Hercules fuerat,& in figura Fortis tribuunt ei pedes bene articulatos. Concil. Pedum ima diſcreta, & articulata,

clarum, generoſum,& virile notat ingenium. Albertus eadem. Dares Phrygius Polixenam opti-mis pedibus fuiſſe dicit,& animo ſimplici, & dapſili.

Pedes parui, graciles, & inarticulati.

Quicumque autem pedes paruos,graciles, & articulatos habent, delectabiliores viſu, quàm robuſtiores,molles ſunt, ſecundùm ea, quæ ſunt in anima, & referuntur ad fœmininum genus. Ariſt. in Phyſiogn. Teneri,& carnoſiores pedes, molliores hominnm mores ſignificant. Adam. Sed addit Pol. Si & alia ſigna concurrant. Rhaſes,& Concil. ab his. Pedes parui,pulchrique fornicatorem, & iracundum hominem arguunt. Huiuſmodi pedes Homerus dat Telemacho.

Eiuſmodi pedum genera ſubiecta pictura indicat.



Carnoſi, & groſſi pedes.

Pedes carnoſi, & pingues ſignificant fatuitatem, & amorem iniuriæ. Ariſt. ad Alexandrum. Pol. & Adam. in figura Fatui improbi tribuunt ei manuum,& pedum extrema pinguia, & dura. Rhaſes, & Concil. ab eis. Pedes carnoſi, & duri, intellectus praui, fatuum, & incurioſum notant. Camelo, & vrſæ pedes carnoſi ſunt, qua de cauſa longo itinere ſine calceatu fatiſcunt, qui ſtolidi ſunt,& fatui pernicioſi, ex Ariſtotele.

Pedes parui, & graciles.

Pedes verò parui,& leues ſignificant audaciam, & fortitudinem. Ariſt. ad Alexandrum, ſed textus ex Arabia tranſlatione corruptus eſt, quæ ſui interpretes habent, rectiora videntur. Parui pedes (addit Polem. & graciles) veteratorem arguunt. Albertus,prætenues,& breues pedes malignum produnt hominem.

Pedum articuli generoſi.

In figura Ingenioſi tribuunt ei Polemon, & Adam. manuum, & pedum generoſos articulos, id eſt, benenutritos, idem nec nimium eleuatos,nec depreſſos, ſed decenter formatos.

Pedes curti, & pingues.

Præmutuli, ac pingues pedes ſunt immanis naturæ. Pol. Adam. Craſſi, & breues pedes valdè notant

notant firmum hominem, ſed puto ferinum,non firmum ſcribere voluiſſe Albertum.

Oblongi pedes.

Oblongi pedes multa molientem , ac malorum artificem innuunt. Pol. Adam. Pedes plurimum prolixi doloſitatis,& perniciei indicia præbent. Conc.& Albertus. Suum Pſeudolum Plautus,qui multa contra Lenonem moliebatur,naſrumque hominem deſcribens, ait, magnis pedibus eſſe. Cui reſpondens Leno: Perij, inquit, poſtquam dixti pedes.

Pedes curui, & infrà concaui.

Gibboſi pedes, inferne caui , prauitatis dant ſignum. Adam. & Pol. Sed poſtremus in figura Effœminati tribuit ei pedes σκαφοειδεῖς, id eſt,concauos,in ſcaphæ modum efformatos. Conc. Alb. Curui pedes,& concaui reprobi ſunt,quia verſutam,& malignam mentem denunciant.

Inſpice in præſenti figura hominis pedis plantam planè incedentem cum vulpina comparandam.



Pedis planta plana, vt talis incedat.

Quibus pas interior plantæ non coucaua,ſed ita planiuſcula eſt , vt ſolum toto attingat veſtigio, ij verſuti ſunt,& fraudolenti. Pol. & Adam. Similiter autem , & qui adæquatas plantas habuerint,vt quaſi talis incedant,fraudulenti ſint, vbi corrigendus eſt Polemonis textus : nam vbi Adam. ἔστω ὁμαλὰ ipſe ὁμαλοὺς habet,vt ipſemet Polem.in fine ſui libri idem recenſendo habet.Qui pedis cauitate carent, vt plana planta incedant, ij fraudulenti ſunt,vt ita incedat vulpis. Ab his eadem Albert. Plautus ſimiles pedes habebat,& à ſimili pedum affectione nomen aſciuit,nam à pedum planitie, Plautus dictus fuit, quùm prius M. Plotus diceretur , vt à Sexto Pompeio habetur, & in eius Comœdiis mira eius calliditas apparet.

Pedes mediocris cauitatis.

Satis mendoſè Albertus ad hæc, ſed ſua ſententia eſt, Pedum ambitus cauitatis mediocris, honeſti,& circumſpecti hominis ſignum eſſe. & ſic viſus eſt mediam cauitatis,& planitiei pedum conſtitutionem tradidiſſe.

DE DIGITIS PEDVM. Cap. XLVIII.

PARS pedis digiti ſunt diſcriminata in quinque, ſpeciem magis, quàm vſum præbentes. Ariſt. Animalium libro.

Digiti curui pedum.

Quibus pedum digiti curui, inuerecundi ſunt, & referuntur ad aues curuorum vnguium; hos coruos,ſturnos,& ſimiles exiſtimamus, quæ & curuos digitos habent, & impudentes ſunt.

Demonſtrat ſubiecta figura conſeptam digitorum formam, & paluſtrium auium cum humanis pedum digitis.



Conſepti pedum digiti.

Quibus pedum digiti conſepti ſint,timidi,referuntur ad coturnices,& aues ſtrictorum pedum in lacubus degêtes,ſed Grecus textus mẽdoſus eſt, nam non ὄρτυγας legendũ,ſed ortix auis paluſtris non eſt,ſed ὄρνιθας reponendum.Sunt enim aues paluſtres multæ digitis pedũ anguſtius iunctis, quaſi membranoſæ,& timidæ ſunt. A quo Pol. Sed vix ex textus corruptione ſenſus elicitur. Qui vt paluſtres anguſtis pedibus ſunt, fatuos, & pauidos cenſebis. Et parum ſuperius iuxta finem, qui pedum digiti parum fiſſi, vt auium anguſtorum pedum, impudicos exiſtimabis. Sed Albertus ſuæ ingentis doctrinæ magnitudine frenes, ita ex his: Digiti cohærentes, & coniuncti, inui-

inuidum oſtendunt. In multis amicis obſeruaui digitos, in quibus interſepiens membrana ferè vſque ad primos auiculos occupabat, & timidiſſimos deprehendi.

Ecce ſuillos digitos cum humanis comparandos ſimul coniunctos.



Compacti digiti.

Digitos quicumque copulatos habuerint, luxuriæ obnoxios indicabis, inſtar ſues. Polem. Suillos, & fœdos mores. Adam. dixit. Conc. Digiti cohærentes coniuncti immundum notant, ſus enim, vt ex Ariſtotile habetur, Animalium libro inter ſolipedes, & biſulcos ambiguus eſt, à quo Plinius ſues ex vtroque genere (ſcilicet ſolipedorom, & biſulcorum) exiſtimatur, ob id fædi eorum tali.

Contracti digiti.


Qui contractos digitos habuerint, vafri, & perditiſſimorum morum ſunt. Pol. addit Adam. & auari. Conc. & Alb. Digiti collecti, & conglobati, auarum, & malignum oſtendunt.

Mediocriter diſtantes digiti.

Qui mode rato ſpatio à ſe diſtant, leues, & loquaces dicunt. ex Alberto.

Subie-

Subiecta tabella digitos breues exiles, breues craſſos, & exiles longos oſtendit.



Digiti breues, & valdè exiles.

Digiti plus nimio breues, exileſque, pauciſſimi intellectus hominem monſtrāt Adam. Sed Polemon longos dicit, & male, faciliſque fuit lapſus ex μακρου, & μικρου, cùm longitudo digitorum, vt videbimus paulo poſt, allud ſignificet. Conc. Parui, & tenues digiti ſtultum monſtrant.

Digiti breues, craſſique.

Præmutuli, craſſique digiti, temerarium, improuidum, & ferinum dicunt Pol. & Adam. inſipientem, & ſtolidum ſignificare dixit Ariſt. ad Alexandrum.

Digiti longi, & graciles.

Qui oblongos, gracileſque rudioris mentis virum figurant. Adam. addit Pol. nugatorem, & oſtentatorem. Concil. Nimium prolixi, & tenues valdè a ſapientia alienum indicant. Eadem Albertus, ſed vicino smalè addit.

Digiti moderatè magni, & commenſurati.

Si verò moderatæ magnitudinis, & commenſuratæ conſtituerint ſuo; omnium optimi erunt digiti. Adam. Addit Pol. & concinnæ formæ. Concil. Digiti qui condecentis fuerint ſpeciei, & magnitudinis temperatæ, optimos mores teſtantur. Albertus eadem.

DE VNGVIBVS. Cap. XLIX.

VNGVIVM forma teres, concauis tegminibus digitorum faſtigia comprehendens, partim ad digitorum munimentum confert, quorum ſubſtantia carne eſt durior, oſſe mollior. Pol. & Adam. dicunt, ipſos per ſe infimam habere rationem, id eſt, minimam ex humani corporis partibus. Sed Polemonis textus corrigendus eſt, nam vbi μοὶ, ibi μὴ accommodandum, nam alioqui contrarium innueret.

Subiecta tabella coruinos pedes cum humanis affert; quorum ſimilitudinem contemplare.



Vngues curui.

Quibus pedum digiti,& vngues curui, impudentes ſunt, & referuntur ad aues curuornm vnguium, vt diximus ex Ariſt. in Phyſiogn. Coruus natura procliuis ad furtum, cicures enim nummos, & quæcumque poſſunt ex domibus iu hortulis, vel latebroſis locis abdunt. Pol. & Adam. valdè torti vngues notant rapaces; ſed Adamantius impudentes addit ex Ariſt. & quamoptimè Albertus vngues inflexi, curui, rapaces, & impudentes oſtendunt, & ſi ſunt macilenti futuram phthiſim præmonſtant.

Vngues longi, & curui.

Anguſti, prolixiores, curuiq́ue vngues, malè ſenſatum, & ferinum oſtendunt. Polemon, & Adaman. Cuius rationem in ſuis Problem. Georgius Valla affert. Natura vnguium nouere omnes è ſuperfluitatibus eſſe. Naturæ enim progreſſum eſſe de calore procreatum, anguſtiam verò vnguium hebetudo,& ruditas ſequi conſueuit, quod in ipſis caliditas infima ſit, nec latum efficit progreſſum, quo ſuperfluitates explicentur, dilatenturq́ue, id proptetea qui ſunt eiuſmodi pauci coloris,& perinde hebetes,& ſtolidi, omnis ſiquidem frigiditas ſtuporém efficit, & hebetudinem, id eſt, anguſtos habentes vngues hebetes,& minimos ingenioſos eſſe contingit. Alexander Aphrodiſeus dicit in ſuis Problematis, eos, qui tabe laborant, vngues habere aduncos. Ratio eſt, quia vngues corpore conſtant ſolido, tabeſcere nequeunt, quippe cùm affici difficulter poſſint, quod ſolidum eſt, verùm carne, vndiq; tabefacta, ſpeciem aduncam illam ementiuntur, ſenſumq́; decipiunt. Ego hos ad arpagones, & fures referrem, ſunt enim accipitium,& miluorum anguſti, longi,& curui vngues. Plautus coquos omnes fures appellat, in Pſeudulo.

An tu inuenire poſtulas quemque coquom,
Niſi ſit Miluinis, aut Aquilinis vngulis.

Rotundi vngues.

Valdè rotundi vngues libidinoſitatis indicium. Pol. Adam. Vngues rotuudi in Venerem pronos declarant. Albertus.

Vngues carnoſi.

Vngues, qui carni inhæſerint. ſenſuum hebetem,& ferinum oſtendunt. Adam.

En humanos vngues imbricatos cum ſimiæ obuios.



Vngues breues, pallidi, nigri, & aſperi.

Breues admodum, & nigri vngues, veteratorem oſtendunt. Polem. Sed Adamantius valdè breues vngues veteratorem monſtrare ait, & ſimiliter, ſi pallidi,nigri,vel imbricati fuerint.Alb. ſatis inuolutè. Breues nimium vngues pallidi,nigri,& aſperi,malignum oſtendunt.Ego ad ſimias referrem, ſatis enim ſimijs vngues imbricati ex Plinio.

Finis Libri Secundi.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI
DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA, LIBER TERTIVS.

PROEMIVM.

SVPERIVS poſt ſuperciliorum tractationem, conſtitutus erat oculis ſermo, ſed quia ipſi nobiliſſimæ ſunt corporis partes, & in eis præcipua Phyſiognomoniæ vis conſiſtit, in præſenrem librum delegimus. A prudentiſſimis quibuſue dictum eſt, vt vultus animi imago, ſic oculi vultus indices ſuut. Alij oculos animi fores vocarunt, quia ex eis ſoras emicat. Ait Polemon: Oculi arcana cordis manifeſta reddunt, quoniam ſigna, quæ in oculis cernuntur, idola ſunt affectionum cordis. Loxus, referente Alberto, ſcribit, omnis Phyſiognomoniæ perfectio in oculis conſiſtit, & oculorum ſigna potentiora eſſe cæteris, quæ in vultu conſpiciantur, & ſi oculorum indicia confirment illa; cæterorum membrorum tunc firma, rataq; eſſe dixit, ſi contraria fuerint, præualent ſigna oculorum; cætera verò infirmantur. Plinius inquit, nulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, vel homini maximè, id eſt moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, & lætitiæ. Profecto in oculis animus inhabitat. Hinc illæ miſericordiæ, hos cum oſculamur, animum ipſum videmus attingere, animo videmus, animo cernimus, oculi, ceu, vaſa quædam viſibilem eius partem accipiunt, atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Hippocrates. Viribus infirmis oculi caui ſunt, ſquallidi, & decolores, robuſtis florido colore vigent, pleniore mole conſtant, & ſpiendido humore affluunt, celerius verò in oculis, qnàm in aliis partibus colorum mutatio: ob eorum muuditiam, nitoremq́ue. Galenus diuinum membrum vocat; & caput à natura factum propter oculos putat, cum illis totus conſpiciatur animus, & cerebro, in quo eſt præcipua animi facultas coniunxit, in ſinuoſa recondit valle, prominentibus ſuperciliis, vt fierent quaſi vallo obſepiente ad propugnacula partium toto corpore præcloſiſſimarum. Aphrodiſeus in ſuis Problem. ait: Ob id nos, cùm puduit oculos deorſum vertimus: quia natura oculos animi ſpeculum conſtruxit, quippe cùm cæteras quoque affectiones animi per oculos intelligimus, videlicet quùm angimur, cùm iraſcimur, & cùm verecundamur, quòd cùm animus perſonam quampiam reuerendam aſpiçere. liberè, atque alloqui audentius temperet, palpebras trahi deorſum à muſculis cogit, quaſi occulens partem, qua facultas conſpiciendi adminiſtrari ſolita eſt. Hecuba apud Euripidē ne Polimeſtor ex vultu turbulento, & in feſto dolos, ac inſidias ſentiret, faciem demiſſam in terram, & auerſam tenet, ne aſpiceret oculos Thrax, certos animi indices, idq́ue facere ſe ait propter mutatæ fortunæ pudorem, cùm indecore ſit fœminis impudentiùs viros intueri, inquit enim:

Ore aduerſo te intueri pudet
Polymeſtor, in eiuſmodi ſitam malis.
Tibi enim, cui beata viſo ſum, me conſpici pudet.
Nec te queam rectis intuere oculis.
Cæterum illud non arbitrere maleuolentia tui.

Fieri Polymeſtor, eſt enim & aliud quiddam cauſæ, præterea lex eſt:

Ne fœminæ aduerſæ ſpectent viros.

In oculis D. Bernardi angelica quædam puritas, & columbina ſimplicitas radiabat, tanta erat interior quies, & pulchritudo, vt euidentibus ſignis inde foras erumperet. Tandem oculorum vſu vitam à tenebris, & morte diſcernimus.

DE OCVLORVM QVANTITATE. Cap. I.

QVIA multifaria eſt oculorum conſideratio, quippe de quantitate, ſitu, colore, motu, forma, & contuitu quoque, multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſubmiſſi, blandi, & ſimiles. A quantitate incipiemus. Oculi, vt Ariſtotiles Animalium libro ait, ſubiacent ſuperciliis, quorum partes inferiùs, & ſuperiùs tegentes palpebræ appellantur. Pilos, qui in extremo palpebrarum ambitui adhærent, cilium nominamus. Dicuntur oculi, quaſi capite occulti, vel quia anima occulta reuelat.

Tabulam Domitiani vultum delineatum afferentem adducimus, vt ex marmoreis ſtatuis, & æreis numiſmatibus excerpſimus, & oculatæ piſcis, iconem ſimul, vt horum exemplo opportuniùs contempleris.



Oculi valdè magni.

Grandiores oculi ab omnibus improbantur, nam pigrum demonſtrant. Ariſtoteles Animalium libro, & ſimiliter ab eo Galenus in eo libro, Quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur, nam ſi magnitudini oculorum concinnitas deſit, & operationum virtus, multam quidem ſubſtantiam, non tamē bene temperatam oſtendit. Sed videamus & quid Philologi doctiſſimi de magnitudinis oculorum cauſa dixerint. Democritus Abderita propter ſuperfluam humiditatem magnos oculos oriri ait, eius amplificationis cauſam humidam eſſe, atque eiuſmodi magnitudine præditos talem ſortiri naturam. Herophilus autem de calido oriri dixit, nam ſic humidi, quàm calidi eſt amplificare, & caloris vehementia, qui in prima formatione ſurſum confertim magis, copioſuſque efferebatur, non oculos modò, ſed os ipſum, reliquosq; meatus ampliores factos ait. Galenus in libro De temperamento ambos à veritate aberrare dixit, vno, quod vnius particulæ occaſione de toto corpore pronunciare ſunt auſi, altero quod formatricis in natura virtutis, quæ artifex facultas eſt, & particulas ſecundùm animi mores effingit: parum meminerunt. De hac Ariſtoteles dubitauit, numquid diuinioris originis ſit. Albertus hos pigros vocat,

natu-

naturalemque cauſam prouenire dicit ex frigido,& humido temperamento, vt phlegmatici, & qui phlegmate abundant oculos magnos habent (ſunt enim oculi frigidi, & humidi) ob id eiuſmodi habentes ſunt pigri. eadem Rhaſes, & Conciliator, in ſuis verò Phyſiognomonicis oculos magnos habentes pigros dicit,&ad boues refert. Piſcis Melanurus,oculata vulgo dictus, oculos habet ſecundùm ſuæ magnitudinis proportionem maximos. Oppianus eum imbecillem, & timidum dicit,immò piſcium omnium timidiſſimum. Hepetus ſegnis eſt,nec à ſuis ſpeciebus oberrat ob timorem,oculis eſt maioribus quàm corporis proportio requirit. Domitianus, vt Suetonius refert, prægrandibus oculis fuit, verùm acie hebetiore, ob id minor ingenij vis, & diſcipſina.

Oculi magni, & liuidi.

Qui oculos magnos habent,& præcipuè ſi ſint liuidi,inuerecundus, inuidus, piger, & inobediens eſt, vt Ariſtoteles ad Alexandrum ſcribens ait. Cocles verò ex ſe addit, timidos, loquaces, & ſtolidos.

Tabellam denuo adducimus,vt Socratis oculos magnos,& concinnos contempleris.



Oculi magni, & concinni.

Idem ad eundem ſcribens, optimos oculos, & laudabilis naturæ magnos dicit,ad rotunditatem declinantes. Galenus in libro De arte medicinali, oculorum magnitudinem,ſicut de capite dixit, aliquid boni,aliquid mali indicare,nam ſi magnitudini concinnitas oculorum adſit, & operationum virtus multitudinem bene temperatæ ſubſtantiæ oſtendit, ex qua ſunt conformati. Homero βοῶπις dicitur, quòd oculos magnos,non bouinos, & ob id decoros, frequenſque eſt ei Dearum epitheton. Ceruus oculos magnos habent, & concinnos, & ingenioſus inter animalia. Grandibus oculis,& ſublimibus,fulgẽtibus Socratem fuiſſe narrat Polemon. Sed Plato in Theeſieto prominentibus dicit, ob id iuſtum,prudentem,ſtudioſum,& amoris plenum,quem Apollo omnium ſapientiſſimum appellauit.Neoptolemus oculis fuit rotundis, & maximus bellator, vt ex Darete Phrygio. Tiberius Cæſar prægrandibus oculis fuit, vt experge factus noctu pauliſper,

haud

haud alio modo,quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus, erat enim corpore amplo,& robuſto, fuit in eo acerrima vis ingenij in diſciplinis, & militia. Huiuſmodi ipſe etiam oculos ſortitus ſum, quod Plinius nulli genitorum moralium, niſi Tiberio dixit,nam expergeſactus in tenebris clarè omnia contueor aliquantiſper, paulatim inde lumine euaneſcente.

Affert ſubiecta tabella vulpem è viuo delineatam cum oculis valdè paruis. Poteris etiam in anteriori contemplari paruos ſimiæ oculos.



Oculi valdè parui.

Oculi valdè parui, mali, & ab Ariſtotele improbantur Animalium libro', '& ſimiliter à Galeno eodem loco teſtàtum,qui ſi cum paruitate ſociam habuerint inconcinnitatem quandam, & operationum vitium,tunc paucam ſimul,& vitioſam materiam oſtendunt. Polemon, & Adamantius in figura Auari aſcribunt ei modicos oculos. Ariſtoteles verò in ſuis Phyſiogn. quibus parui oculi, vt ſimiis, puſillanimi ſunt, & referuntur ad apparentiam. Ego vulpi referrem, aliiſque animalibus, quæ paruos habent oculos, & omnia vafra, & callida ſunt. Torpedo paruos habet oculos, & vafra eſt.

Oculi parui, & concinni.

Vt nec magnos oculos Galenus improbat,ita nec paruos, quibus cōcinnitas, & operationum virtus adſit,nam paucam quidem,ſed bene temperatam ſubſtantiam oſtendunt,ex qua ſunt conformati. Ariſtoteles ipſe,vt Diogenes teſtatur, paruis fuit oculis, auctoritate Thimothei Athenienſis in libro De vitiis.

Oculi mediocres.

Nec magnos,nec paruos ait ei oportere oculos,qui probentur. Ariſtoteles Animalium libro, & ſimiliter ab eo Galenus, & vt ſecuriores recipiendum cenſet. ad Alexandrum item ſcribens, cuius oculi ſunt mediocres,declinantes ad cæleſtem colorem,vel nigredinem'; talis eſt penetrabilis intellectus,curialis,& ſidelis,in Phyſiogno.verò, Medius eſt oculorum ſtatus,qui probetur, qui mediocritatem quandam magnitudinis habeant caſtigatam. & Polemon in figura Virilis, tribuit ei aciem humidam,oculos neque magnos,neque paruos, & aciem humidam.

DE ANGVLIS OCVLORVM. Cap. II.

NVNC ad oculorum partes deueniendum, & primò de angulis: Sunt enim anguli, vt Ariſtoteles Animalium libro ait, pars inferioris, ſuperioriſque palpebræ,horum duplicem vterque oculus habet,alterum iuxta naſum, alterum iuxta tempora.

Oculorum anguli longi.

Si oculorum anguli iuſto ſint longiores,maleficorum morum notam præbent. Ariſtoteles Animalium libro, quod à Galeno recitatur, & Plinius ex Trogo referridem: Quibuſcumq; oculi ſunt longi, maleficos eſſe indicant, ſed quæ de angulis oculorum Ariſtoteles,Plinius eum irridens,ſatis ipſe irridendus, perperam de oculis protulit.

Oculorum auguli breues.

Breuiſſimi oculorum anguli,peſſimos mores notare Albertus dixit, idque malitiam diſpoſitricis naturæ innuere.

Oculorum anguli mediocres.

Galenus videns longos oculorum angulos, & valdè breues malitiam innuere: ex his infert, breues angulos,veluti inter hos medios,laudabilis eſſe naturæ.

Milui oculorum angulos carnoſos conſidera, cum Tiberij Cæſaris oculis conferendos.




Oculares anguli,qui iuxt a naſum coniunguntur carnoſi, more pectunculorum, malitiam præ ſeferunt, vt Ariſtotiles notato loco ſubdit, quod à Galeno, & Plinio trauſcriptum eſt. Sed quid id ſignificet,ambiguum eſt. Græcus Textus ait ἀνδ᾽ ὅτι ον κτένες χρυώδης. dicuntur à Græcis κτένες peſtunculi,id eſt, conchæ illæ lictorales, ſic dicti, quod muliebr e referant pecten,& quia leues,& perpolitæ, Veneris pecten vocant. Quaſi innuere vellet, qui in angulis oculorum naſum verſum carnē habet,peſtunculorū forma. Sed Albertus Magnus aliter legit,nam verbū illud non ὡς κτένες, ſed ἰκτῖνες dicit, id eſt milui. Vnde qui oculos carnoſos habet, vt miluus, erit malitioſus, & nequam,ſed ego miluinos oculos inſpiciens carnem in angulis non vidi, & puto erraſſe in textu Græco,à quo Vincentius in ſuo ſpeculo naturali deſcribens ait,qnando in oculorum angulis erit caro,vt in miluinis oculis,demonſtrat calliditatem,& deſiderium decipiendi, & timorem ab altero non decipi.

DE GENIS OCVLORVM. Cap. III.

GENAS dicimus palpebras ſuperiùs, & inferiùs tegentes, quaſi à genis contineantur. Hæ namque veſſicularum inſtar tumentes, ſomnolentiæ, & vinoſitatis teſtes ſunt. Albertus barbarè cilia vocant.

A dextris figuram inſpicies,quæ ſupra,& infra oculos veſiculas humidas habet.



Veſiculæ oculorum infrà.

Quibus autem,quod ab oculis, veluti veſiculæ dependent,ebrioſi ſunt,& referuntur ad paſſionem, vt Ariſtot. in Phyſiogn. id eſt, inferior gena facile veſicarum inſtar intumeſcit. Polem. & Adam. Sub oculis veſiculæ, vinolentiæ nota. Albertus inferius cilium groſſum, vinolentiam ſignificare dixit. Sueſſanus malè putat Ariſtotelem de lippitudinibus, & ſuperfluitatibus, veluti veſiculis ex oculis exeuntibus locutum fuiſſe: nam κύστις, Ariſtoteles genas veſicarum inſtar tumentes intelligit. Naturalis cauſa vinum,vt Medici dicunt,cerebrum debilitat, vnde iis, qui largius merum ingurgitant,ex cerebri debilitate inferiores palpebræ prægnantes viſuntur.

Veſſi-

Veſiculæ oculorum ſuprà.

Adhuc eodem loco Ariſtoteles. Et vehementer cadentibus, quæ ſupra oculos, veluti veſſiculæ, ſomniculoſos arguit, & referuntur ad paſſionem: nam ſomno ſurgentibus dependent quæ ſunt in oculis. Et ſi ex Polemonis textu pauca ad rem accommodata leges ex Adamantio tamen reſtituta. Supernè veſiculæ tumentes, ſomnolentos indicant. Albertus ſuperius ſupercilium quaſi inflatum aliquantulum cadens ſuper oculum, ſomnolentos ſignificare. Cauſa naturalis. Medici ex humoris ſuperfluitate id euenire autumant, vel per ſe, vel è ſomno ſurgentibus, vtroqne argumento nobis inſinuant ſomni eſſe amatores, quod Galenus in Arte medicinali non tacuit, frigida enim, & humida cerebri temperies, ſomnolentos, & capitis deſtillationibus obnoxios reddit. Ouidius ſomnium deſcribens:

„ tardaque Deus grauitate iacentes,
Vix oculos tollens, iterumq́; iterumq́; relabens,
Summaq́; percutiens nutanti pectora mento.

Veſiculæ oculorum, infrà, & ſuprà.

Ex ſupradictis Adamantius infert, vtraque oculorum veſicula ſuperior inferiorq́; tumens, vtrumque ſignificat. Polemonis textus vix ſententiæ veſtigia ſeruat.

Genæ ſanguineæ, & craſſæ.

In fiſiura Inuerecundi Ariſtoteles aſcribit ei palpebras craſſas, & ſanguineas. Polem. & Adam. apertas, & craſſas. Rhaſes. Cuius palbebtæ groſſæ, iuuerecundi. Sanguinolentiam palpebrarum prouenire dicit è ſanguine indigeſto groſſo, vt in ſenibus, & ganeonibus.

DE PVPILLIS OCVLORVM. Cap. IIII.

SVNT etiam & pupillæ oculorum partes, Ariſtoteles Animalium libro ait: Oculorum humor, quo videmús pupilla eſt; circulus, qui circundat, orbis eſt, albugo verò orbem circundat. Plinius inquit: Mediam oculorum carnea feneſtrauit pupilla, eſſeque ait gentes in Triballis, & Illyriis, ex Iſigoni ſentētia, qui pupillas binas ſingulis in oculis habeant, qui viſu effaſcinant, interimantque, quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis, & eorum malum faciliùs ſentire puberes. Dicitur pupilla, Iſidoro teſte, quia ibi paruæ imagines à nobis videntur, & paruuli pupilli dicuntur, vel quia puta, & impolluta eſt, vt puella.

Tabellam appoſuimus, in qua hircum videbis cum latis pupillis.



Pupillæ oculorum magnæ.

Qui latas habent oculorum pupillas, eos prauis moribus obnoxios dixeris. Sed Adamantius laxatas foraminum pupillarum ſtultos, & rectius notare dixit, nam oues, & boues, & quæcumque animalia ſtulta ſunt, eandem aſpectus aciem latam habent. Idque mihi frequenti experientia compertum eſt. Latarum pupillarum naturalis cauſa humiditas eſt, argumento quod creſcente luna, creſcit in omnibus humiditas, & tunc præcipuè creſcit pupilla.

Ecce Ichneumonem ad viuum effigiatum adducimus, qui adhuc ſedula cura diligentiſſimi noſtri Ferdinandi Imperatori adſeruatur, in quo paruæ pupillæ deteguntur.



Pupillæ oculorum paruæ.

At qui paruas pupillas habuerint, cum & huiuſmodi ſerpentes ichneumones, ſimiæ, vulpes, cæteraque, quæ anguſtis ſunt pupillis, & improbè aſtuta ſunt, tales ad eorum ſimilitudinem malignè machinantes iudicare queas; Pol. eandem confirmat Adamantius. Albertus quidem ſerpentes, hyænæ, vulpes, & vniones, ſiue teſtudines, quæ margaritas ferunt, pupillas habent paruas, & qualis beluarum harum animus, talis erit hominis, qui eas habebit. Sed pro Ichneumone ſatis imperitè vniones habet, & rudior expoſitio eſt, ſiue teſtudinis. In hoc obiter adnotatur paucis verbis multiplex error, qui teſtudines vniones ferre dixit, & oculos amplos. Sed occurrit turpi Veneris obnoxios me obſeruaſſe pupillas habere, argumento fortaſſe ichneumonum, hyænarum, perdicum, coturnicum, gallorumque, hæc namque animalia malefica, inſidioſa, maſculaq; vtuntur Venere, ex Ariſtotele, & Aphrodiſeo. Ichneumoni, inquit Aelianus, vtriuſque ſexus participi, à natura tributum eſt, vt & ſuo ſemine grauiditatem, & parum aliis afferat, & ipſe quoque nomen ferat. Quod de hyęna idem ſcripſerunt, qui in pugna, cùm inter ſe pugnant, victi fuerint, ea bellicæ offenſionis nota inuruntur, vt & in viliorem ſexum cenſeantur, & muliebria patiantur; contra ij, qui ſuperiores in bello euaſerunt, victos ſubigunt, & ſimul ſuo ſemine implent, at victi ex ea malè à ſe pugnata pugna, hoc præmio afficiuntur, vt ex patribus, qui iam antè fuiſſent, matres reddantur. Libido perdicum maxima, dum incubat fæmina, cælibes mares pugnam inter ſe conferunt, victus in pugna victoris Venerem patitur, ex Ariſtotele, Athæneo. Et Trogus de gallis prodidit, qui omnes anguſtas pupillas habent.

Pupillæ oculorum mediocres.

Optimam deſcribens pupillarum qualitatem Adamantius. Qui bene ſunt animis affecti, ſecundùm oculorum rationem, decentes pupillas habent. Albertus. Si cui moderati ſunt pupillæ orbes, fortes ſunt.

Pupilla prominens.

Qui pupillam ſoris prominentem habent,cum totius ſubſtātiæ latitudine:demens eſt. Rhaſes.

Pupillarum orbes inæquales.

Diximus iam de pupillarum magnitudine,nunc de orbibus,ſcilicet eorum æqualitate, & inæqualitate.Qui impares habent pupillarum orbes,ſtolidos dixeris. Polem. Adam. nefarios dicit, & rectius; ſed Albertus iniquos. Anaſtaſius diſtortus dictus fuit,quòd pupillis oculorum diſſimilibus,altera nigriora,altera magis ad glaucum colorem declinante,de Deo non rectè ſentit,multis molis orthodoxorum eccleſias affecit, erga earum præfectos implacabilis, & crudelis.

Aequales pupillarum orbes.

Optimè Adamantius addit,quæ Polemon omiſerat. Qui verò æquales habuerunt pupillarum rotationes, amici erunt iuſtitiæ.

Pupillarum orbes ſe circumuoluentes.

Adamantius habet,quod Polemoni excedit, vel ſtudio omiſit. Qui pupillarum orbes circumuoluentes,tanquam inſequentes,habuerint, nefarij.

Pupillarum inæquales orbes,& nubes cærulea, viridis,diſcolor, tenebricoſa eorum fronti ſuper ſupercilia inſideat.

Si præter id ſignum (id eſt inæquales pupillarum rotationes) nubs cærulea,viridis, vel diſcolor eorum fronti inſederit, ſcito eos à Dæmone omnis genere nocumento lædi,Polemon. Eiuſmodi maculæ combuſtam bilem atrā oſtendunt,quæ inſtrumentū eſt fraudis, inſidiarum, dolorumque, omniumque maleficarum operum.

Pupillarum orbes inæquales, & circumcurrentes.

Si autem nubs ipſa ſuperciliis inſederit,& orbes pupillarum eodem modo comitentur,iniuſti ſunt,& præſertim ſi ipſi oculorum orbes ſemper eodem modo vagi circumcurrant. Polem. Sed Adamantius ferè aliter.Si ſuperciliis nubs non inſideat,ſed circum pupillas orbes circūcurrant, oportet conſiderare an eodem modo ſemper currant, quod eſt indicium eos nefaria opera moliri. Albertus aliter habet.Quorum pupillæ in girum aguntur,obſeruandum eſt vtrùm ambæ vniformiter agantur, nam cuius oculi ſic mouentur,ſceleribus,& facinoribus deturpantur.

Pupillarum orbes conuerſi, coniunctim ſe mouentes.

Qui conuerſos orbes circa pupillam habuerint, coniunctim ſe mouentes, iniuſta moliuntur, eaque mala conſilia perficiunt,ad quæ animi furor concitat, quaſi à peruerſo quodam Dæmone exagitati,omnibus odio habentur, ac propterea alia,atque alia cogitantes nihil perficiunt, ſed cuncta peruertunt,horum oculi arcana manifeſta reddunt,quoniam ſigna,quæ in oculis cernuntur, idola ſunt cordis affectionum.Polemon. Sic habet Adamantius: Si in motu circuli conuertuntur, & interim ſtatum aliquem,vel motum accipiant, ab his certè nihil agitur, ſed tamen illi ſunt iucunda opera nefaria,& modo facere cupiunt,modo metu,& pigritia detinentur. Albert. Cùm autem variè mouentur oculi,vt modò inuoluantur, & modò currant, & modò interquieſcant,ſignificant iam talia animo reuoluiſſe,ſed nondum eſſe perpatrata.

DE OCVLORVM SITV. Cap. V.

NVNC de oculorum poſitione,ſcilicet prominentia,& cauita te, nam nonnullis ipſos natura ad interiora impegit, quidam quaſi à ſua ſede prominuli viſuntur. hæc malitiam, vel bonitatem, reliquatum qualitatum oculi augent, vel minuunt.

Aſininos oculos prominentes quærito ſuprà.

Oculi multum prominentes.

Oculos, qui ſeſe extra mittant. Ariſtoteles Animalium libro improbat, & ſimiliter ab eo Galenus. Polemon,& Adamantius non omnes turgidulis oculis præditos, laude dignos cenſet. Rhaſes inuerecundos,loquaces,& ſtolidos facit. Medici oculorum prominentiam ex anteriorum ventriculorum cerebri humiditate prouenire autumant, vel debilitate, ob id fatuitatem innuere. Ex fatuitate,& inuerecundia,loquacitas naſcitur,ob id Plinius hos hebetiores putat;ratio,quod quanto oculus eminentior,eo plus diſtat à cerebro,ſcilicet ab eius principio,& ob id ab eius decenti diſpoſitione. Ariſtoteles in Phyſiogn.vbi ex aliqua hominis,& eius partium ſimilitudine ad aſinum de ingenio pronunciat, aitque fatuitatem innuere, & ad aſinos refert,quorum oculi plurimum foras eminent. Refert etiam ad apparentiam, ad Alexandrum ſcribens,ait:Qui habet oculos ſimiles aſinis,inſipiens eſt,& duræ ceruicis.Poſſunt etiam,& ad ranas referri, nam homines in alienis negotiis explorandis plus æquo ſolliciti, quique aſſiduè ſingulorum facta,dictaque percontentur, videntur meritò à natura hos oculos ſortiti,quaſi emiſſitij,vt facilè contuendi omnia curioſitatem præſeferant, & eiuſmodi oculi vt plurimnm doloſos, ſtolidos,ineptos,& importunos demonſtrant,vt rana. Galenus in libro De melancolia,hos prominentes oculos,& conniuentes prouenire ob ſpirituum craſſitiem, vt & craſſa labra. Albertus. homines oculos exurſum prominentes habentes,peſſimos dicit.

Oculi prominentes tremidi, foueatique.


Prominentes oculi,quibus in circuli ſpeciem tremor circumducitur,aut contra veluti caſtrorum foſſa circumdederint, doloſi hominis ſigna interpretantur Polemon, & Adam.



XXII

Alexan-

Alexandri Magni iconem apponimus, vti ex marmoreis ſtatuis, & æreis, argenteiſvè numiſmatibus excerpſimus, in quo oculos ſurſum vergentes contemplaberis.



Prominentes ſurſum oculi.

Omnes erecti oculi leonis ferociam, vanitatem, & inſaniam denotabunt, ex Polemone. Adamantius verò ingluuiem arguere dicit. Conciliator inſaniam. Id puto hos authores dixiſſe à ſimilitudine oculorum Alexandri Magni, qui ſurſum prominentes habebat, ob id leoninam ferociam demonſtrare, ebrietatem, vſque ad inſaniam, ad quam hiſtorici omnes propenſum fuiſſe dicunt, bibaciſſimus quidem fuit, vt qui temulentus, ſæpius duos totos dies, noctesque cubans, crapulam edormiret, & cùm poculum, quod duos congios capiebat, propoſuiſſet, Proteæ id præbibit, ille verò ſumptum, multis laudibus regem proſecutus, exhauſit, cum omnium applauſu, ac paulo poſt poculum idem poſtulauit, rurſumque Alexandro propinans id hauſit, rex autem generosè quidem ebibit, ſed perferre non potuit, in puluinar reclinatus, & poculo è manibus dimiſſo, ac iam inde morbo correptus, interiit. Ex Athenæo. Albertus verò. Si autem oculi ſint moderatæ magnitudinis, humidi, perlucidi, magnificum hominem, ex magnarum rerum cogitatorem, & perfectorem declarant, aliquando iracundiam denotant, & vino deditum, iactatorem, & cupidum gloriæ vltra humanam conditionem, & talium oculorum putant Alexander Magnus fuiſſe. Summa autem omnium vitiorum in huiuſmodi oculis ad ſuperiora conuerſis, eſt inſania.

Oculi deorſum prominentes.

Verſi autem deorſum, tanquam concidentes, immites, & implacabiles denunciant. Albert.

Oculi prominentes ſanguinei.

Petulcos, & ſanguinolentos oculos, ebrioſos, guloneſque indicare dicunt. Sed Conciliator ſatis ineptè ex Polemone, & Adamantio, timidos, & inſtabiles dicit. Cocles hanc deſcriptionem cum ſuperiori confundit.

Oculi prominentes caſij.

Prominentes cæſios oculos in quouis proſpexeris, iniquos,& incompoſitæ mentis viros cenſeas. Pol. Adam.

Oculi prominentes cum grauoſis ſupercilijs.

In proſilientibus oculis,ſi ſupercilia grauarint,certior erit dementia. Pol. Adam.

Oculi prominentes ſicci.

Si trementes oculi ad aridiorem naturam vergant, ad cædes propenſos exiſtimabis. Polem. turgidulos,& paruos Adamantius dicit. Ego cum Polemone aſſentirer,cùm inferiùs de prominentibus paruis ſcribat, & quotquot huiuſmodi facinoroſos homines videre contingit, omnes prominentibus ſiccis oculis præditos inſpexi: oritur huiuſmodi oculorum ſiccitas ex cerebri ſiccitate, & ex melancholia aduſta,quæ horum cauſa eſt facinorum.

Oculi prominentes parui, & igniti.

Sed oculi prominentes parui,ignitiq́ue,inſcium denotant,& debilem,re,& dictis,ex Polemone,& Adamantio.

Oculi magni prominentes, & humilis obtutus.

Oculi ſublimes,magni,fulgentes,atque humilis obtutus, oſtendunt iuſtum, prudentem, ſtudioſum,amoris plenum,quales habuiſſe dicunt Socratem, ſed Adamantius dicit,altos,bene formatos,& humidos.

Oculi prominentes parui.

Oculi ſi parui fuerint,& prominentes,vt oculi cancrorum,ſtultitiam,& ſtoliditatem ſignificabunt,& qui ſuas ſequuntur cupiditates. Rhaſes.

DE OCVLIS CONCAVIS. Cap. VI.

DIXIMVS de prominentibus, nunc de ſuis contrariis, concauis. Galenus in Prognoſticis ex ſiccitate prouenire dixit,qui quanto humidiores,mollioreśq; ſunt,tanto citiùs cauantur:quin etiam ſpiritus animalis copiam participant,& item caloris non parum habent,quibus deficientibus merito contrahuntur,id verò cauitas oculorum eſt, & libro De viſibus, côcauitati oculorum commune eſt accidens triſtitiæ,vigiliæ,& curarum. Dicunt alij ex nimia caliditate, & ſiccitate prouenire,quæ oculorum muſculorum humorem deſiccant,idemq́ue euenire ex aduſta melancholia,quæ non niſi doloſos,timidos,& ſtolidos facit.

En Tamerlani,& Borgiæ Ducis effigies.



Oculi concaui, & parui.

Concaui oculi,& exigui,doloſos hominum mores teſtantur Pol.& Adam. hominibus inſidioſos,inuidia,& æmulatione tabeſcentes, Rhaſes idem confirmat. Vnde hic duo oculorum mala conſideranda veniunt,concauitas,& paruitas, quæ ex eadem eueniunt cauſa. Galenus ex ſiccitate prouenire dixit,& caliditate, ſed quando ex choleræ aduſtione proueniunt, ſiccitas, & caliditas,tunc peſſimæ naturæ ſignum præbent,nam melancholiæ ſemper comes timor, ob id timidi ſemper,& meticuloſi,& melancholici humoris aduſti natura eſt hominem reddere ad omne facinus propenſum, ſed ex timore retrahitur, & fit doloſus proditor, & inſidioſus. Ariſtoteles Animalium libro optimè hos cernere cenſet in genere brutorum,qui in cauitatis receſſu oculos habent. Aquilæ oculos valdè profundos habent, & acutiſſimè vident, quod acutiſſimi omnium intuendo ſint,ratio eſt,quia viſibiles ſpiritus in profundo magis aggregantur, & hinc virtus viſiua fortior,& lux à maiori quantitate recipitur. Suetonius concauis oculis Caligulam fuiſſe ſcribit,inde maleficum,ac peruerſæ admodum mentis extitiſſe meminit. Introrſus recedentes oculos,& atroci,vipereoque obtutu ſcintillantes.& igneos habebat Cæſar Borgius Dux Valentinus, quos nec amici quidem contuendo ferre poſſent. Erat Tamerlanus ore, recedentibus oculis, ſemper minaci,qui propter inauditam animi feritatem, atque ſæuitiam, portentoſaſque vires, orbis terror, & orientis clades appellaretur.

Oculi concaui, parui, & ſicci.

Sicciores oculi præter ſupradicta mala,infidelitatem notant.Polemon. Sed Adamantius perfidiam notare. Polemonis interpres hæc omiſit. Idemque in figura Stulti fatui peſſimas omnes oculorum notas collegerunt,tribueruntque ei exiguos,ſiccos,caliginoſos, & nitentes.

Veritus ne eiuſdem tabulæ copia, neutiquam ludo mulierum, aut puerorum ioco parata, vel librum onerarent, vel lectoris animum faſtidium ingereret, hanc vt repetitam obliteratam reieciſſem: ni præſenti exemplo neceſſariam cognouiſſemus.



XVIII

Oculi magni, & concaui.

Oculos cuique, qui concaui ſunt, vt à turpitudine abſint, magnos eſſe oportere dixerunt Pole. & Adam. Verus Ariſtorelis interpres itarransfert. Quibus verò plus concaui oculi, manſueti, referuntur ad boues, quod ſibi aperte contradiceret Ariſtoteles, nam dixit alibi: Quibus valdè concau: malignos eſſe, vt ſimiæ, qui parùm cõcaui, magnanimi, vt leones. Sed oportere eſſe oculos neque concauos, neq; eminentes: oculi ergo plus concaui quomodo erunt? Eſt auctor, qui dicat. Quibus admodum caui, mites, ad boues relatos, etiam malè. Præterea ſi bouis oculos nſpiciemus hæc non quadrabunt. Textus Græcus ὧν ἐπιπλέον πραεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ βοῦν ſed illud ἐπιπλέον, non plus, ſed pleniores ſignificare, vt ſi diceret, oculi caui, qui maiores ſunt, mites eſſe, vt ſi quis bouum oculos inſpiciat, id videat.

Oculi concaui, vt aqua in vaſe ſe mouentes.

Quos autem concauos, vt aqua in vaſe ſe mouentes inſpexeris, ſi magni ſint: haud prauæ naturæ virum, niſi alia interceſſerint ſigna iudicato. Pol. & Adam.

Oculi concaui, & intenti.

Oculi defixi obtutu in imo hærentes, probos mores indicabunt. Polemon. In Adamantio nuſquam adſunt.

Oculi concaui, intenti, fluidi.

Prædicti oculi ſi ſubterfluentes, doloſiores oſtendunt. Pol. Adam.

Oculi concaui intenti, & fluidi cum mollitie.

Si prædicti oculi cum mollitie quadam fluidi fuerint, dementem indicabunt. Polemon. Sed Adamantius cum humiditate fluidos dixit.

clinans, potiſſimum iu noctuarum oculis cernitur,quas Græci γλαυκάς dicunt,& ab huius anima lis uomine ſibi nomen comparauit. Vitgilius glauca ſalicta dixit. Tertius magis ad viriditatem herbarum accedit. Sed ſi nos rectè animi prognoſtica noſcere velimus, oportet vt eauſas,vnde oriantut coguoſcere.Empedocles horum colorum cauſas ad elementa reſercbat, & glaucum colorem ex multo colore naſci, nigrum ex intemperata humiditate,quæ dominatur,dixit,ob id cæſij noctu vident, ex ignis multitudine oculos clarificante, nigri oculi ex ignis priuatione, & aquæ multitudine interdiu vident, noctu viſu priuantur, medius color ex horum mediis. Huie Ariſtoteles aſtipulare videtur in libro Problematum, cùm dicit, quòd qui verſus Meridiem habitant, nigris oculis ſunt, & qui vetſus Aquilonem cæſijs. Cæſius enim color ex calore proficiſcitur,inquit,interius abuudante,nam ijs, qui Arcton colunt, calor interius ab exteriore frigore eoercetur,qui verò Meridiem, propter aeris circumfuſi teporem obuium,calotem continere nequeunt,ſic qui relinquitur humor nigreſcit. Inquit,propterea oculorum colorem corporis colorem ſequi,nam qui Aquilouem habitaut,cum colore ſint albi,oculos quoque cęſios habent, qui verò ad Meridiem vergunt,cùm & ipſi nigri ſint,etiam oculos nigros ſortiuntur. A Galeno in Arte medicinali quatuor enumerantur huiuſmodi colorum cauſæ.Magnitudo criſtallini,eiuſdem ſplendor,& claritas,tertia ſitus,id eſt maior,vel minor prominētia,quarta tenuitas vel paucitas humoris aquei, qui in pupilla conſiſtit,quod hæc opinio paucis arrideat, diſcutiemus. In oculi diſſectione videtur cryſtallinus humot purus,& magnus,non tamen oculus glaucus perſpicitut,ſed niget,idque facilè expetiri poterit. Prætetea magnitudo, & ſplendor Ariſtoteli vnica cauſa eſt, nam cryſtallinus nulla,vt opinor,ratione,claritatem,& colorem glaucum generat, niſi quia modicè ſplendet, & multùm illuminat,vitanda eſt etgo multiplicitas. Ariſtoteles Empedocli obiicit,quod viſorium ex aqua ſit,& quia rationi conſentaneum eſt, vt ex eo humore ſint oculi,ex quo proficiſcuntur. Ergo colorum cauſa erit ex aqueis humoribus,& ex quibus conſtat. Vnde quinto Animalium glauci coloris has docet cauſas: nam humotis paucitas glaucum colorem cauſat,copia nigrum. Conducit prætereà pelliculæ corneæ leuitas, & ſplendot, quæ ſi plus iuſto exceſſerint, ad glaucedinem commutat. Sed præcipua cauſa humoris copia, vel paucitas eſt,ſed quis humor ſit ille,ab eo non explicatur, putamus autem humorem intra vitreū contentum,quia aqueus eſt, idque etiam à Galeno aſſumitur,à cuius paucitate, & areſactione proficiſcitur affectus ille glaucedo dictus. Confirmatur id,quod glaucos oculos habeutes de dic minus vident,cùm lumen interdiu multum ſit, & oculi cæſij motum illum à multo lumine factum non ſubſtineant, contta, qui oculos nigros habeut,interdiù magis, cùm humotem multùm habeant, multo indigent lumine,vt clareſcant,mare etiam cùm modica aqua eſt,clareſcit, & ſundus perſpicitur,ſed vbi multa eſt,nigreſcit,& lumen ad fundum uon penetrat. Sed huic opinioni recentiores anatomici non aſſentiunt: aiunt enim colotes illos à tnnicæ vueæ coloribus naſci, quæ in anteriori parte ſempet variè tingitur. Auerroes in ſuis Colliget ex cetebri complexione prouenire dixit,& cæſeitatem illam ex cerebri frigiditate,& propterea paucitatem digeſtionis; eſt & ſimilis color aquæ. Ariſtoteles enim huiuſmodi colotem,quinto De generatione ex imbecillitate p rouenire dixit,quia partes nuper natorum imbecilliores ſunt, ob id cæſeitas imbecillitas eſt, igitur color hic cæſius albicans timiditatem arguit. Galenus libro De morbis vulgaribus, glaucos ex frigido,cæſios ex humido oriri dixit,alios frigidi,& humidi temperamenti eſſe.Comparemus,inquit, iam cum his inſantes, Scythas,Gallos,& Germanos, qui planè temperamento ſunt humidiote,frigidiote vetò nou citra conttouerſiam.Empiricus quidam vnaq;cum his Lycus hæc ſine inquiſitione prætereunt.Hippocratici quidam cæſium eſſe ſignum calidi temperamenti quidam fieri dicunt,ſunt qui neutrum addant. Ariſtoteles in ſuis Phyſiognomonicis ait. Quibus oculi glauci,albi,timidi ſunt,quia videtur color albus timiditatem ſignificare. A quo Polemon. Ex cæſijs color,qui ad albedinem vergit,timotis eſt.Neto oculis ſuit cæſiis,& hebetioribus,quod peius erat,ob id præ cæteris timidiſſimus,vt ex Suetonio habetur. Diuo Auguſto equorum modo glaucos fuiſſe Plinius ſcribit,ſupraque hominis albicantis magnitudinis,quam ob cauſam diligentibus ſpectari eos iracundè ſerebat. Sed hæc falſa eſſe ſaciiè exiſtimo, tum quod Auguſti mores optimi,ſpectatique fuere,cuius notæ morum contrarium indicant,tum quod à Suetonio clariſſimo hiſtorico aliter eius oouli deſcribuntur, immò contrariè. Inquit enim, oculos habuit claros,ac nitidos, quibus etiam extimari volebat ineſſe quidam diuini vigoris, gaudebatque ſi quis ſibi actius contuenti,quaſi ad ſulgotem ſolis vultum ſubmitteret.

Oculi cæſij crocei.

Secunda ſpecies oculi cæſij,quam deſcripſimus,ea eſt, quæ ad croceum colorem inclinant, vt in noctuæ oculis videmus. Hi oculi ſylueſtres,& ferinos mores oſtendunt. Polem.Oculorum cæſeitas agreſtem hominem teſtatur,ſed ea quæ ad bilem vergit,plura enim animalium ſylneſtrium rationis expertium cæſiis oculis ſunt, nam cicura ferè omnia nigricantibus oculis inuenies: A quo Adamantius,Glauci oculi,ſicci,aſtreſtes,& iniquos accuſant,bili quidem tincti ſunt, ſed non cærulea. Polem.& Adam. capite de oculorum cenchris ἰυχροί, doloſos homines notare dixerunt. Ptolemæus Philoſophus cæſios oculos crudelem hominem, & deceptorem notare dixit, nam hic color dominium choleræ arguit,cum maxima aduſtione. Rhaſes. Oculi qui habent citrinitatem,vt croco tincti eſſe videantur, peſſimos ſignificare mores. Glaucos oculos habebat Sylla,ſæuos,& acerbiſſimos,quibus terribilem reddebat aſpectum, vnde agreſtis, & ſæuus à Plutarcho deſcribitur. Cæſiis oculis fuit Sfortia, vnde ſæpiùs in agreſtem iram, & ſæuitiam incidebat, à Iouio deſcriptus.

Oculi cæſij cum paruis pupillis.

Cùm minimas acies oculi glauci habuerint,illiberales,verſipelles,auari potiùs, quàm alij reperiuntur. Adam. Vbi Polemonis textus,non integer,ait enim:Parui oculi, paruas pupillas habentes, illiberales,verſipelles, & auaros ſignificant.

Oculi cæſij ſicciores.

Oculi glauci ſicciores,iniuſtos homines arguunt,à bile exagitati ſunt, ſed non cærulea.Conciliator. Glauci ſicci feroces mores pariunt, nam ſi cæſius color per ſe agreſtes parit mores, & ſiccus inſuper fuerit,ex aduſta ſiccitate,peiores euadunt.

Oculi cæſij viridantes.

Erat ſpecies cæſeitatis illa,quæ ad viriditatem accedebat,ſcilicet olearum.Polèmon. Qui autem oculos habent,ſimiles viriditati olearũ,fortes viri ſunt.Huiuſmodi oculorum cæſeitate præditus erat Patroclus,vt Daretis Phrygij teſtantur monumenta,qui fuit robuſtiſſimus.

Oculi cærulei.

Ex iis, quæ primo De generatione Ariſtoteles dixit, cognoſcimus cæruleum colorem ex humorum multitudine prouenire. Cùm nigro parum differat, & vt mihi videtur etiam ſpecies eſt glauci coloris. Cicero De natura Deorũ cæſios oculos Mineruæ dicit,cæruleos Neptuni. Equus Neptuni glaucus erat: idq́; ob colorem maris,epitheton eſt maris color glaucus, & marini Dei quoque. Polem. Cærulei oculi,cùm humidiores ſint,præſtantiores ſunt,quàm cæteri communes, & doloſum hominem ſignificant.Adamantius aliter.Cęrulei oculi humidiores valdè ſunt,& præſtantiores cæteris aliis. Galba cæruleis oculis fuit,ob id ſæuus, auarus, & doloſus.

Oculi cærulei, magni, ſtantes, & ſplendentes.

Cærulei oculi,Polemon inquit,humidi,ſtantes,virum optimis moribus præditum indicant, & etiam animoſum. Ab eo Adamantius.Oculi cærulei humidi exiſtentes,ſtantes,ſplendentes,magni,optimam hominis naturam,& animoſitatem præſeferunt. Sed in textu ἀλαμπῖς, litera α tollenda eſt,vtpote addititia. Hæc eadem Ariſtoteles ad Alexandrum ſcribit, Cuius verò oculi ſunt declinantes ad cæleſtem colorem, vel nigredinem,talis eſt penetrabilis intellectus, & fidelis. Cæruleus hic color eſt medius inter album,& nigrum,& temperatam monſtrat cerebri complexionem,& ſic bonum ingenium,& hominis naturam,& eſt priuatus aduſtione choleræ, & melancholiæ. Hos oculos Homerus,cæteriq́ue Poetæ, Mineruæ fortitudine,& prudentia inſigni tribuunt,& ob id Glaucopis dicta,, id eſt cæſios oculos habens. Diodorus ſcribit aera nominatum eſſe Pallada, aer autem coloris eſt glauci, vel cærulei. Alij Mineruam Glaucopim dictam διὰ τὸ λαμπρὸν, ἢ περίβλεπτον τῆς ἀρετῆς, quòd virtus illuſtris ſit, & conſpicua. Alij Glaucopim dictam, non

quod

quòd oculos glancos habuerit,ſed formidoloſos, cùm glauci dicantur leones regij. Traditur à Pauſania,fuiſſe Athenis Palladis ſtatuam glaucis oculis ex Lybica ſabula.Siquidem ex Neptuno, & Tritonide palude natam Deam fuiſſe, atque ex argumento glaucos ei oculos fuiſſe, caruleos Neptuno. Philibertus Aurantius cæruleis oculis fuit, belli cupidus, ſtrenuus, & acer bellator, adeoque ardenti,feruidoque ingenio in hoſtes irruebat,vt ægerrimè periculo elaberetur; inuſitata,& prodiga liberalitate fuit,vt regna non ſibi,ſed militibus acquireret.

Oculi nigri.

Dixerant prius Pol. & Adam. cicura animalia nigrorum eſſe oculorum, & manſuetiora eſſe, ſed ſylueſtria eſſe glaucorum,ob id agreſtium morum, illa manſueta, & timida, ſimplex enim nigredo timidos facit.Diximus etiam Aethyopas nigros oculos habere, & eſſe timidos. Panthia ex Philoſtrato,nigros oculos habebat. Philocrates Plautinus, macilento ore, acuto naſo, albo corpore,nigris oculis,ſubruffus,aliquantum criſpus,cincinnatus.

Oculi valdè nigri.

Oculi valdè nigri,timidi ſunt, color enim valdè niger videtur timiditatem ſignificare. Ariſt in Phyſiognom. Sed eo melior Polem. Valdè niger in oculis color callidos, & doloſos arguit Adamantius timidos,& doloſos.Hos ego quoque ad Aethiopes referrem,qui nigris oculis ſunt. & deceptores. Auerroes quarto Colliget,oculi nigredinem ex cærebri caliditate prouenire ſcripſit,quæ fit per exceſſum decoctionis, ſignificatque aduſtionem terreſtrium partium, ex quibus doli proficiſcuntur.

Oculorum aquilus color.

Aquilus color Græcis ὑδατώδης, quaſi aquinus dicitur.Gaza aquinum vertit,Medici aquaticum: dictus eſt aquilus,non ab aquila,ſed ab aqua.Hic color maiorem humoris copiam arguit, quam caprinus,& cæſius dicitur à claritate cæli & caprini, & accedit ad colorem illius aquæ, quæ media eſt inter claram,& atram. Nos Neapoli vulgò brunum dicimus,alij ſuſcum,ſiue ſubnigrum, Hic color maximè in ouium oculis cernitur,& ob id ouinus,ea ratione dici poſſet,qua caprinum antiqui dixerunt,qui in caprarum oculis cernitur,quia hic color in ouium oculis reperitur. Ego ſtoliditatem arguere dicerem. Huiuſmodi colore fuit Auguſtus.

Oculi flaui.

Altera nigredinis ſpecies ad flauum colorem declinat,eſt enim flauus color, qui virginum, & puerorum capita ſæpè ornat,atque in maturis frugibus elucet,vnde flaua Ceres. Galenus in libro De methodo medendi decimo loquens. Vinum, inquit, quod non admodum ſplendet, ſed palleſcens.fuluum eſt. Sed ſi vini flauities claritatem habet, flauum eſt. Ariſtoteles in Phyſiogn. Quibus oculi valdè nigri declinant ad flauum colorem,animoſi ſunt,idque ad decentiam refert. Pol. & Adam. Oculorum color ſubflauus robuſtum,& magnanimum notant,huiuſmodi colorem Græci ξανθὸν vocant, vel ὑπόξανθον. Fuit Cæſar,vt ex Suetonio habetur,nigris, vegetiſque oculis, quaſi ad flauum accedentibus, vigilantibuſque, micantibus, & veluti exilientibus, ſuique elati animi ſigna præbentibus.

Oculi fului.

Cùm flauus color ad nigredinem vertit cum ſplendore, dicitur fuluus, nam vnus color non eſt, ſed ex vtroque conſtat,& quoniam niger color,& flauus ſplendens pulcherrimum reddunt oculum, Græci χαροπὸν, quaſi gratioſum dicunt, Latini rauum, licet Horatius rauam lupam dixerit, cùm ſit lupa nigri coloris,cineritio commixti. Gaza apud Ariſtotelem fuluum traduxit.Hic color in oculis leonum,& aquilarum,& vulturum clarè cernitur. Ariſtoteles pro ſpleudenti ſub flauo accepiſſe videtur. Rauum colorem in arietum,& canum oculis laudat M. Varro.Porphyrius rauum,fuluum eſſe dicit. Ariſtot.in Phyſiogn. Quibus non glauci oculi,ſed charopi,animoſi, referuntur ad leonem,& aquilam. Auerroes in ſuis Colliget ait: Varius color medius eſt,& intelligit per varium caropum,& demonſtrat vltimam temperiem decoctionis,& eſt minor quàm illa, quæ fert nigredinem,& maior,quàm illa,quæ fert ſubalbedinem. Rhaſes. Oculi omnibus melio-

res

res ſunt varij, medij inter nigrum,& album, etſi non ſint multùm radioſi, neque rubedo , neque citrinitas apparet. Pol.& Adam.Optimam deſcribens ingenioſi qualitatem, tribuit ei charopos oculos,lucidos,& humentes,& modeſtos,qui etiam color temperiem præſefert,caropos oculos, neque ſplendentns,neque humidos. Fronto cánes paſtorales laudat fuluos oculos habentes, vt leones,Philoſtratus Rhodegunes pulchritudinem deſcribens ait, oculos ei ſuiſſe mixtos è fuluo in atrum, fui. & magnanima. Conſtantinus Magnus leoninis fuit oculis,gratioſis , id eſt , charopis,continentia ad frenandas cupiditates perfectiſſima ornatus, perfectus, & bellicoſus.

Oculi caprini.

Ex extremorum oculorum temperatura etiam caprinus color naſcitur,vt Ariſtoteles Animaliũ libro caprinũ,& fuluum medios colores ponit,& in Problematis caprinum ſolùm.Hic à claritate glauci coloris cadens, in ſqualiditatē ſe recipit, eſt ſanè color ſordidiuſculus, & aliquo modo vinoſus,& flaueſcens,ſic dictus,quod in caprarum oculis cernatur,hic ad cernendi claritatem primatum obtinet,& optimorum morum iudicium eſſe affirmat Ariſtoteles in ſuis Phyſiognom. οἰνωπὶ , id eſt vinoſi coloris oculi,ſtolidos indicant , & ad capras reſeruntur . Sed ego non οἰνωπὶ ſed αἰγωπὶ legerem , nam ægopos oculos ſubglaucos intelligerem, & caprinos.Præterea idem Ariſtoteles libro De generatione quinto ait . Quorundam animalium oculi ruſi, cæſij , nonnulliq́ue caprini,vt Gaza latinè reddidit,ſed quæ Ariſtoteles Animaliũ libro dixit , aduerſantur iis,quæ in Phyſiogn.dixit,& ob id hunc librum Ariſtoteli adſcriptum putant.Sed animaduertendum quòd Ariſtoteles capris dixit,puto ouibus adſcribendum : nam oues oculos aquilo colore babent,& ab eodem genus ouile amens habetur , & moribus ſtultiſſimis , & omnium quadrupedum:dum maximè ineptum.Repit in deſerto ſine cauſa,hyeme obſtante ipſum ſæpè egreditur è ſtabulo occupatum à niue,niſi paſtor compulerit abire,non vult,ſed perit deſiſtens, niſi mares à paſtoribus educantur , ita reliquus grex inſequitur : quibus verbis videmus fatuitatem ouibus aſcribere,& capris prudentiã cùm ipſemet ſexto Hiſtoriæ dicat.Capræ prudentes ſibi opitulari videntur , nam & in Creta Inſula capras ſylueſtres transfixas ſagitta herba dictamnum quærunt.hac enim ſpicula in corpore eiiciunt: animalia itaque , quæ ſecundum vniuerſum genus ſatua dicuntur, nulla prudentia commendantur. Adamantius, ſplendentes oculos capræ tribuit, & ob id ſtupiditatem. Rhaſes eiuſmodi colore oculos ſtupiditatem ſignificare dixit.Athenæus. Quibus hominibus caprini ſunt oculi,iis acutum naturæ viſum eſſe,moreſq́ue probiſſimos.

Oculi ſubrubri.

Quibus oculi ſupererubeſcunt,ſtupidi fiunt ob iram,idq́ue ad paſſionem referas, quia iis, qui in iram exagerantur,erubeſcuut oculi,idemq́ue Ariſtot. in Problematis rationem affert , quare irati oculis maximè erubeſcunt,quia præſidium natura in eam partem,tanquam violatam tranſmittit,quæ & ſenſu,& metu facilior eſt,nam & in metuendo calor eam partem maximè deſerit. Alexander Aphrodiſcus hæc. Quoniam ira ſanguinis cordi ſuffuſi , & callidi ſpiritus feruor eſt. hic agitur vt tenuis ad caput effertur, atque ad oculos,quoniam pellucidi ſunt,ſe oſtendit,& vapores aſcendunt ſanguinei,vnde facies quoque rubicunda exiſtit. Homerus iram excandeſcentem Antinoum ita deſcribit.

,, *olli flamantibus anxia curis.*
,, *Corda tument, rutilis ardeſcunt lumina flammis.*

Et alibi:

,, *Ardentes candebant lumina flammæ.*

Auerroes ſuis Coiliget,ait: Oculi rubei,cum venis rubeis,ſignificant complexionem cerebri calidam,vidimus ſæpe homines adeò efferatæ iræ, vt ſtupeant, & à ſe alienentur, quibus non ſolùm oculos,ſed totum oculi album ſanguineis venis refertum:Vnde prouerbio fertur.Hic habet ſanguinem in oculis, id eſt,iniurias non fert, quin vlciſcatur ob iram . Ariſtoteles , & Polemon hunc colorem ὑποφοινικον dicunt . Polemon etiam, & Adamantius in capite de oculorum cenchris , ſanguineos oculus αἱματώδεις inconſultos , & feruidos in operibus demonſtrare dixerunt. Aegyptij hominem impudentem deſignare volentes,ranam pingunt,hæc enim non alibi ſanguinem habet,quàm in oculis.Porro qui illos ſanguine reſperſos habent , impudentes dicunt.Conſtat muſca in capite tantùm circa oculos ſanguinem habere , & doctiores impudentiæ ſignum faciunt,ſic & Aegyptij infeſtam , impudentem , & incommodam ſemper exiſtimabant.

Ciceto

Cicero contra moleſtum, & impudentem iuuenem dixit, Abige muſcas puer.

Oculi ſubrubri ſicci.

Addunt Polem. & Adam. ſiccitatem, vnde quos ſubrubros, & ſiccos oculos habere noueris, ſecurius iudicare poteris valdè eſſe iracundos. Albertus oculi cum rubore ſicci, iracundorum ſunt.

Oculi ſubrubri, humidi.

Idem ſi humidos videris, inquiunt, & rubificant, ad vina propenſum hominem iudicabis. Albertus. Si rubent oculi cum humore, ebrioſos notant.

Oculi igniti.

Quibus ignei (πυρώδεις) inuèrecundi ſunt, & ad canes referuntur, à quo Adamantius. Igniti oculi, & canini; impudentiam demonſtrant, introducit Homerus, Achillem Agamenoni probo verſantem, ſe eſſe impudentem, & timidum, oculos caninos, & cerui poſſidere cor dixit,

Ebrie luminibus canis, effrons, pectore cerui.

Sed in figura Impudentis procacis intuitus oculos dixit, Apud Heſychium, & Varinum impudentiſſimus, & inuerecundus animus caninus dicitur, ob fixum, & impudentem aſpectum. Ariſtogion Cydimacli filius canis vocabatur propter audaciam: & Cynici philoſophi dicti ſunt ab ingenio canino, impudente, audace, & contumace, vt qui publice, non priuate, quem vellent, tanquam adlatrantes reprehendebant, Euripides introducit Polymneſtorem Hecubæ vaticinantem in canem conuerſuram ait.

Canis habens ignemicantes gerens oculos.

DE VARIIS OCVLIS, ET PRIMO DE GRANITIS CAP. VIII.

DIXIMVS huc vſq; de ſimplicibus oculorum coloribus, nunc de mixtis, ſeu varijs, Portio igitur illa oculi, quæ interiacet pupillam, & album, ſi vnicolor eſt, duobus modis erit, nam vel orbiculus ille varijs punctulis variegatus eſt, albis, nigris, rubris, palleſcentibus, vel diuerſicoloribus circulis diſtinctus. Dicemus primo de ijs, quibus inſperſa tanquam miliacea grana, quæ Græci cenchros dicũt, mox de alijs, Sed dicet fortaſſe quiſpiam, vnde tam varij colores in oculis? quibus reſpondendum, quod oculi diaphoni ſunt, rareq; ſubſtantiæ, ideo per eos viſiui ſpiritus tranſparent, vt in menſtruata muliere videre licet, quæ ſpeculum bene terſum viſu ſuo ſanguineis maculis inficit.

Oculi maculoſi.

Deteriores oculi ſuut, ait Ariſtoteles ad Alexandrum, qui habent maculoſos orbiculos, nigros, vel rubricantes circumquaque, quia talis homo deterior eſt omnibus alijs, & reprobis, Rhaſes ab eo, Pupillæ in quarum circuitu ſimilitudo margaritarum apparet, inuidum, verboſum, & peſſimum odendunt; & ſi oculus varius fuerit, peſſimi erit ingenij. Quot quot adhuc nobis videre licuit homines huiuſmodi oculos ſortitos, fœdis maculis inſperſos, omnes proditores, homicidas, infidos, & irreligioſos fuiſſe memini. Ariſtoteles ſcripſit, hyæna, & vitulus marinus mille colores in oculis habent, & hyena omnium fraudum plena eſt, & inſidarum.

Oculi parui, & varij.

Varij, (ſed Polemon imbecilles) & parui oculi, quæſtuoſiores ſunt, ſeruiles, & adulatores, & auari, alia dicentes, & alia facientes, & in his occultè gaudent, quamuis ipſis nil emolumenti eueniat, & in ſumma omnia lucri gratia agere neutiquam abſtinent, niſi quatenus præ formidine deterreantur, huiuſmodi homines ſunt imbecilles ſicut lepores; cum & ipſi ſimilem oculorum ſpeciem retineant.

Oculi fului cum æqualibus calculis.

Si huiuſmodi calculi æquales in fuluis oculis extiterint, agreſteitatis, & iracundiæ nota, & valdè iniurioſos, & adulteros notant. Adamantius.

Oculi

Oculi obſcuri, humidi, & iuſtæ magnitudinis.

Oculi obſcuri, humidi, & iuſtæ magnitudinis; conſtantem, diſciplinis habilem, ingenioſum, verecundum, timidum, & ferè purum hominem teſtantur. Pol. Adam.

Oculi lucidi.

Contrarij ſupradictis tenebricoſis oculis ſunt clari luminis oculi, quibus ſi contradixerit aliud nihil, optimos mores præſeferunt. Pol. Adaman. Eadem conciliator. Ariſt. De partibus libro, oculorum claritas, ait, ex humorum claritate procedit, & animalia quæ ſubtilem habent ſanguinem, prudentiora ſunt. Auguſtum oculos habuiſſe claros diximus, & nitidos, fuit & optimis moribus, ingenio, & militari diſciplina præcellenti. In Bartolemeo Luiano viridi, & peracres oculi erant, innatæ virtutis indices, quantum enim excelſo, efficaciq; ingenio valeret, facilè oſtendit, nam pertinaci induſtria, ſingulari labore, maximaq; vigilantia ad ſummos militiæ honores aſcendit.

DE OCVLIS SPLENDENTIBVS. CAP. XI.

DE oculorum coloribus dum verba faciunt Pol. & Adam. de quodam ſplendore loquuntur, quem vocant μαρμαρίζειν, id eſt, incertus, & diſcurrens ſplendor quidam, non qui in politis gemmis, ſed perpolitis lapidibus marmoreis, vt in iaſpide, porphyrite, & huiuſmodi lapidibus conſpicitur. Adam. huiuſmodi ſplendorem in capræ oculis reperiri ſcribit, & ob id ſtoliditatem quandam ſignificare. Plinius oculi capræ. lupinæ ſplendent. ignemq; iaculantur.

Oculi ſplendentes.

Oculi ſplendentes, & magnum lumen habentes, hominem furtis ſe oblectantem indicant. Polemon. At Adamantius aliter, oculi ſplendenres ſtupiditatem arguunt, ita enim aſpicit capra. Rapacitas à lupo, quia & lupo, & capræ oculis ſplendent, ſic vterq; optimè dixit.

Oculi ſplendentes cæſij, ſanguinei.

Quoſcumque ſplendentes, & luminoſos inſpexeris oculos, cęſios, & ſanguineos: in negotijs feruidum, & veſaniæ proximiorem audaciam iudica. Pol. Aliter Adam. Splendentes oculos, etiam ſi ipſis lux aderit, non bonos iudicat; huiuſmodi etiam ſplendor in cæſijs, & ſanguinolentis oculis, feruidum in negotijs peragendis, & ad quæuis audentem, vt propè furori proximus ſit.

Oculi ſplendentes fului, cum lumine.

Si in fuluis oculis etiam ſplendor inerit, tales pauori nbnoxios dicas: quippe omne negotium pertimeſcentes, cuncta ſuſpecta habent. Pol. Adam.

Oculi nigri, ſplendentes, ſubridentes.

Qui eiuſmodi oculos nigros, & ſubridentes habuerint, ad omnes turpitudines venientes. Ex ijſdem.

Oculi toruè aſpicientes, ſplendentes.

Oculi humidi, ſi toruum conrueantur, animoſos, fortes, furioſos, iracundos, actionibus properos, temerarios, timidos ad dicendum, & in ſummam nequiſſimos homines iudicandos cenſemus. Polemon. ſed rectius Adaman. loquitur. Oculi ſi toruum contueantur, moleſti; ſiquidē humidè aſpiciant, animoſos, fortes, furioſos, rectè loquentes, actionibus properos, temerarios, inelegantes, & ſecordes.

Oculi ſplendentes ſicci.

Aridi oculi prauos, & ſceleſtos notant. Ijdem. Galen. ſiccos, & diros oculos iudicia eſſe calidi, & ſicci temperamenti, ob id ſceleſti.

Oculi ſplendentes parui & concaui.

Si huiuſmodi oculi concaui, & exigui fuerint: peiores ſunt, tametſi prudentes exiſtant, ſunt inſidiatores, & diſſimulatores propoſitum, & omnia ſimulantes, & omnia cupientes. Polemon. Aliter Adamantius, ſi exigui & concaui fuerint, peiores, crudeles, inſidiatores, ſimulatores, & omnia cupientes. Textus Polemonis corrigendus, vbi [illegible] legendum [illegible] ex Adamantio.

Oculi ſplendentes, quibus ſuniculus imminet, ſupercilia aſpera, & palpebræ erectæ.

Etſi eiuſmodi oculis ſuniculus imminet, & ſupercilia aſpera, & palpebræ erectæ ſint, fortitudinem abſque conſilio, & malitiam, & audaciam ſignificabit. Polemon. Ex Adamantio ita textus corrigi poteſt. Etſi huiuſmodi oculis ſuniculus immineat, ſupercilia aſpera, & palpebræ erectæ, fortitudinem cum conſilio ſignificabit.

Oculi ſplendentes, quibus ſuniculus ſupereminet, aſpera ſupercilia, & palpebræ erectæ, & aſpectus trux, & amarus.

At quibus tum ſuniculus, tum palpebræ, & ſupercilia depoſita fuerint, erit aſpectus aſper, & amarus, peiora hæc, quam quæ diximus ſigna erunt. Pol. Aliter Adamantius. Quibus autem tum ſuniculus, tum palpebræ, & ſupercilia, non vt diximus, erunt, aſpectus autem aſper, & amarus, omnium peſſimi.

Oculi ſplendidi.

Qui ſplendidos oculos habent, luxurioſi, ceu qui gallos, & coruos hac parte referant, Ariſtoteles in Phyſiognomonicis. Ego autem ad paſſionem referrem. nam per coitũ oculi ſplendent. Polemon fornicatorem tùm in maribus, tùm in fœminis inſublimibus corporis partibus comprehendi dixit, ſcilicet in oculis, & ſupercilijs, qui ſi lucentes fuerint, ita vt voluptate repleti videantur, libidinoſos arguunt. Adamantius autem. Oculi ſplendentes quales habent aues, venereos oſtendunt. Oculi teſtudinis maximè longè, lateq; fulgorem iacularetur, quorum pupillæ candidiſſimæ, & ſplendidiſſimæ quum exiſtant, eruuntur, vt auro includantur, vel monilibus imponantur. Aelianus. Sed quæritur, cur in re venerea turgent, & lucent oculi? An quia genitale illud ſemẽ ab vniuerſo excernitur corpore, maxima tunc & agitatione conflata humiditate, & in oculis ob illorum perſpicuitatem manifeſta ſit. Adde etiam quod ab eiſdem aliquid etiam excernitur: argumento quod qui veneri nauant operam, hebeſunt oculi, mancíq; efficiuntur. Ad id quoque alludit Ouidius in Arte amandi,

Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Vt Sol in liquida ſæpè refulget aqua.

Oculi humidi, fulgentes.

Oculi humidi ſplendentes, vt aqua; hominem bonis moribus præditum denotant; Polemon. Adamantius. Oculi tamquam guttæ ſplendidi nitoris relucentes, compoſitos mores, & graues indicant. Albertus.

DE OCVLORVM MOTV, ET PRIMO DE STANTIBVS. CAP. XII.

NVNC de oculorum motu agetur, vt qui fixi, mobiles, rigidi, trementes, & conniuentes, aliæq; motus ſpecies recenſentur. Auerroes Colliget quarto. Motus, ait, velociores oculorum ex cerebri caliditate; tardiores verò ex frigiditate proueniunt.

Oculi ſtantes humidi.

Homines ſtantibus præditi oculis, & humentibus, pauidi ſunt. Pol. & Adam. & In figura Manſueti cum conſtantis intuitus faciunt. Albertus. Oculi qui cum humore ſtant, timidi.

Oculi

Oculi ſtantes ſicci.

Si rigidi,& aridiores oculi fuerint,perturbationum plenum hominem oſtendunt; Pol.ſed ſtolidum dicit Adamantius, Albertus inſanitæ inditium dicit.

Oculi ſtantes, & pallidi.

Oculi ſtantes, & pallidi: inſanos Polemon. bardos,& ſtupidos Adamantius oſtendere dicunt. Alb.ſi oculi ſtant ſicci, & pallidi: attonitam mentem ex inſania notant.

Oculi ſtantes cæſij, obſcuri.

Eum, qui cæſios ſtantes, & citra perſpicuitatem oculos habebit, nec tibi amicitia arcta coniungito, nec vicinum exoptato, & itineris comitem habere vitato, vt qui doloſus ſit, & ſemper alterius calamitati viuigilans. Pol. Adam. ſed Alber. Oculi glauci, non ſplendore micantes, doloſum, audacem; & alterius calamitati vigilantem oſtendunt.

Oculi ſtantes, & ſupercilia eleuantes, & ſuſpicantes.

Quoſcunq; ſupercilia ſurſum elenare, & ſpiritum ab iritintis trahere inſpexeris, praui conſilij homines, ſæuos, & iniquos cenſeto. Polem. praui conſilij; Adamantius, imprudentes, inſipientes,& iracundos. Idq; etiam ex apparenti more mihi tractum videtur; qui enim facinus aliquod patrare intendit, ſupercilia erigit, ex imò ſuſpirat, & fixis oculis contuetur. Fixus intuitus ex nimia cogitatione,& decipiendi deſiderio prouenit. In ſacræ paginæ prouerbijs extat. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia ſua,perficiet malum. Suſpiratio ex cordis anguſtia plerunq; euenit: qui enim angũtur, animum totum ad rem,quæ dolori eſt,conuertunt, vnde ſui officij obliuiſcitur, ſcilicet reſpirandi: cor igitur quum ventilari deſideret,ne ſtranguletur: ampliorem reſpirationem facit, vt frigidi aeris copiam trahat, quod per crebras, & minutas reſpirationes factura erat. Alb. Qui cum ſtabilitate, & pallore oculorum ſupercilia erigunt,& ſpiritum violenter contrahunt, & concipiunt: inconſulti, immemores, maledici, & iracundi.

Subintuitus.

Nunc amoris feruentiæ ſigna dabimus; etiam ex phyſignomonia. quum, & facilè ex ſignis cognoſci poſſint, quæ tum continua, & diutina experientia, tum ex repetita hiſtoriarum lectione animaduertere licuit. Plutarchus de Antiocho Stratonices ſuæ nouercæ amore excandeſcente, hæc recitat; Quum enim ipſe eam deperiret, reuerentia patris detentus, quum nullum remedium huic malo reperiri poſſe ſperaret, ſimulans ſe corporis morbo vrgeri: ex cibi abſtinentia, voluntaria morte ab amore, quo exedebatur, ſe vendicare ſtatuerat. Eraſiſtratus medicus ſuæ ægritudini propoſitus, cum ſtatuerat amore deperire cognoſceret certo; ſed cuius amore, penitus ignoraret, ex vultu, qui mutari facilè ſolet, iuditia colligebat; cum puellæ multæ, & formoſiſſimæ ad eum accederent: nullum in vultu mutationis ſignum obſeruabat, ſed accedente Stratonice, tam repente perturbatio Antiochum occupabat, vt facilè depræhenderit, cuius amore langueret: ex vultus rubore, ſubintuitu oculorum, acutis ſudoribus, motu incredibili venæ, ac poſt deficiente ſenſu, ingens pallor toto corpore diffundebatur. Charichiæ theagenis amore excaneſcentis, vt Heliodorus tradit, turgebant oculi; inordinate circumferebat, expallebat vultu, loquebatur quicquid in ore veniebat, carebat ſomno. Alexander Aphodiſeus naturalem horum accidentium cauſam explicans, ſcribit quod amantium poſtremæ partes aliæ calent, aliæ frigent. Id quòd euenire ex dolore, calor inſitus in profundum ſe contrahit natura; ob id extrema frigent, ob eandem cauſam etiam pallent,& triſti vultu demiſſoq; redduntur, at voti compotes ſunt, excandeſcunt, & calor ille natiuus ad cutem effunditur: ob id calidiores, rubicundioresq; redduntur: ob id etiam cupido antiquitus pingebatur, triſtis anxius, & facie hilaris, ſubridensq; & vegetus. Apud Apuleium nouerca ſui priuigni amore flagrans: deformis pallor id ore; marcentes oculi; laſſa genua, quies turbita, ſuſpiritus, cruciatiq; tarditate vehementior, & fletus. Ouidius de Byblide.

Et calor, & macies, e vultus, & humida ſæpe
lumina, &c.

Oculi ſtantes, fulgentes, & ſubruffi.

Oculi ſubrubicundi, grandiores, iuglnuiei, & ſolacitatis teſtes ſunt. Pol. & Adam. ſed Alb. ſtantes dicit, & ſubrubentes libidinoſum, & voracem ſignificant.

Oculi

Oculi claudentes, & ſurſum abeuntes, & ſtantes.

Oculi, qui cum ſe claudunt, ſurſum abeunt; ipſiq; ſtantes, & ſubfluidi fierint: intemperantem, vanum, & inſanientem hominem arguunt. Polemon. ingluuiem verò Adamantius, & libidinem ſignificare. Vltima particula deeſt in Polemone; quæ mihi per neceſſaria videtur: coeuntes enim & inſanientes, oculos claudendo ſurſum vergunt. Ariſtoteles libro Problematum rationem addit. Cur coeuntes oculos ſurſum vergunt? quia ex ſuperiore parte veniens calor ıcò oculos inuertit, quo ſe defluxerit. Torquatus Taſſus, acuti ingenij vir, & de poeſi quam optimè meritus; oculos habet ſubfluidos, eosq; claudendo ſurſum vergit, eſt menti alienationi obnoxius. Petus dicitur, qui obliquis oculis alium petit: & Venus peta dicebatur, pingebaturq; ab antiquis ob ſalacitatem. Ouidius de arte amandi,

Si peta eſt, Veneri ſimilis.

Euripides ὑκαφιλοσοφος poeta, Oreſtis inſaniã deſcribens, aſſignat illi oculos inuerſos; acieſq; retortas, & ſimilia.

Oculi claudentes recti, humidi, iuſtæ magnitudinis, ſplendentes, cum læui fronte.

Si autem recti oculi clauduntur, & humidi, caſtigatæ magnitudinis, reſplendentes, cum læuigata fronte extiterint: verecundos, optimi conſilij, ſtudioſos, dociles, & amabilis ingenij homines indicant. Pol. Adam.

Oculi claudentes recti, iuſtæ magnitudinis, cum læui fronte, ſicci.

Si autem ſicci fuerint, temerarios, malignos, & iniuſtos ſignificabunt. Ijdem.

Oculi ſe ſe claudentes, cum fronte aſpra, ſupercilijs obliquis, palpebris duris, & concretis.

Si autem frontem aſperam, ſupercilia obliqua, palpebras duras & concretas habuerint: ſilueſtriori animo præfidentes, ad temeritatem propenſi, & qui laudibus inflententur, & muneribus corrumpantur. Pol. Adam.

Oculi ſe ſe claudentes, cum palpebris non rectis, nec cilijs immotis, ſed trementibus, & oculi & aſpectus ſubmouentur.

Qui verò palpebras non habent rectas, nec ſupercilia immota, ſed trementia, & ſimul oculi & aſpectus ſubmoueantur, ipſi effeminati ſunt, ex viri videri cupiunt. Ijdem. Quibus autem clauſis oculis permanet; ipſi autem cum palpebras claudũt, ſuperius extollunt: inſaniam etiam produnt: & hi potius fęminæ quàm viri ſunt, & viri videri volunt. Alb. barbarè.

DE OCVLIS FREQVENTER SE APERIENTIBVS. CAP. XVI.

DIXIMVS de ſe ſe claudentibus oculis, nunc de oppoſitis: ſcilicet, ſe aperientibus.

Oculi ſemper ſe aperientes, & valde ſtabiles, vt aliquid meditantes.

Oculi qui frequenter ſe aperiunt valdè, & perſtant, vt aliquid meditantes, eorum animi conceptum, vel ſignificationem demõſtrabunt, quæ res ex ſuperiorum omnium ratione captabitur, ſi ſicci, udi, lucidi, & tenebroſi, magni, parui, prominentes, abſconditi, mobiles, & huiuſmodi, hæc recordans, ex eorum phyſiognomonia iudicare licet. Ijdem.

Oculi ſemper aperti, obſcuri, humidi.

Oculi ſemper aperti, tenebroſi, & humidi: accuratum hominem indicant. Ijdem.

Oculi ſemper aperti, obſcuri, humidi, & mitis aſpectus.

Si ad hæc mitis eorum aſpectus fuerit, probi hominis inditia teſtantur. Iides.

Oculi aperti, ſicci, ſplendentes, puri luminis relucentes.

Oculi aperti, ſicci, ſplendentes, μαρμαρίγαι, & puri luminis relucentes; imprudentes, audaciſſimos indicant. Ijdem. Ariſtoteles in Phyſiognomonicis in figura Impudentis tribuit ei oculos apertos, & ſplendidos, ſic in ea Pol.& Adam. Oculi quidem, inquit Rhaſes, patentes, & acutè intuentes, inuerecundi ſunt, Cuius cauſa eſt multitudo ſpirituum cum igne effundentium ſe ad muſculos, & vulgò iactari ſolet, apertos oculos, & fixè intuentes, inuerecundos eſſe. Alber. Oculi latè patentes, velunt hilariter micantes, intuentes, tanquam ſint continuati, ad gratiam, & ſuauitatem valent. Polemon deſcripſit virum noxium tales oculos habentem, tacuit nomen, deſcripſit corpus.

Vide in ſubiecta Tabella Leporem, & Vulpem apertis oculos dormientes.



Apertis oculis dormientes.

Plures noui homines, qui apertis, vel ſubclauſis oculis dormitabāt, quid de eorū moribus præſagiendum? Ego timidos exiſtimarem, & quum plures hoc modo dormientes, timidiſſimos cognoui: & ad Lepores referrem. Xenophon leporem apertis, & immotis palpebris domire dixit: vnde Aegyptij patens aliquod ſignificare volentes, leporē pingebant, cum id animal oculos ſemper apertos habeat: vt ſcripſit Horus. Græci hos homines λαγωφθάλμοι vocant, id eſt, leporinos oculos habentes ἐκκορυβαντιᾶν, morum factum eſſe á pupillis oculorum, quas κόρας appellant. qui cum cuſtodes Iouis eſſent, nō modo excubare, ſed etiam apertis oculis dormire cogebantur; Plinius: dormiunt lepores apertis oculis, multiq; hominum, quos corybantes Græci dixere, Dorcas etiam dormiens, oculos habet apertos, & ſaxa & rupes altiſſimas habitat propter timiditatem.

DE CLAVDENTIBVS SE SE, ET APERIENTIBVS OCVLIS. CAP. XVII.

DIXIMVS de ſimplici aperitione & reſeratione oculorum: nunc de miſta, ſcilicet qui clauduntur & reſerantur.

Oculi ſe ſe claudentes, & aperientes.

Oculi ſe ſe claudentes, & rurſus aperientes: inſidioſos, inconſultos, & deceptores notant. Pol. Adam. Oculi autem ob clauſi cum ſint,& palpebræ vigentes, ſiquidem frequenter clauduntur, & reſerantur, malignos mores, inſidiantes, & nocentes ſignificant. Alber.

Oculi ſe ſe claudentes, & aperientes humidi.

Oculi ſe ſe claudentes, & aperientes, ſi humidi fuerint: prudentes, & artium amatores. Pol. & Adam.ſi autem humidi ſint obclauſi, bonę artis ſtudijs indicant hominem occupatum. Barbarus tranſcriptor.

Oculi ſe ſe claudentes & aperientes, pallidi, & trementes.

Si autem tremor ipſis inerit, & pallidi fuerint: inſaniam, & mentis alienationem deſignant. Ijdem. Si autem cum humidi non ſint, ſed tremore, & pallore polluti inſaniam pro loquuntur. Albertus barbare ſatis. De Phauorino intelligitur ſcripſiſſe. Habebat tenſam frontem, molles genas, inflexam ceruicem, tamen craſſam, crura; pedes planos tanquam contectis pulpis: vocem ſuauem, verba muliebria, & omnes actus ſine vigore; luxurioſum, & diſſolutum voluptate libidinum; turpia feciſſe omnia, & paſſum eſſe ab alijs, etiam contrarium; præterea dicit eum fuiſſe maledicum, temerarium, & maleficijs ſtudentem, lętiferum venenum clanculo venditantem.

DE OCVLIS NICTANTIBVS. CAP. XVIII.

NICTANTES Oculos dicimus,qui frequenter aperiuntur,& clauduntur, alij palpebrizare dicunt Græcis eſt καρδαμύττω.

Oculi conniuentes.

Qui palpebrizant, timidi: quia in oculis primum mouētur. & in figura Timidi ait, Qui palpebrizant,imbecilles. & in figura Ornati, ait: oculorum, qui velociter palpebrizant, hi quidem timidum,hi autem calidum ſignificant. Pol. Adam. Oculi nictantes: formidoloſum arguunt. Ijdem in figura Timidi, tribuunt ei palpebras velociter mobiles, ſed Ornato oculorum, vel palpebrarum motum, neq; tardum, neque velocem tribuunt: vnde corrigendus venit Ariſtotelicus textus: cum Ornatus intra Timidū & Fortem verſetur. Plinius. Pleriſque verò naturale, vt nictare non ceſſent, quos pauidiores accepimus. Ego nictationem ex cerebri humiditate, & debilitate prouenire dicerem: debilis enim oculi, qui ſe continere non valeant, contremiſcunt,& nictant. Alexāder Aphrodiſeus poſt venereū coitum oculos pauliſper cōniuere dixit,id quòd propterea fieri,quia in concūbendo ita nos voluptati damus, totiq; dilabimur, vt erigere oculos,animūq;, & ſenſum in ſublime euehere nequeamus, quo fit; vt animus minus corporeas ſentiat affectiones, debelitatur, & cerebrū poſt coitum,ideò & oculi nictant. Athenæus quoſdam nictare frequenter, imprudētiamq; id arguere. Piſcis coracinus nictat. Galenus ex malencholia euenire dixit. Albert. Oculi qui frequenter clauduntur, & reſerantur: timidum, & imbecillem declarant.

Oculi conniuentes, ſicci.

Quod ſi conniuentes ſicci oculi fuerint, inſidias, fraudes, & occultum aliquod malum ordiri arguunt. Adam. in Polemone deeſt principium. Albert. ſi ſicci fuerint: dolos, verſare, & inſidias tendere.

Oculi conniuentes, diſtorti, ſubpallidi.

Si tales diſtorti, & ſubpallidi fuerint, fatuitatem teſtantur. Ijdem. Alber. verò: Si autem tales oculi ſunt peruerſi, & pallidi, ſtultitiam indicare noſcuntur.

DE RIGIDIS, SIVE NON CONNIVENTIBVS OCVLIS. CAP. XIX.

RESTAT de ſupradictis contrarijs oculis, non nictantibus dicamus. Galenus ex cerebri frigiditate, & ſiccitate euenire dixit.

Oculi non conniuentes.

At contra, qui non conniuent, robuſtiores, & inuicti ſunt. Ariſtoteles in figura Ornati, non conniuentes oculos calidos, dicit, id eſt, audaces, & fortes, cum eis contrarium ſæpè conniuentes timidos innueret. Plinius narrat, viginti gladiatorum paria in C. Principis ludo fuiſſe, in ijs duos omnino, qui contra comminationem aliquam non conniuerent, & ob id inuicti ſteterant. tantæ difficultatis eſt homini. Alber. contra leuitatem, ac inconſtantiam, oculos rigidos, ac intentos.

Oculi non conniuentes, & grauiter intuentes.

Oculi non conniuentes, grauiter intuentes, nihil vnquàm bonum eſt id quòd moliuntur. Pol. & Adam.

Oculi non conniuentes, placidè intuentes, humidi.

Non conniuentes oculi, quí placidè intueãtur, & humidi fuerint: curioſos, multa animo ſpectantes, amoroſos, & faciles arguunt. Ijdem. Sed Alber. videtur optimã conſtitutionẽ inter nictantes, & non nictantes oculos conſtituiſſe: inquiens. Mediocres autẽ, mores optimos polliceri. Conſtantes, & ſine nictatione oculos Celebrius Turcharum Imperator habuit, qui compoſiti animi indices fuere.

Oculi non conniuentes, pallidi, ſubrubri, & ſicci.

Oculi non conniuentes, pallidi, & ſubruffi apparentes, & ſicci: malitiam, iniquitatem, iram, dæmoniacam nequitiam, & ſtoliditatem teſtantur. Polem. ſed Adamantius calamitatem dixit, & improbiſſimam rerum memoriam, iracundiam, inuidentiam, & quamuis aliam extremam malitiam denotabunt. Chriſtiernus Daciæ Rex inſidioſos, & vipereos oculos habuit, id eſt, igneos, & non conniuentes, vel fixi obtutus, qui feras omnes nimia ſæuitia ſuperauit.

Oculi non conniuentes in ſe ipſo circumuoluti.

Si autem & ipſi in ſe ipſos circumuoluantur, magna amentia laborare ſciás. Ijdem.

DE OCVLORVM MOBILITATE. CAP. XX.

NVNC autem oculi motum Ariſtoteles. Pol. & Adam. ὀξὺν vocant: nos velociter mobiles, ſiue præcipites dicimus. alij acutos interpetrantur, cum ὀξὺς vtrumq; ſignificet. Sed à veritate maximè aberrant, cum phyſiognomones hos oculos aſcribant accipitribus, & reliquis rapacium animalium.

Oculi mobiles.

Qui oculos ſatis mobiles habent, rapaces iudicantur, argumento accipitrum, Ariſtoteles in Phyſiogn. à quo Pol. & Adam. Oculorum motus præceps, rapaces indicat. Peracris iuditij vir Lucianus ſuum deſcribens Pſeudomantem, Alexandrum maximum latronem, quippe qui non ſyluis, & montibus, ſed in ipſa ciuitate ſit latrocinatus, oculos dixit habere vehementer acres, & verſatiles.

Oculi mobiles, & acuti viſus.

Cuius oculi velociter ſe mouentur, & viſus eſt acutus, talis homo eſt latro, fraudulentus,& infidelis. Ariſt. ad Alexandrum : ex quo Rhaſes. Oculi acutè cernentes,& ſatis mobiles, latrones, deceptores, & callidos oſtendunt. Conciliator. Oculi vehementer ſe mouentes, & acutè cernētes, callidi,latrones, & infideles. Motus oculorum, vt diximus,& cerebri caliditate procedit, quæ quando magna eſt, oculorum velocitas præceps eſt: ex caliditate complexionis procedit horum ſubtilitas, ex quo ingenium, ex ingenij ſubtilitate procedit alterius deceptio,ex furtum.

Oculi mobiles, rubei.

Si verò oculi ſunt rubei, (& mobiles ſubintelligendum) ille, cuius ſunt, eſt animoſus, fortis, & potens. Idem ad Alexandrum. Hos oculos,vt diximus,Ariſtoteles rapacibus auibus aſſignauit: altures enim, & accipites, qui mobilibus, & ſanguineis oculis cernuntur; pugnatiores alijs ſunt, & de pertica in aſtantis faciem ſemper volant, & pugnam appetunt.

Oculi luſcioſi.

Oculi ſubcæcutientes (ὑποπαλλάττοντες) Ariſtotel. in Phyſiogn. ſed Polemon, imbecilles (λεπτοί) palpebras connigentes (ἐπιβάλλοντες) Adamantius cęcutientes (ἀλλάττοντες) androgynos notant. nos textus omnes ſubdimus, vt mutua ope corrigātur, & videant lectores mōſtruoſas interpetrū tranſlationes, vt omne aliud potius, quàm de oculorum phyſiognomonia tractare videantur; Luſcos verò oculos habentes, qui ad lucernam minus uident, ſemper improbi habiti ſunt,naturæ defectum oſtentantes in principibus membris; ob id luſcis moribus,& operibus iudicandi. Alb. ſatis peruerſe. qui autem palpebras promouent, ut contingit in cæcitate, & caligine oculorum, ſub diuerſis motibus oculorum,& ſuperius cilium molliter; ſubindicāt, timidi eſſe demonſtrantur. Angelus Politianus ſubluſcus fuit, petacris uir iuditij, ingenijq́;. ſed aſtuti, aculati, occulteq́; liuidi; cum aliena irrideret, & ſua à probo iuditio expungi non pateretur.

Oculi molliter, & placidè intuentes, & alteram palpebram iuxta meditur viſum ſtantem congruentem ſurſum attollatur.

Qui alteram palpebram cōgruentem (ἐπιβάλλοντα) iuxta medium uiſum ſtantem, & qui palpebras ſupra oculos reducentes, mollitur intuentur: Ardrogyni ſunt. Polem. ab Ariſtot. in Phyſiogn. Qui palpebras medias comprimunt, & vniunt, & utrinque, ut expaueſcentes, retrahant, mœchi & ipſi homines ſunt. Adamantius: ſi in medium palpebras comprimunt,& utrinque expellunt, ut luſcioſi ſint; hos ſi mœchos dixeris non peccabis: ſimiliter utrinque comprimentes, uel retrahentes iudicabis. Alber. qui alteram autem ex ſuperioribus palpebris paulatim deprimunt, & mollitur reuocant, & aciem dirigunt, aſſectatores ſunt pulchritudinis, & mæchos, & adulteros ſe eſſe profitentur.

Oculi molliter, & placidè intuentes, palpebras comprimentes, & vtrinque trahentes.

Qui palpebras comprimunt, & omnino hi molliter, & delitiosè intueantur, effeminati ſunt,& ad fęminas, & ad decentiam referuntur. Ariſtot. in Phyſio. ut alteram palpebram ſupponentes, (ὑποβάλλοντες) & ſubuertentes (ἀναστρέφοντες) lucioſi,& placidè, molliterq́; intueantur, ſe formantes, ac fingentes, & plurimum formæ indulgentes, ad ulteri. Pol. Qui alteram palpebras ſupponentes, & ſubuertentes, & ſimul humidè, placidè, & molliter intueantur, delicioſi,& formæ indulgentes, & mœchi ſunt. Alber. interdum etiam palpebra ſuperior ad medium ita deducitur, ut hinc, atq;illinc reflexis, & retractis angulis, ſubluceat oculus, & cum hoc incertè mouetur palpebra, hæc ſigna adulteris, & fornicatoribus attributa ſunt.

DE OCVLIS RIDENTIBVS. CAP. XXI.

DIXIMVS de motu oculorum, nunc ad alias qualitates accedamus, ſcilicet: qui riſibiles, & qui triſtes fuerint; nam plerunq́; ita ludibundi uiſuntur, ut eos aſpicientes, nō ſolum oculi, ſed eorum cauſa, & totus vultus ludere, & ridere uideatur. Hi præcipuè oculi in mulieribus uiſuntur, quæ plurumque fraudibus, & dolis, ſcarent.

Oculi

Oculi ridibundi, & hilares.

Oculi, in quibus voluptas quædam, ac riſus inhabitant, non ſine culpa putamus, doloſos enim, & quorſum tendant conſilia celantes, malignè omnia machinantes, & operantes. Pol. & Adam. Oculi riſui,& voluptati promiſſi nō ſunt omnes laudabiles. Alber. Aeneas Phygius hilaribus oculis fuiſſe ſcribitur à Darete, & ob id ſuæ patriæ proditor, & doloſus fuit. Erat Tammaſus Iſmaelis filius Sophì Rex Perſarum alachribus oculis,dignaq; imperio facie, quod maximè apud Perſas dignum eſt, equitandi, ſagittandiq; peritiſſimus, & maximè artificioſus imperio regendo.

Oculi ridibundi ſubaſpicientes, ſicci.

Qui autem ſimul cum riſu ſubaſpiciat, & ijdem aridius oculi fuerint, ſupremam hominis nequitiam deſignant. Pol. Adam. ſi ſicci ſunt, malitiæ ſunt indices. Alber.

Oculi ridibundi caui.

Caui, & ridibundi oculi: tanquam inſidioſi,ſemper malum aliquod conſulentes reſtantur. Pol. Adam. Caui, qui arrident: tanquam in inſidijs conſtituti ſunt habendi. Albertus.

Oculi ridibundi, & frons, genæ, ſupercilia, & labia moueantur.

Vel in Polemone, temporis vetuſtate, collapſa deſunt, vel ab Adamantio inuenta. Et ſi quæ extra oculum ſunt, vt frons, genæ, ſupercilia, & labia, interim moueantur, malus eſt riſus, malū enim intendit conſilium, & iniuſta opera ſignificat. Albertus. præcipuè tamen ſi commouet genas, & ſupercilia, & labia: talis autem riſus, aut cogitationes nefandas, aut conceptos iudicat dolos.

Oculi ridibundi, & fixi, minaci aſpectu.

Etſi minaci aſpectu conniueant, & fixis aſpiciant oculis; iniuſta conſultant opera. Adamantius. Maximè tamen ſi cum his ſignis,& palpebræ interdum coeunt, & interdum ſeparentur, hoc enim pro certo dicunt in corde iniquam eſſe cogitationem. Albertus.

Oculi ridibundi, aperti, & minaci aſpectu.

Si autem aperti oculi, & minaci aſpectu fuerint: iniuſta ab ipſis geruntur opera. Pol. Adam. Si verò perpateant oculi,cum riſu erunt, & perpatratam iam eſſe iniquitatem declarant. Albertus.

Oculi ridibundi, patuli, & ſicci.

Si quibus valdè patulos, & lætabundos oculos inſpexeris, inſidioſos iudices: ſi ſicci fuerint. Pol. valdè autem ridibundos,magis inſidioſos, & iniquarum operum factores prognoſtica: præſertim ſi ſicci fuerint. Adamantius.

Oculi ridibundi, humidi.

Deeſt in Polemone principium, & malè præcedentis finis cum ſubſequentis principio coniugitur. Non malos mores, neq; malos animi affectus notant, ſed vanos, abſque amore,& intemperantes. Adamantius ſupplet. Nam humidi non malos quidem mores, ſed vanos, rudes,imprudentes, amore carentes, & intemperantes notant. Alber. ſi autem arrideant, & ſint humidi, ſuſoutem quidem animum, ſed ſtolidum ſine affectu, & prudentia deſignant.

Oculi humidi, ridibundi, palpebræ remiſſæ, frons longa, & tempora vtrinq; producta.

Oculi ad riſum hilares, palpebræ remiſſæ, frons longa, (ſed Adamantius mollis abſurdè ſatis) tempora vtrinque producta, mores decoros, iuſtos, humanos, pios, hoſpitales, prudentes, optimè conſultationis, beniuolos, & caritate plenos oſtendunt. Pol. Adam. Cum autem ſubrident oculi molliter, & totus vultus apertus, & ſolutus eſt ad lætitiam, & remiſſæ aliquantulū ſint

palpebræ,

palpebræ, & mollis frons, & cilia laxa aliquantulum, in hoc ſtatu talis oculorum diſpoſitio, ingenium bonum, magnificum, iuſtum, manſuetum, religioſum, hoſpitalem, gratum, prudentem, docilem, & amatorem ſignificat. Albertus,

DE OCVLIS TRISTIBVS. CAP. XXII.

HVNC de contrarijs oculis hilaribus, ſcilicet triſtibus. Græci [illegible] dicunt, vt qui vultu ita demiſſo, & ſupercilijs laxati ſint, ſiue præ ira, ſiue præ triſtitia: Scythicum intueri dicuntur, qua ſic eorum facies non ſerena, ſed nubila, nec frons exporrecta, ſed rugoſa appareat, id quòd pro triſtitia, vel aliqua moleſtia multis accidit: nomine tanquam à Scythis facto; id eſt pro triſtitia, & auſteritate, demiſſis oculis ſcythico vultu ſum.

Oculi triſtes, humidi.

Oculi triſtitiam præſeferentes, & humidi, prudentes, & qui diſciplinarum amore trahuntur, notant. Pol. Adam. Corrigenda dictio apud Polemonem, & Adamantium [illegible], non [illegible]. Triſtes oculi nō omne ſunt timidi: nam quibus tales oculorum humidi ſunt: in cogitatione ſunt conſtituti, & ſtudia optimarum artium ineſſe deſignant. Alber.

Oculi triſtes, aridi.

Si aridi oculi fuerint, & triſtitiam præſeferant, ſummæ affabilitatis hominis argumēta dixeris, Polemon. ſed Adam. noxiæ plenos dicit, & melius: cum ſemper ſiccitas malum in oculis adaugeat: quod mendum in textu non ſolum ſuſpicor, ſed pro certo habeo.

Oculi triſtes, ſupercilia compreſſa, frons demiſſa, & auſtera.

Si autem cōprimantur ſupercilia, ſicut demiſſa, & frons demiſſa, & ſimul auſtera ſit: fidos, pios, probos, boni conſilij, & prudētes notat. Adam. & Polemonis textu uix quicquam percipi poteſt. Albertus. Etſi in talibus exiſtentibus ſupercilia ſint laxiora, & frons laxior, & cum tranquillitatē conueniant, & palpebræ ſint laudabiles, bonum deſignant ingenium: fidum, benignum, & grauitati perpenſum.

Oculi triſtes, frons arida, obtutus intentus, & palpebræ rectæ.

Quòd ſi accedat frontis aſperitas, & intentus obtutus, palpebræq; rectæ fuerunt: ruſticaniſſima conſilia, & qui adonem opus peragendum feſtinent. & à nullo facinore obtineant, indicabunt. Pol. ſed Adamantius barbara conſilia, nec ullum unquam ijs intentatum, imperfectumq; facinus. Alber. Si autem triſtes oculi, & ſicci ſunt, & ad id accedat frontis aſperitas, & aciei intentio, & palpebræ ſint ſubiectæ: deſignant nocentem, ferinum, & nil inauſum relinquentem.

DE SVRSVM, DEORSVMQ. DIRECTIS OCVLIS. CAP. XXIII.

NVNC ad alias oculorum qualitates accedamus; ſcilicet qui ſurſum, deorſumque vergant.

Oculi ſurſum euntes.

Oculi ſurſum euntes, ſtoliditatis, ſtupiditatis, ſacri morbi, ſalacitatis, ingluuiei, & violentiæ ſignum. Supra vbi de oculis ſurſum vergentibus rationem adduximus, Polem. Adam. Oculi autem ad ſuperiorem partem conuerſi, inſaniam mentis declarant, & hominem illum voracem, & vino debitum. Alb.

Oculi ſurſum euntes, & trementes.

Ad hoc ſi tremor aderit, non multum aberunt à ſacro morbo. Pol. Adam. Si autem cum his tremor inerit, vitia quæ dicta ſunt arguentur. Albertus.

Oculi ſurſum euntes, & pallidi.

Si pallidi fuerint, crudi, inhumani, timidi, inuidentiſq; ingenij, & homicidæ Pol. Adam. Si autem cum his, quæ dicta ſunt, ſint pallidi, & horribiles, indicant homicidas, & ſanguinarios.

Oculi ſurſum euntes, ſubrubri.

Si ſubrubri potius exiſtentes (μᾶλλον) vt Adamantius non πάντως nigricantes, vt Polemon, mulieroſi, canibus oblectantes, immunda loquentes, intemperantes, (ἀκρατεῖς, non ἀργάτυς, vt Polemon, & ſtupidi erunt. ſed Alber. Si autē ad ſuperiora conuerſi oculi ſubrubeant, & magni ſint, vinolentes, aleæ deditos, furioſos, in mulieribus intemperantes, contentioſos, & clamoſos oſtendunt. Summa tantum omnium vitiorum in huiuſmodi oculis ad ſuperiora conuerſis eſt inſania. Rhaſes, oculi ſurſum verſi, vt oculi bonum, & ſubruffi, & maximi: denotant hominē ſtolidum, dementem, & bibacem. Eadem ab eo Conciliator.

Oculi deorſum euntes, & ſupplices.

Oculi deorſum tendentes, ſupplices, eadē, quæ ſurſum verſi animi prognoſtica probent. id tamen plus habēt περιττότερον Adamantius, non περιστερον, vt Polemon. quod ruſticanum animum, & iram moſtrant. Adamantius moleſtos, ruſticanæ iræ, & crudeles. Alber. Oculi autem deorſum verſi, tanquam occidant, immites, implacabiles proloquuntur.

Oculi ſurſum vnus, alter deorſum euntes, & trementes, & halitus aſper, & denſus.

Si alter oculorum ſurſum, alter deorſum ibit, & tremor ipſis inerit, & cilia comprimant, & medium plus aſperum, & denſum referat. (Adamantius verò, & halitum aſperum, & denſum refetat: ſanè melius) hi in fine ad epilepſiam deuenient.

DE LIMIS OCVLIS. CAP. XXIIII.

HVNC de limis oculis, id eſt, obliquis, vel de ſtrabonibus loquamur. Communis eſt Phyſiognomonum opinio, Strabones peruerſæ mentis eſſe, & naturæ monſtra: defecit enim natura in eorum formatione, & quia defecit circa cerebrum, ex quo formantur oculi, maximus eſt defectus, cum nobiliſſima ſit hominum pars cerebrum: ob id mala ſignificare. Ouidius, inuidiæ oculos obliquos tradit.

» *Nuſquàm recta acies*

Mineruæ Statius oculos toruos confingit, quaſi atroces, & minaces.

Hic torua Palladis angues.

Taurine tueri olim adagium erat, pro eo, quod torue. Ariſtophanes Aeſchyli faciem iratam exprimens, id memorat. Plato demonſtrat Socrati fuiſſe morem taurinis oculis obtueri, & apud Pollucem odij ſignum, limis oculis aſpicere. Durat adhuc loquendi modus; inſtar tauri tuetur, qui ab ictu lanij euaſit. Attila Hunnorum Rex, torua oculorū nictatione terribilis fuit, toto ore ſæuitiam ſpirabat, ſupra omnes barbaros ingenio maximè fero, & agreſti ſuperauit, humani generis ferale portentum fuit. Phyloſtratus, Polyphemum ferum, & toruum intueri ſcripſit, vt neceſſitate victæ feræ. Ariſtoteles in Problematis, Oculi quando ita poſiti ſunt, vt ſitu inuicem ſimili reſpondeant, atq; medium teneant, mouendi ſe ſurſum, deorſum, latuſq; verſus, eodemq; in pūcto ſibi pupillā habeant, tunc ſitu integerrimo conſtant, præcipueq; mobiles circumaguntur. Atqui eodem in puncto pupillas continent: limi quidem non ſunt, diſcrepare quanquam inter ſe poſſunt, & alijs parte alba retracta, nigræ non nihil occulitur, modo eorum, qui ſternutaturi ſunt: alijs in angulum exteriorem nigra conuellitur, vt furioſis: alijs in interiorem nares verſus incabit, vt tragicis, laruis, hominibuſq; acerbis, ſeueriſq;: ſunt enim contuitu graui, cogitabundoque, &c.

H irci & viri retortorum ad dexteram oculorum figuram, præſenti tabella reſpicere licet.



Oculi ad dexteram retorti.

Oculi peruerſi,ad dexteram euntes, ſtultum notant .Pol. & Adam. Ego hos ad hircos referrẽ, & luxurioſos dicerem: hircus animal eſt libidinoſum: quum libido oculos contrudit in oculorũ anguſtias, quos vocant hircos, authore Suetonio in vitijs corporalibus. Et Virgilius.

Tranſuerſa tuentibus hircis, &c.

Quoniam libidinis; quæ in hirco pro feruida eſt, illie promuntur ſigna. Apuleius Grammaticus, quod illic hęreant oculi, hirquos dici opinatur. Iſiodorus ipſum hircum animal ab oculis hirquos, ideſt, angulos conuerſis, appellatum autumant. Limos oculos Veneri, & amaſijs tribuũt Poetæ. Apuleius de Fotide: Ad me conuerſa limis, & morſicantibus oculis. Plautus in Milite. Aſpice me oculis limis. Koſcius Gallus à C. Catulo maxime dilectus, oculis peruerſis fuit: ob id amabilis, eleganti forma, & optima indole ab eo deſcribitur; vt de eo epigrama ſcripſerit. Hector Strabus erat, & amoribus aptus, vt à Darete Phygio deſcribitur. Oreſtes ab Euripide inſaniens, & furijs agitatus deſcribitur, oculis reuerſis, aciebus intortis. Priamus Strabus fuit: clemens, humanus, ac bellator. Machometes Magnus, octauus Turcharũ Imperator, oculos toruos habebat: hircinos in angulis retortos, præcipuè cum aliquem exoppoſitè intuebatur.

Oculi ad ſiniſtram retorti.

Si verò ad ſiniſtram iuerint, luxuriem ſignificant. Jjdem.

Oculi ad naſum retorti.

Si verò aſpicient ad naſum introrſum; gratioſi, venerij, amicabiles, amoroſi. Jjdem.

Oculi trabi, aridi, patentes.

Si verò aridiores, patentes fuerint; & non tremuli, nõ mali: improbiq;, neque gratioſi, amoroſiq;, ſed verecundi, & iuſti. Ijdem.

Oculi ſtrali, patentes, & tremuli.

Si verò aridi, patentes, ſtrabi, & tremuli fuerint, maleſici, & audacíſsimi ſunt. Ijdem. Sed Polemon addit, trementes, & lachrimoſi. Martialis in Zoilum ſuum Strabonem, ita inludit.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

Erat Andronicus ſtrabus, ſimulator inſignis, & callidus. apud Nicetum.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA, LIBER QVARTVS.

PROEMIVM.

IAM Corporis partes omnes ſingulares enumerauimus, reliqnum eſt de ijs rebus loquamur, quæ in vniuerſum, recenſitis iam partibus, inſunt: colore, ſcilicet, motu, pilis, carne, commenſuratione, & reliquis: nequid, quod ad huius ſcientiæ perfectam cognitionem ſpectat, omiſiſſe videremur. Et primum à carne incipiemus.

DE MOLLI, ET DVRA CARNE CAP. I.

DICEMVS qui duri, aut molli, aut delicatiore carne fuerint, & ſi ipſa toto corpore à Phyſiognomono contrectari nequiuerint, ſaltē fas erit in manibus contrectare. Galenus carnis materialem cauſam puriorem ſanguinis partem dicit, efficientem verò calorem, & ſiccitatem, & in ſanguine ſpiſſo reperiri neruulos quoſdam, in liquido nihil, & liquidioris ſanguinis ſunt homines molles carnes habentes, & eiuſmodi ſunt timidi, & boni ſenſus, & inſtrumenta ſenſus maximè paſsibilia.

Caro mollis, & delicata.

Ariſtoteles libro De animalibus dixit; Molles carne, ingenioſi. In Phyſiogn. ex Sueſſani tranſlatione: Caro dura, & habituatæ naturæ inſenſibilem ſignificat; læuis autem & bene nata, inſtabilem; niſi in forti corpore, & habente extremitates duras hoc accidat. Sed hæc ex varia textus corruptione, & ex peruerſa Sueſſani interpretatione; quid ſignificet: vix conijci poteſt, & dum ſenſum verſioni accomodat, in multas labitur ineptias. Sed textus ita accōmodandus eſt. Caro lenis ingenioſum demonſtrat; dura quidem, & boni habitus, inſenſibilem; niſi id forti corpore, & habente magnas extremitates hoc accidat & in figura Ingenioſi: Caro humidior, & mollior, non ſuperflua, neque pinguis valde, & cutis ſubtilis. Polemon, & Adam. Manus teneræ, & molliores, optimi dicuntur eſſe ingenij argumentum. Et in figura Ingenioſi dant ei carnem mollem & mediam. Cuius rationem afferre tentandum. Ariſtoteles ſecundo De anima ſcribit, hominē guſtum præ cæteris animalibus certiorem habere: eſt enim guſtus, tactus quiddam, & ob id quia homo tactu pręſtantior ſit; etiam cęterorum animalium prudentiſſimus. Vnde inter homines σκληρόσαρκοι, ideſt, duri carne, hebetes; μαλακόσαρκοι, ideſt carne molles, ingenioſi: nam qui huiuſmodi carne conſtant, meliorem tactum, & ob id meliorem ſenſoriam facultatem obtinere, & inde melioris eſſe intellectus; quia ſenſuum bonitas diſpoſitio eſt ad bonitatem intellectus; quia bonitas tactus ex bona ſequitur temperatura, & bonam complexionem ſequitur nobilitas animę, vt ſæpius diximus. Vnde quibus præſtantior fuerit tactus, præſtantiorem quoque ineſſe animam, & perſpicatiorem mentem infertur. ſed obijciet aliquis. Pueri, & mulieres molles ſunt carne, & ab eodem Ariſtotele conſilio, & ingenio inualidi dicti ſunt. Quibus reſpondendum, mollitiem duplici de cauſa euenire, ſiue complexionis bonitate, quæ rara ſit & bene diſpoſita, ſiue phlegmatis redundantia, qua conſtant pueri, & mulieres. ob id Fabius in malaco ſanum dixit; quaſi in carnis mollitie, & raritate ſummam intelligat ſitam eſſe mentis ſanitatem, ideſt, prudentiam, & perſpicaciam.

Duri Carne.

Contra idem Ariſtoteles, duros carne, mente ineptos dixit, ex naturali cauſa, quam diximus. Si ad animalia referemus, oſtreæ, teſtudines, bouum, & ſuum tergora duriſſima; & maximè bruta eſſe animalia. Plinius verò non probat illos, qui ſubtilitatem animi conſtare non tenuitate ſanguinis putant, ſed cute, operimentiſq; corporum magis, aut minus bruta animalia eſſe. Sic bouum tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati inmeantis ſpiritus, nec purum, liquidumq; tranſmitti. Elephantorum quoque tergora impenetrabiles ſetas habent, cum tamen omnium quadrupedum ſubtilitas animi præcipua penetrabilis illi, ſic & crocodilis tergoris duritia, & ſolertia tribuitur.

DE CRASSIS, ET GRACILIBVS. CAP. II.

GALENVS libro De temperamentis, craſſiciem & gracilitatem ſequi temperamenta dixit, non modò ea, quæ à natura ſunt, ſed quæ à conſuetudine, quia multi fiunt pingues, qui graciles fuere, & contra graciles, qui pingues. Graciles enim ex otioſa, & delicata vita; toto temperamento ad humidius mutato; & pingues tolerantia, cura, & tenui victu perſiccatis. Dicemus & horum diſcernendorum notas, ab Hipocrate edoctas. Quibus venæ laxiores, hi calidi natura ſunt, quibus anguſtiores, frigidi; caloris namque opus eſt dilatare, flatuſq; extendere, ob id gracilis habitus, cum venarum laxitate; pinguis verò & craſſus cum venarum anguſtia: vnde ſi quis pinguis, craſſuſq; eſt; ac venas laxas habet, is conſuetudinis alicuius occaſione, non natura pinguis redditus: ſic contra, qui anguſtas venas habet, & gracilis eſt, is à natura talis non eſt; qui enim anguſtas habet venas, exigui ſanguinis ſunt, nec longam inediam ſufferunt: quibus latę copia ſanguinis, & citra noxã cibo abſtinent. Quicquid in ſanguine pingue, leue, & tenue eſt, in calidioribus temporibus calidum fit alimentum, & aſſumitur, in frigidis ſeruatur; circa particulas concreſcit, qua ratione animalia, quæ hyeme deliteſcunt, obeſa adipe reperiuntur, & feminæ viris pinguiores: quia frigidiores, & domum ocioſæ ſedent: Vnde temperati, qui mediocri exercitatione vtuntur, optimo ſunt corporis habitu. Carnoſo, ſiue ἔνσαρκοι dicas, qui humido abundant, & calor mediocris, corpulenti fiunt, & carnoſi: ſic qui natura temperati & deſides, & otioſi viuunt: adeps ex frigiditate, carnis abundantia, ex ſanguinis copia. Sed videamus quid ex craſſis, & gracilibus iudicare poſſimus.

Craſſi, & pingues homines.

Hippocrates libro De aere, aquis, & locis ait: Vbi terra craſſa, mollis, & aquoſa: ibi & homines carnoſi, articulis non apparentibus, humidi ſunt: & laboris impacientes. & vt plurimum maligni: ſeguicies & ſomnolentia multa ineſt; & ad tractandas artes craſſi, & inertes: vbi frigus quidem ſuperat, pingues ſunt. Exemplo Celtas adducamus, Thraces, Bithinos, Ponticos, Galatas, ſicuti & frigidæ regionis incolas in vniuerſum pingues. Qui animantia in medium afferant, vtq; natura frigidiora pinguiora reperiantur, vt vrſi, oues, & ſues. ſed peior ad craſſitudinem eceſſus, & anguſtę etiam ſunt horum venę. & arteriæ, & ob id paucum ſanguinem, & ſpiritum habent: adeò vt cum ætate proceſſerint, celeriter in ipſis paucus calor natiuus deſtruatur.

Graciles.

Contra verò vbi regio nuda, quæq; à frigore hyberno præmatur, & à Sole eſtino exuatur: ibi duros, graciles, & articulis probè compoſitos, hirtoſq;, & hirſutos reperias homines; in quibus à natura laboris tolerantia, & vigilantia qnoque: mores, & iras pertinaces, & contumaces, magiſq; feritate participantes, quam mãſuetudine. Inſuper ad artes acutiores graciles perueniunt. Exemplum Arabes, Lybici, Aegyptij, Aethiopes, qui terram inhabitant calidam, graciles, & aridiores. ſi ad animalia te conferas, quæ calidiora, & ſicciora; graciliora ſunt, ex pinguedine carentia, vt Leones, Pardales, & Canes. ſed ſi à mediocritate recedendum ſit, melior ad gracilitatem erit; quia graciles latas venas habent, & multum ſanguinem & ſpiritum, vt non facilè à noxis deſtruantur: vnde principales partes adeò affectę ſunt, & tale habent munimentum: vt non facilè ab exterioribus offendantur. ſed graciles magna ex parte bilioſi ſunt.

Euſarchi.

Optimum igitur eſt bene Carnoſum eſſe natum: hoc eſt, ita commenſuratum, vt neque craſſitudo adſit, neque gracilitas: nam & diutius viuere poſſunt. Hos Galenus quadratos appellat. ſed hi victu delicatiore patentes poſt modum craſsi facti, venæ, & arteriæ latæ fiunt: idcirco natiuus calor minus obnoxius extintioni.

DE CORPORIS COLORIBVS. CAP. III.

SVBNECTEMVS & de coloribus carnis. Id tamen attendendum, quòd prognoſticatio complexionis ex colore carnis, non niſi temperato hoc noſtro climate valet: non autem in Aethiopia, vel Illyria. Primum de toto corpore: mox de partibus.

Valde Albus Color.

Qui valdè albi ſunt, timidi ſunt, & ad mulieres referuntur, vt Ariſt. in Phyſogn. & in figura Miſericordis albicolorem facit: & ab eo Pol. & Adam. ſequaces. Purus calor in homine excedens, demonſtrat fœminatum: naturalis cauſa ex Galeno petenda. Quòd qui alba pituita affluunt, quos Græci λευκοφλεγματίας appellant, citra controuerſiam frigidi ſunt temperamenti: & ijs molle corpus, & tumidum quodammodò, vt aqua affectis intercutem. Auicenna. Candor ebori ſimilis, phlegmaticos oſtendit: quorũ peculiaris affectio timiditas, eſt & molities. Et Hippocrates libro De ſtructura ait. Pituitoſi inertes, & frigidi ſunt. Michael Scotus albos ignaros dicit, puto ignauos dicere voluiſſe. Polyxena candida fuit, & animo ſimplici. Plautus ſuum Philocratem albo corpore pingit, corpore tumidum, & delicatulum, & ſubdit cincinnatum.

Albus Color.

Præterea Ariſt. in figura Luxurioſi, albicoloris ſit oportet inquit. Et libro De hiſtoria animaliũ viros albos multi ſeminis eſſe, quia multũ humidi ſunt, & albæ mulieres libidinoſæ ſunt: eſt enim albedo nota humiditatis, ex qua fit ſemen. Polem. in eadem figura, huiuſmodi colorem libidinis eſſe notam. Suetonius Cęſarem album fuiſſe dixit, & maximè luxurioſum. Sic etiam Tiberium Cæſarem: Hic enim Spinthrias excogitauit, & puellulos fellatores, qui etiam ſacrificando miniſtrum acerram perferentem, eiusq; fratem ribicinem conſtrupauit, & multa: quæ à Suetonio, alijsq; referunrur.

Valde nigri.

Valdè nigros, timidos iudicat Ariſt. in Phyſiogn. Polemon. & Adam. ex eo, nigri coloris meticuloſos dicunt. Naturalem cauſſam aſſignat Auicenna. Fuſcus, obſcurus color, inquit, cholerę nigrę dominium in corpore arguit, & melancholiæ comes timiditas eſt. Et Ariſt. in figura, Amari, nigricolorem eum facit, & pro amaro melancholicum & atrabilarium intelligit. Atſi ad regiones referre licet, ad Aegyptios, & Aethiopas referemus: quia color nĩger: non ſolum timiditatis, ſed doloſæ mentis inditium affert. Albertus itidem timidum, verſutum, & furem oſtendit: vt qui in primo climate habitant. Aethiopũ verò nigritiẽ ex ſutioni, & ſuperficiali calori, qui non in corde reſidet, ſed in extremis ſupernatat, Alexander putat aſcribendum: cui rei argumento illud eſt, populos eos cũ ęſtuoſiſſima incolãt loca, timidos item eſſe, ac effęminatos: Scythias verò, qui in gelidiſſima ſunt regione, albos eſſe & animoſos: quibus in corde, ac iecore naturalis calor nidulatur, nec ad extima ſe magnopere promit: indicio eſſe cutis candor. Zeno Citticus nigra cute fuit, Diogene referente. Ludouicus Sfortia à fuſcedine oris Morum, ideſt, Maurum vocitatum ferunt: ſubtili aſtu, & multo ſimulationis artificio propria vota contegere, & diſſimulanter mentiri, fallere ex commodo, atq; traducere ſimpliciores homines ex officio non ignari principis eſſe putabat.

Squallidus Color.

Color autem qui ad fortitudinem confert, medium horũ opus eſt, Ariſt. in Phyſiogn. ſed qualis hic color fuerit, non explicauit. ſed audacia, & timor ſunt extrema, (vt in Ethicis habetur) albus verò, & niger timorem indicant, quomodo medius inter hos color ad fortitudinem facit? ſed

mihi

mihi videtur, quòd medius color maximè ab extremis, albo & nigro recedit, qui conueniunt timori; qui extremum eſt fortitudinis; recedere verò à fortitudinis extremo, & accedere ad medium in quo fortitudo conſiſtit. Nunc medium colorem ego dixerim fuſcum, ſiue ſqualidum, quo ab Ariſtot. accepimus, qui in figura Fortis viri, tribuit ei colorem ſquallidiorē, αυχμηρότερον. Pol. & Adam. hunc acutiorem dicunt. Alber. malè explicans huiuſmodi colorem, dicit. Color albus, rubeus: fortes, & animoſos oſtendit: vt ſunt qui habitant in ſexto Climate. Sed hic color candiruber alius erit, vt dicemus. Auicenna brunum colorem, ſiue fuſcum: caliditatem ſignificare dixit in quo audacia, & fortitudo. Auguſtus colore fuit inter aquilum & candidum, ſed quis ſit aquilus color quando de oculorum coloribus tractauimus diximus: fuit enim fortis & magnanimus. Celebinus Turcharum Imperator candido ore fuit, in quo modicè diffuſus pallor erat, animi magnitudine, & bellica virtute præditus.

Pallidus Color.

Cum pituitabili admiſcetur, ex albo color fit pallidus, inquit Galenus. Alibi ωχρὸν χρῶμά eſt pallidus color. fit talis color permiſta aquoſo excremento pallida, amara, & flaua bile. Qui pallidi, & colore turbati, inquit Ariſtot. in Phyſiogn. timidi ſunt: alij: Medici pallidum colorem, phlegma, & malencholiam arguere dicunt, ex quibus fit timor. In figura Amari, id eſt, melancholici, Polem. & Adam. ſubpallidum colorem tribuunt. Ariſtot. ad paſſionem refert, quæ in timore fit. Aphrodiſeus cauſam naturalem reddit Cur qui metuunt, pallidi efficiuntur. Ait.n. Sanguis in timore continuo fugit, & ſe ad loca penitiora confert cuſtodiæ gratia; Cuius orbitate palleſcit facies; ipſe enim eſt qui florem corpori largiri poteſt. Si ad aliquod animal referre licet, ego ad Camæleonta, & Polipos referrem; pallidi enim ſunt coloris, & turbati, & omnium animalium timidiſſimi. Plinius nullum animal pauidus exiſtimatur, & ideò verſi coloris eſſe mutationis; & ex ipſo Ariſtotele Chamæleon omnium maximè inopia ſanguinis riget: cauſa ad mores animę eius referenda eſt, prænimio namq; metu multiformis efficitur. Metus enim refrigeratio per inopiam ſanguinis colorisq; eſt. Et Polypus maximè frigidum animal: quamobrem neq; in ponto, neque in frigidiotibus generatur aquis. Maiores noſtri pallorem noctis & Herebi filiam fabulati ſunt: aiunt enim eiuſmodi colorem exhauſti ſanguinis, vel ægri certiſſimum teſtem, à nocte quæ quicquid à luce Solis non tangitur, aut minus bona vegetatione nutritur, pallore occupari ſolet: & pallor amorem arguit. Ouidius,

Palleat omnis amans, color hic eſt aptus amanti.

Eraſiſtratus Medicus ex immodico pallore amorem depræhendit incluſum Antiochi medullis, qui ægritudine amatoria in lecto cubanti, poſt ruborem pallor in corpore diſundebatur. Pan Deus ex nimio pallore Pſichen ardenti amore laborare cognouit, & lenientibus verbis permulcebat, apud Apuleium: color Græcis ὠχρὸς, & ὠχρὸν ob eſt.

Subliuidus Color.

Ad Alexandrum ſcribens Ariſtoteles, ait: Caue ab homine liuido flauo; quoniam deditus eſt ad vitia, & ad luxuriam. Pol. & Adam. hunc colorem ὑπόχλωρον videntur nominare, quaſi ſubflauū, Inquiunt enim: Subflaus color niſi ex aliqua ægritudine is fuerit, pauidæ admodum, & peruerſæ naturæ indicia oſtendit. Iidemq; in figura Fatui improbi, ſignificantes peruerſam eius naturam, huius modi coloris meminere. Sed oriri poſſet difficultas ex nominis χλωρῦ ſignificatione, cum apud Græcos, χλωρὸν viride ſignificet, & nulla facies viridis ſit, vel flaua, vel pallida, aut liuida, vt nos vertimus. ſed χλωρὸν non ſemper viride ſignificat, ſed ex flauo vireſcens, & ex viridi flaueſcens; eſt enim is color, vt Ariſtot. libro de Coloribus dicit, in maturis ſegetibus, vel ſterili loco natis viſitur, cum ex viridi flaueſcant. Poteſt & chloron ſignificare pallidum, vt Galenus apud Hippocratem libro De ratione victus accepit, dicens eum colorem fieri ex flaua bile cum aquoſo excremento permiſta; quæ mixtio non viridem colorem, ſed ex flauo, & nigro miſtum. Et apud eundem Prognoſticorum primo, chloron declarat non viride, ſed flauum ſignificare. Idem comprobat Cornelius Celſus eadem verba Hippocratis interpetratus; qui flauum nō viridē interpetratur: & Dioſcorides optimum mirrhæ colorem deſcribens, ait, ὑπόχλωρον, id eſt, ſubflauum, non ſubuiridem, cum laudatiſſimæ mirrhæ color, non ſit ſubuiridis. Facit ad rem noſtram Fauorinus, qui docet, Idem χλωρὸν, qui ὠχρὸν, id eſt pallidi. & dictio ὠχρὸς, ex dictione χλωρὸς transpoſita ω, & ſublata λ. Libuit id admonuiſſe, ne iſtius dictionis ignoratione in prognoſticādo falleremur. cum

multos,

multos, & doctiſſimos interpetres in eiſdem falſos cognouiſſemus. Ad rem ergo redenntes. Loxius ait nnſquam vidiſſe pallidum, qui non ſit doloſus, & malignus. Pallidus, ſiue liuidus color, omnium conſenſu inuidiæ nota eſt. Extat ad id Martialis epigramma.

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Inuidi enim pallentes, ſiue ſubcrocei, à paſſionis nota in animo inuidiæ notam demonſtrant. Ouidius de Inuidiæ ſimulacro:

Pallor in ore ſedet.

Auicenna: Plumbeus frigiditatem, & humiditatem ſignificat cum pauca melancholia. Quàndo eſt albedo cum airiditare, albedo, phlegma, viriditas ſanguinem arguit; qui niger eſt, commiſtus phlegmati fit viridis, & eburneus, vnde ſignificat phlegma cum colera rubra. Liuiditas & flauendo ſignum eſt diminutæ concoctionis: ob id homo liuidus, & flauus, eſt deditus vitijs, & immoderatus circa res gratas. Albertus. Vehementer albus cum pallore defectum virtutis, & victoriam phlegmatis notat. Plinius ex Ariſtotele plumbeum colorem breuis vitæ ſignum dicit. Plutarchus in Cæſaris vita ait: Cum Cæſar habuiſſet Brutum ſuſpectũ, idcirco ad amicos dixiſſe, haud mihi magnopere placet: quia magnopere pallidus. Rurſus delatas ad ſe de Antonio, & Dolabella calumnias, dixit, non hos rubentes, crinatoſq;, ſed pallentes magis, & macilentos illos: oſtendens Brutum, & Caſſium, C. Caligula colore fuit pallido, & fuit maximè timidus, & peruerſæ naturæ: vnde neſaria eius conſilia, & malignitates, & inuidiam notarunt hiſtorici (cum nobiliſsimo cuique veterum familiariũ inſignia ademerit) Cæteraſq; inuidiæ notas, quas demonſtrauit, & peruerſæ naturæ. Saluſtius Catilinam exangui coloris fuiſſe dicit, & ingenio fuiſſe malo, excitans inteſtina bella, cædes, rapinas, ciuiles diſcordias, animo ſordido, auarus, ſimulator, ac diſſimulator, alienum appetens, ſui prodigus. Attilia inhumano, luridoq; pallore fuit: funeſti ſui ſæculi dira clades: vrbium, terrarumq; portentuoſus euaſtator, ſuperbo, & terrifico nomine, Dei flagellum, appellari voluit, ſcilicet, vt totius humani generis odium ab ſe in irati Dei numen auerteret, quaſi non alio lictore opus foret, quàm ipſo Attila, qui virgas, ſecures, & ignes validus exercere potuiſſet. Atroci pallore, vipereis oculis Actiolinus Patauinorum tyrannus fuit, humani generis portentum, horribilis ſui ſæculi peſtis, animi ſæuitia Phalari, Dionyſio, atque Neroni ante ferendus: ingenio impente impio, & nunquam cædibus ſaturato. nõ tortorum, neque carnificum manus, inſerendis cruciatibus, expediendiſq; laqueis, & ſecuribus ſufficiebant: viui homines in fruſta laniorum cultris ſecabantur; alij ad palos deligati, voraci flamma torrebantur; alij per articulos momentaq; temporis ad longos cruciatus extendebãtur. Sic nuſquam remiſſa atrocis animi ſæuitia, ſed rediuiua feritate debacchatus, ſupra triginta millia omnis generis, ſexus, ætatiſq; hominum teterrimo ſupplicio ſubſtulit. Squallido, ſiue pallido, liuidoq; colore fuit Mahometes Secundus, ab expugnato Byzanrio Turcharum Imperator, ſimulator maximus, atrox, immanis, & crudelis. Selinus Nonus Turcharum Imperator ſcythico, pallidoq; vultu fuiſſe traditur: ſpirabatq; lethnm, neſas, & iram: patrem, & fratres ſubſtulit veneno. Franciſcus Pactius, qui in Iuliani Medices necem conſpirauit, eumq; lethali vulnere ſanciauit, pallenti fuit ore, & ingenio liuido.

Mellinus Color.

Qui mellij ſunt coloris, frigidi. Ariſt. in Phyſiogn. Frigida autem difficulter mobilia: mobilibus autem difficulter exiſtentibus, ijſq; quæ iuxtà corpus ſunt, erunt vtiq; tardi. Hunc c[illegible]orem Ariſt. μελίχλωρον vocat. Pol. & Adaman. Mellinus color vocatus, meticuloſum Epulo[illegible]cundum, & nugigerulum hominem demouſtrat. Interim corrigatur Polemon. qui pro [illegible] habet μελανόχροα ex Ariſt. & Adaman.

Ruffus Color.

Qui corpus ruffi coloris habent, pernicioſi, & varijs moribus præditi viri argumenta teſtantur: Polem. ſed Adam. totum corpus dicit, & fraudolentum, non pernicioſnm dicit, à vulpiũ fortaſſe ingenio, quæ coloris ruſſi ſunt. Idem in figura Impudentis eiuſdem coloris meminere. Alber. Rubicundus, non clarè rubedinis color, ſed ſpiſſæ: omni tempore ſtudentẽ dolis indicat. Aeneas ruffo colore erat, & ſuæ patriæ proditor. Metion ruffus fuit, vitioſus, pertinax, & in parentem crudelis. Ex Darete Phrygio.

Flam-

Flammis Color.

Quibus color flammeus eſt, maniaci ſunt; quia ea, quæ ſunt in corpore vehementer calefacta, flammeum colorem habent: qui autem extremè calefaci, maniaci vtique ſunt. Ariſt. Hic color Græcis φλογοειδής. Pol. & Adam. Color flammeus furioſos indicat. Alber. Ignitus color, cum lucentibus oculis, ad inſaniam vergentem hominem notat. Caſſandra ruffa fuit, id eſt, flammea, & oculis micantibus, & maniaca fuit.

Rubeus Color.

Quibus color rubet, acuti. Ariſt. Qnoniam ſecundum corpus ſunt calefacta, erubeſcunt; ſignum eſt caliditatis, & ſubrilitatis ſpirituum. Rubeũ colorem Galenus teſtatur ſanguinariæ multitudinis inditium eſſe, ſi id aliqua cauſa non euenit, exercitatione, ira, vel verecundia, ex ij in toto corpore apparuerit, ſm minus in parte illa, in qua inſunt. & in libro Artis medicinalis. Calidæ temperaturæ ſignum dicit. Auicenna: Denotat, rubeus color, multum ſanguinem, & caliditatem.

Cardiruber Color.

Color candi ruber bonam indolem notat. Ariſtot. quando in lęui corpore id color accedat. Diximus rubeum colorem calidam & ſanguineam complexionem demonſtrare; album verò frigidam, & phlegmaticam: miſtum ex vtroque colore, optimam tẽperaturam. Galenus in Arte medicinali, ſignum optimæ temperaturæ, ideſt calidæ, & humidæ eſſe colorem miſtum ex albo, & rubro. Ab eo Auicenna. Idemq; Ariſt. in Idea Ingenioſi monſtrat cadirubrum colorem optimum ingeniũ præſtare. Pol. & Adam. Color modicè ad rubrum vergens, egregiam ingenij nobilitatem, in diſciplinis capeſcendis promptitudinem, acremq; virum dijudicant. Ijdemq; in figura Ingenioſi, colorem candidum ſubrubrũ λευκὸν ἐπέρυθρον commendarunt. Alber. Color medius inter album, & rubrum, declinans ad brunum; ſi eſt clarus, boni ingenij, & bonorum morũ index. Alexander Magnus colore erat candido, ſed candori rubor miſtus vultum & pectus occupabat; cumque Apelles fulmen eum geſtantem depinxiſſet, & facie ſordidum & fuſcum, reprehenſum fuiſſe narrant, ſi quidem eius colorem non eſt imitatus. Vnde eius modeſtia, ad corporis voluptates, continentia grauitas, animiq; magnitudo, & optimæ eius temperaturæ ſignum erat. Erat enim tantæ ſudoris fragrantiæ (vt in Ariſtoxenijs comẽtarijs legit Plutarchus) vt interiores eius tunicæ mirabili fragrantia complerẽtur. Cuius rei cauſa erat corporis temperies, innato calore feruentis. Roſeo, Illuſtriq; vultu fuit Totilas, maximiq; in eo vigor animi, robur, pudor, pietas. Galeacius Vicecomes Primus roſeo, & coruſco ore ſpectabilis fuit, & ſtaturæ dignitate, facundia, liberalitate, vitæq; ſplendore, ſuæ ætatis principum famam obſcurauit: Dux bello ſtrenuus, & fortunatus habitus. Roſeo enim colore Carolus Aurelianus, Franciſci Regis filius fuit, qui item liberalis, ſplendoris & bellicæ virtutis ſpeciem tetulit.

DE PARTIVM CORPORIS COLORIBVS. CAP. VI.

DIXIMVS de totius corporis coloribus, nunc dè partiũ coloribus ſingulatim verba faciemus: nam pars eius colore affecta, morbo illo laborare oſtendet.

Facies facile rubeſcens.

Quibus facies ſupererubeſceus, verecundi ſunt. Ariſtot. in Phyſiogn. & ſignum refert ad paſſionem: quia verecundis ſemper erubeſcit facies. Aphrodiſeus verecundos, & hilares dicit: verecundi quidem, quia ſanguis tegendi cauſa ſuper faciem ſemper profuſus eſt; veluti ſæpè ob pudorem faciem tegimus; hilares verò, quia ſanguis voluptatibus extrinſecus occurrit. Dici poteſt hic color roſeus, is eſt candidus, ſanguinis rubore penitus diffuſo cum venuſtate, & puerorum, & virginum nitor: qui vulgò ab humana carne incarnatus dicitur, Facies pudibrudi, & verecundi hominis erubeſcere conſueuit, quoniam, inquit Ariſtot Problem. ſanguis de corpore in omnes partes diffunditur, pudentibus. Eſt verecundia bonum in adoleſcentibus, Diogenes Cynicus, Rubor, virtutis eſt color, dicebat. Nęuius pudoris colorem appellauit. Pudoris & verecundiæ ſignum apud Terentium eſt. Erubuit ſalua res eſt. Galenus ſubrubicundum colorem dixit, namq; rubrum colorem, calidum denotare temperamentum; ſubrubrum nõ per inde ita calidum, velut ſubcalidum, ſed in reciprocantibus ſe humoribus temperamentus ſuſpicere non oportet, vt in commotis, vel iratis, aut pudore affectis. Hunc pudoris ruborem ſatis ornatè

Poeta

Poeta iu Lauiniæ genis perſcribit.

Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per oſſa cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro,
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia, multa
Alba roſa tales virgo dabat ore colores.

Philoſtratus hunc etiam colorem in Pantiæ vultu oſtendit; qui autem malis inerat rubor, ne defunctam quidem deſerit, quem & pulchritudo, & verecundia exhibebar. Diuus Bernardus in macilenta ſua facie in genis in ſubtiliſſima cute modicum ruboris oſtentabat. Et erat iucundus, inter opprobria, inter obſequia verecundus. Ruellius Gallus Medicus inſignis, ore rubore perfuſus fuit, natura modeſtus, & leuis.

Rubidæ aures.

Pudefactis rubeſcunt aures, ait Ariſtoteles in Problematis. Pudefactis enim oculi refrigerantur, quia pudor in oculis eſt; nec reſpicere valent quos pudor tenet. Calor igitur in aduerſam partem tranſit, quæ poſterior eſt; nam aures ſatis ex aduerſo poſitæ ſunt: ita quod pudore maxime erubeſcunt. Vel quia aures maxime partium faciei exangues ſunt, & peregrinus humor inanem partem adire aptus natus eſt; itaque cum calore per pudorem orto, reſoluitur, ſtatim ſe in aures colligit, ob id qui ſemper aures rubicundas habent, maxime verecundos exiſtimarē, & in figura Verecundi Polem. & Adam. quaſi rubore plenum dicunt, quaſi aures, & omnia rubore plena habeant. Sed Albertus non aures ſolum, ſed toram faciem rubram habere, & rubicundiorem frontem cum oculorum demiſſione, verecundiam ſignificare dixit.

Rubra facies.

At facies ipſa, ſecundum ſeipſam, rubra apparens, aſperos hominis mores nunciat. Domitianus fuit vultu ruboris pleno: vnde cum oris verecundia apud Senatum cōmendaretur, iactauit vſq; ad huc animum meum probaſtis, & vultum. Plinius de eo. Superbia in fronte, ira in oculis, fæminea in ore, ac corpore impudentia, multo rubore perfuſa. Cornelius Tacitus de eo. Cum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus, & rubor, quo ſe contra pudorem muniebat.

Rubræ genæ.

Quibus genæ ſupererubeſcunt, vinoſi ſunt, & referuntur ad paſſionem: quia inebriatis ſuper erubeſcunt genæ, ex Ariſt. in Phyſiogn. Polemon autem: ſi genæ tantummodo rubro colore inficiantur, ebrioſos homines indicant. Suetonius Vitellium fuiſſe rubicunda facie, & plerumq; ex vinolentia. Alexander Macedonius rubrum habebat vultum, candori mixtum, & bibax, & vinolentus fuit, ex Plutarcho.

Naſus & maxillæ quaſi epatico colore infectæ.

Naſus, facies, & maxillæ rubræ; quaſi epatico colore infectæ, virum oſtendunt, non ſolum vinolentum, ſed ſanguinarium, & libidinoſum. Loxus ſe obſeruaſſe hominem ait, cuius naſus & maxillæ epatico colore inficerentur, & omni vitio refertum eſſe; libidine, vinolentia, & crudelitate. Quamplurimi ſunt apud nos: qui non ſolum rubras genas proferant, ſed epatico colore infectas; eoſq; crudeles, luxurioſos, & vinolentos inuenimus. Carolus Neapolitanorum Rex enormi & rubente naſo fuit, ſæuus, in exorabilis, inimicorum cæde gaudens, in exercenda in humanitate peruicax, Manfredo Regi ad Beneuentum interfecto, ſepulchrum denegauit, Corradinum, & Auſtriæ Regulum in foro ſecuri percuſſit. Cæſar Borgia Dux Valentinus faciem atro rubore profuſam, & tuberculis, qui ſaniem leuiter expuerent redundantem habuit: ſanguinario fuit ingenio, immaniq; ſæuitia: veteres tyrannos æquaſſe cenſeri poteſt: Libenter noctu uagabat per urbes, cum nunquam interdiu videretur, ne deformis & temulenta facies ſpectaretur. Rubenti & prope temulenta facie truculentus fuit Georgius Fraiſpergius Sueuus, ſtrenuæ etiam feritatis, & crudelitatis.

Erubeſcentes pectus.

Quibus flammeus color circa pectus, ſunt difficilis iræ, & ad paſſionem refertur. Signum iratis namq; ſuper accenduntur ea, quæ ſunt circa pectus. Adamantius vbi de colore loquitur, ait. Pectora rubra exiſtentia ſeruere intus iram oſtendunt, quod ab Ariſtotele excepit. Albertus pectus rubore obductum, iracundia inflammatum virum oſtendit.

Vngues ſubrubri.

Optimo colore ſignatos vngues, bene compoſiti viri inſigna eſſe: ſubflauos vngues, ſine rubicundos, Pole. & Adam. inquiunt, cuius ratio naturalis eſſe poteſt: Quia vngues lucidi, & diaphani ſunt, & cutis colorem optime repræſentant, ſi enim album, ſubflauumq; colorem repræſentabunt, optimā hominis temperiem demonſtrabunt, vt diximus, cum de huiuſmodi colore diſſeruimus. Albertus. Vngues albi, plani, molles, tenues, ſubrubentes, & bene pellucidi, optimi hominis ingenium iudicant, & hoc eſt vnum ex ſignis, quod raro fallit: tales enim vngues ab optima complexione fiunt.

DE PILIS CAP. V.

DIXIMVS de colore, nunc dicemus de pilis: & primo de ijs, qui toto inſunt capori, mox qui partibus.

Toto corporé piloſi.

In quibus totum corpus aſperis, denſiſq; pilis obſitum inſpexeris, illud tarditati, incritieç; aſcribendum putabis: dixit Polemon. Adamantius bouinum dixit: eſt enim inertia, tarditaſq; bouum propria. Hippocrates libro De Aere, aquis, & locis, inquit. Vbi regio nuda, & aſpera, quodq; à frigore Hyberno prematur, & à Sole æſtiuo exuratur, ibi hirſutos reperias homines, & eſſe pertinaces, & contumaces, & magis feritate participantes, quàm manſuetudine. Calida igitur, & ſicca temperies in ſummo hirſuta eſt, mediocriter autem, calidaq; ſcilicet, in altera contrarietate, mediocritatē habet: ſimiliter ſicca, quæ in caliditate, & frigitate media eſt temperie, eſt modice hirſuta. Marſias vultu ferino, trax, hiſpidus, multibarbatus, ſpinis & pilis obſitus, veluti bélua, ſtultitiæ maximum ſpecimen & feritatis; in Apollinem delirans, laudans ſe eſſe quod erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus, cōtra Apollinem aduerſis virtutibus culpabat, quod eſſet coma intonſus, corpore glabellus, tandem cum eo certans, ſuæ beluinæ temeritatis pęnas dedit. Cyclops à Philoſtrato ita deſcribitur. rectam quidem ac denſam, pinus more, quatiens comam, ex voraci mento ſerratos exerens dentes, pectuſq; & ventrem, & ad uſq; ádunguem tendit penitus hirſutus, ſed ferum & toruacem intuetur, haud ſecus leones truculentiſſimi humano veſcentes corpore.

Piloſi.

At qui piloſi, luxurioſi ſunt. Ariſtoteles Problematis libro quærit, cur aues, & piloſi homines libidine vehementer angantur & rationem affert, quod multum humoris contineant, & genus auium naturæ multi humoris concoquens propter caloris copiam: eſt indictio pilus ac penna. Vel quod & multum ineſt humoris, neq; ſi non à calore vinceretur, pennæ auibus, pili hominibuſq; poſſet nunquam oriri. Semen autem vel loci, vel temporis portione vel ratione creati plurimum poteſt, vt in aere, vt in vere: nam eius natura calida, & humida eſt: Et in natura Luxorioſi facit eum piloſum. Lepori uni pili in bucca intus ſunt, & ſub pedibus, vt Ariſt. ait. Et Plinius. Villoſiſſimus animalium lepus, quæ Trogus conſiderās in lepore, hoc exemplo libidinoſiores hominū quoque hirtos eſſe dixit. Michael Scotus. Si videbis hominem piloſum in carne, & cruribus, & in ventre & non luxurioſum, redde gratias Deo. Caligula fuit capillo raro, & circa verticē nullo, hirſutus cætera: luxurioſus maximè fuit, multoſq; dilexit commertio mutui ſtupri, inſuper ſororum inceſtu, nullaq; illuſtri femina abſtinuit. vt à Suetonio habetur.

Piloſa tempora rectorum temporum.

In figura Luxurioſi, Ariſtoteles eum piloſa tempota, & pilorum rectorum habere dixit. Poteſt

id ad hircos referri; poteſt & ad cauſam naturalem: nam pilorum multitudo circa tempora prouenit ex venis et arterijs multis ſanguine plenis, quæ ad eum locum terminantur, & piloſitas ibi magis, quam alibi exiſtens, ſeminis multitudinem arguit. Eo loco defluxum ſeminis eſſe Hippocrates dixit, cum inciſæ ibi venæ ſteriles homines efficiat. Polemon eodem loco non tempora piloſa, ſed labia piloſa dixit. Albertus pili denſi, & vaſti circa tempora, & aures, libidinoſum, & calidum demonſtrant. Sed tenues & rari iuxta tempora frigidum, & ſine viribus hominem.

Piloſæ genæ.

Natura maxillas pilis ornauit, non modo vt eas operirent, verum etiam decus, & ornamentũ afferrent, venerabundus mas apparet magis, ſed genas, & naſum expertia & nuda reliquit: ſilueſtris enim & fera facies tota fuiſſet, haud quamquam animali manſueto, & politico conuenieus, dicit Galenus: vnde piloſas genus habentes, ego ferales, & ſtupidos iudicarem, cum in facie genæ tantummodo ſemper glabræ ſint. Et ferinum eſt, faciem & genas piloſas habere, & ſus præcæteris genas craſſis, denſiſq; pilis hiſpidas habet; & huiuſmodi moribus præditos quam plurimos amicos habui, piloſas genas habentes. Cicero exprobat Piſoni morum fœditatem ꝙ piloſas genas haberet. Inquit enim: Non piloſæ genæ deceperunt, nec vultus totus, vnde ſtupiditatem, tarditatemq; linguæ coniectabat, & lutulentos mores.

Pectus piloſum.

Galenus etiam ſi quis hirto impenſe pectore fuerit, hunc animoſum dicit, quod pectus habeat Leoni ſimile: cuius naturalem cauſam dicit quod plurimum ibi coloris, eoq; animoſum. Pectus ipſum ſecundum ſe ipſum denſis pilis conſitum, callidi conſilij hominem, & magnanimum notãt. ex Polem. ſed Adaman, non magni, ſed duplicis animi dicit: Ijs enim, qui temperamento calido ſunt, & humido, circa pectus, lacertos, ſpinam, & deniq; per totum corpus multi pili generantur; nam piliornm copia, roboris & virilitatis eſt ſignum.

Pectus piloſum & venter.

At multos habere pilos in pectore & ventre, declarat horribilitatem naturæ, & ſingularitatem, & diminutionem apprehenſionis, & amorem iniuriarum, vt Ariſt. ad Alexandrum dicit, quod non aliam ob cauſam dictum reor, quam demoſtrando hominem eſſe ferinum: ob id ferinum, ſtupidum, & graſſatorem dixiſſe in in Phyſiogn. Qui circa pectus, & aluum minimum piloſitatis habent, in eiſdem operationibus numquam perſeuerant, & ad aues referuntur, quæ pectus, & alnum piloſiſſimum habent. Polem. Pectus & aluus quæ multa pilatura redundat, mente leues, inſtabiles, & imbecilles notat. Sed Adamantius non imbecilles, ſed luxurioſos dicit: ob id labem in Polemonis textu ſuſpicor. Albertus ab his. Venter, & pectus nimio pilo obſeptum, leuẽ, & inſtabilem dicunt, id moſtrauere aues, quæ ſunt ſine religione, & pietate.

Pectus mediocriter piloſum.

Quorum neq; valde piloſa, neq; læuia eſſe oportet pectora, medius vtiq; habitus eſt optimus ex Ariſt. in phyſogn.

Piloſum mentum.

Qui acutum habent mentum, animoſi ſunt, & ad canes referuntur. Ariſtot. iu Phyſiogn. ego ἀγηνειοι, acuti menti interpretor Sueſſanus prolixi menti interpretatur, ſed non de pilis intelligi debere. Arabicus Ariſtoteles textus, quem nobis Patriarcha Antiochiæ Romæ copiam videndi fecit, dicit. Qui habent acutum mentum, ſunt animoſi, & fortes, & ad Leones referuntur. Ego mendum in textu non ſolum ſuſpicor, ſed per certo habeo, & Ariſtot. non de mento ſed de pilis menti intellexiſſe: primo quia ad canes, & leones refert, qui acutum mentum non habent, prætered id Ariſtotiles appoſuit, vbi de pilis, non de partiũ figuris agit. At ſi naturali ratione, & experientia id nobis eſſet diſcutiendem: videmus pilos virilitaris, & roboris ſignnm eſſe; vnde qui prolixam habent barbam, id eſt, denſis pilis, & probe barbatum: animoſum, & fortem fore: pilorum enim carentia in mulıebri barba nota eſt debilitatis, & animoſitatis, & Ariſt. Problematum libro dicit, homini datam eſſe barbam, quia & iuba negata eſt, & alimentorum excrementum, ꝙ ceteris animalibus in ceruicem ſe confert, homini in maxillas tranſit: & iubatos leones fortiſſi-

mos, non inbecilles; quaſi babatus fortis, imbembris debilis: Pretera in figura Iracundi eum εὐπώγωνα ideſt, boni menti dicit. Sed Pole.& Adam. δασυπώγωνα, ideſt, denſe piloſum dicunt. Legimus præterea in hiſtorijs Dareris Phrygij Hectora fuiſſe decenter barbatum; & animoſum, & maxime bellicoſum, & fortem extitiſſe. Diogenem quoq; maxima barba comatum, vt Sidonius Apollinaris ad Fauſtum tradit. Lyſander enim prolixa fuit barba, & generoſum quoddā in modum eam ferebat, maximiq; fuere viri, & fortaſſe non ἀκρογενείων, ſed μακρογενείων, legendum.

Pudenda piloſa.

Plantæ, quæ humida & pingui terra proueniunt, citiſſime creſcunt, ideo pili, qui & humidis & mollibus partibus emergunt, plurimi ſunt incrementi: at ſi caliditas acceſſerit, vt in pudendis, maximè ſunt incrementi: & mulieres quæ calidæ, & humidæ ſunt, luxorioſæ ſunt.

Fæmora, & lumbi piloſi.

Quorum fæmora & lumbi, abſq; alijs corporis partibus, multis pilis intecta ſunt, eos luxoriæ obnoxios indicato. & Polem. & Adam.

Ceruix piloſa.

Qui ceruicem parte poſteriori hirſutam habent, liberales ſunt: argumento leonñ ex Ariſtot. in Phyſiog. Sed eius textus corrigendus, nam per ἐλευθέριοι, legitur ἀνελεύθεροι. cūm & alibi de leonis figura ſcribens, dixerit idem. Adamantius ab eo. Collum circum caput denſis pilis obſitum, fortem & magnanimum notant. Sed ego non ad leones, ſed equos dicerem, qui ſunt ſuperbi, & glorioſi, et quod iuba ſit eis generoſitatis index; cum eos quos, velint ignobiles et humiles reddere, iuba priuant, eam deducendo ad aſinum. Et equam, quam aſino adiungere volunt, admiſſarij iuba priuant.

Piloſum dorſum in ſubiecta figura contemplaberis.



Dorſum piloſum.

Qui dorſum piloſum habent, aſperi ſunt, & referuntur ad beſtias. Alij textus in uerecundos habent, ἀναιδεῖς, ſed melius aſperi: nam beluæ potius aſperæ et immites, quàm inuerecundæ ſunt. Ariſt. in Phyſiogn. Iuuenalis ad id.

Hiſpida membra quide n & dura per brachia ſetæ.
promittunt atrocem animum

Metaphrenum piloſum.

Quibuſcunq; humeros, & metaphrenum pilis denſari inſpexeris, tales auibus ſimiles putabis: nam alta conſilia,& cogitationes habent. Pol.& Adam. Capite de pilis.

Humeri piloſi.

Ad Alexandrum ſcribens Ariſtoteles ait: Multitudo pilorũ ſuper vtroq; humero, ſignificat ſtultitiam, & fatuitatẽ. In Phyſiog. verò, Qui humeros piloſos habent,numquam in codem perſeuerant, & ad aues refert. Polem. & Adam. Capite de pilis; Quibuſcumq; humeros, & metaphrenum pilis denſari in ſpexeris, tales auibus ſimiles putabis. nam alta conſilia, & cogitationes eorum ſunt. Socrates piloſis humeris fuit, & ipſemet vxoribus ſuis de ipſo iurgantibus dicebat, ſe eſſe fœdum, deformem, ſimis naribus, recalua fronte, piloſis humeris, repandis cruribus, vt Hieronymus ad Iouinianum refert.

Tibiæ piloſæ.

Qui hirſutas habent tibias, libidinoſi ſunt, ex Ariſt Polem. & Adam. non tibias, ſed lumbos, & femora ſigna eſſe luxuriæ. In figura vero Luxorioſi,Polemon hirſuta dicit. capite vero de pilis, ijdem crura ſatis admodum denſis, oblongiſq; pilis obſita, rudi & agreſti naturæ aſcribenda dicunt, non luxurioſæ. Et Albertus ex Loxij ſententia, indocilem, & ferum virum dicit. Ariſt in Problematis hirtos homines,& aues Veneris eſſe auidiores dixit,& cauſam eſſe,quod natura humida, & calida ſint,qua quidem vtraq; qualitate opus eſt in coitu: calor enim excernit, humor excernitur. Ad animalia referendo, idem ad hircos referre dixit. Hirci enim propter libidinem efferantur, qui enim ſuperiori, tempore focij & iugi concordia paſcebantur,coitus tempore diſidenr, & alter alterum libidinis rabie inuadit, vt ſeptimo die, quo natus eſt, coire incipiat, & quamuis ſemen ſterile emittat, omnium tamen maturiſſime quatrupedum coit, dum adhuc uberibus alitur, immodica libidine matrem ſtrupo ſuperuenit. Satyros finxit antiquitas villoſos, & hircinis cruribus, ac in libidinem petulcos,immo omnem Veneream virtutem oſtendere mutore intento. Pan capripes cognominatus Poetis,& ſemicaper Deus, ex Heſychio habetur,quod inferiores partes hirco habet ſimiles. Simulacrum Poetæ pingunt caprina facie, hircinis cruribus Deus capripes, ex paſtore cum capra enim natus. ex Aeliano ſicut & omnes caprini, luxurioſiq;

Manus piloſæ.

Qui manus denſorum pilorum hiſpidias habent, luxuriæ dant ſignum: Michael Scotus, quod nos quoq; experientia comprobatum hic appoſuimus.

Mulier barbata.

Barbata mulier peſsimorum erit motum: ſimplex vulgus adagium ſibi non inſulſe, nec maligniter effluxit: fæminam barbatam lapidibus eminus ſalutandam eſſe. Michael Scotus: Mulier circa os barbata, eſt luxurioſa, fortis naturæ, & virilis conditionis, propter calidam ſui complexionem. Naturalis enim ratio, calorem eſſe, qui pilos creet: & ob id in corpore humano illæ potiſsimum partes obſepiuntur pilis, quibus maior ſuppetit caloris facultas. Caloris inopia muliebre corpus pilis non obſidetur, in eunuchis etiam, quorum natura frigidior eſt: læue eſt mulierũ corpus, vt innato conſtipatum frigore, quoniam algorem comitatur denſitas, læuitas denſitatẽ: ob id mulierem barbatam, vt moſtrifica, mali alicuius ingruentis habetur præſagium. Seminis abundantiam hirſuties ſignificat,& excrementi. Lepus animal piloſum eſt, & ſolus animalium pronam ſupinamq; pedum partem hirſutam habet, vnde daſypodis nomen, & luxurioſum eſt. & inter genas etiam pilos habet: Ob id piloſa mulier multæ luxuriæ. Præterea medicæ doctrinæ dogma eſt, ab Ariſtotele comprobatum, mulieri ſuſtinenti menſtruorum abundantiã, & ſeminis, quandoq; barbam eontingere, quod Auicennæ interpes ſe vidiſſe meminit in viduis caſtitate præſignibus.

DE GLABRITIE. CAP. VI.

VT igitur hirſutum decebat hominem, ita mulierem totum corpus molle, & glabrum, inſtar puerorum ſemper habere: alioquin hoc animal mores non haberet æquè venerãdos, vt mares. Sæpè diximus naturam animæ moribus corporis formam feciſſe conuenientem. ſed nec operimento quidem muliebre genus vt homo indigebat, quo frigus propelleret, vt quòd domi partem maximam ſe contineret. Sed quanto homines mulieribus ſunt calidiores, tanto eis excrementa ſunt plura, proinde duplicem inuenit natura euacuationem capitis, & genarum. Nuda pilis ſunt omnia frigida temperamento, ſiue ea mediocriter ſe habeant in humiditate, ſiue immodicè. Cæterum ad ſummum glabra eſt frigida temperies & humida: minus hæc quæ frigida eſt, ſed in altera contrarietate temperata; adhuc minusq; frigida, & ſicca eſt. Caloris inopia muliebre corpus pilis non obſidetur, & eunuchis etiam, quorum natura frigidior eſt.

Imberbis homo.

Imberbes viri mulieribus, & ſpadonibus ſimiles exiſtunt. Ait Polemon: Spadones naturali nequitia peſſimis eſſe moribus, ingenio immites, doloſos, facinoroſos, alijsq; ſceleribus ſeſe immiſcentes. Plato in Euthyphrone Melitum Pitteum ſuum accuſatorem rara barba fuiſſe dicit, Et apud nos vulgò iactari ſolet;

Poca barba, & men colore, ſotto il Ciel non è pigiore.

Mulier imberbis.

Ob id mulier benè pilis nuda, & præcipuè circa os, eſt bonæ naturæ, pauida, verecunda, mitis, & obediens. Michael Scotus.

Glabrum pectus.

Qui pectora valdè lenia habent, inuerecundi ſunt. & ad mulieres referuntur. Ariſtot. in Phyſiogn. Sueſſani interpetratio non inuerecundos, ſed aſperos habet, ſatis inſulſe. nam mulieres inuerecundæ, non aſperæ ſunt. Galenus, glabrum pectus frigidam naturam arguere dixit: nam calor eſt, qui pilos creat, ob quam cauſam etiam eunuchis deſunt: Læue autem corpus, veluti multo conſtipatũ frigore eſt; Algorem comitatur denſitas: denſitatem verò læuitas, Auerroes depile corpus frigidam cordis notare complexionem, ac timidos dicit. Ariſtot. in Phyſiognomia Iracundi: & Polemon ſcribunt ei læuitatem circa pectus, & inguina; Albertus, nuditas pectoris, & paucitas pilorum cordis notat frigiditatem.

DE INCESSV. CAP. VII.

DE ambulatione loquemur. In ambulatione duo conſiderantur, motus, & tempus: vt longi greſſus efficaciam in agendo, & tarditas conſilium: breuitas in efficaciam, & feſtinatio in conſiderationem ſignificant. Ambas has qualitates iungendo, quatuor conſurgunt coniugationes. Tarditas, & feſtinatio in ceſſus, qualitatem iudicant mentis; ob id commonet M. Tullius primo De officijs, ne inceſſu molliores ſimus, ne ſimiles pomparum ferculis videamur. Id tamen commonefaciendam, Illud quòd de tibiarum motu dicemus, de cubiti, & brachij motu intelligendum, vt in Phyſiogn. monet Philoſophus.

Longo greſſu ambulantes.

Longo greſſu progredi, efficaciam oſtendit. Adam. ab Ariſt. in Phyſiogn. longo greſſu ambulantes negotiorum ſunt perfeſtiui, & magnanimi. Eadem Alber.

Ambulantes tardè.

Tardè ambulantes, cogitabũdi ſunt, Ariſt. in Phyſiogn. Idem quòd in Moralibus ad Nicomachium magnanimo viro tardum greſſum conuenire ait. Et in figuris, Iucundo & Modeſto tardũ

tribuit

tribuit motum: quod à Polemone, & Adamantio in eiſdem figuris confirmatur. Tardus enim inceſſus, & cunctabundus matronam decet, ob id Apuleius Venerem incedentem deſcribens, ait: Cunctanti lenta veſtigio, & leniter incedebat. ſed valdè tardè motus, mollem ſubeſſe animā dicunt. vt Ariſt. in Phyſiogn. quòd ex frigida complexione euenire dicimus. Iulius Firmicus ait: Molliter ambulantes, & ſuſpendentes veſtigia, eos dolere ſe oſtendit, quòd viri nati ſint. Tardi gradus & ſuſpenſo veſtigio in ceſſus fœminarum eſt: vnde Seneca morum caſtigator ſeueriſſimus, vltimo quæſtionum naturalium dicit: Molli & tenero greſſu incedimus, non ambulamus. Alber. tardus naturaliter inceſſus, animum iudicat pigrum, niſi potentiora alia ſigna diſſentiant.

Longo, & tardo greſſu ambulantes.

Cuius paſſus ſunt lati, & tardi, proſperabuntur in omnibus factis eius. Ariſt. ad Alexandrum. In Phyſiogn. vero; Qui longi, & tardi greſſus, (ſit vtique tarditate moleſtus) perfectiuus tamen eſt: nam vt diximus, longè progredi, efficacē, tardè cogitabundum demonſtrat. Has copulando qualitates, ea quæ ſuperius diximus, efficiunt.

Celeri greſſu ambulantes.

Acuti motus, calidam animam oſtendunt. Ariſtor. in Phyſiogn. Velocitas enim motus ex velocitate ſpirituum animalium prouenit, & capite de inceſſu: Celeritatis expeditiuum facit. In figura verò Inuerecundi, celerem eum in moribus facit.

Breui greſſu ambulantes.

Breues greſſus ſegnes oſtendit, nam ſi longus greſſus efficaciam præſtabat, breuis inefficaciā. Ariſtot. in Phyſiogn. Ab eo Adaman. Qui breui paſſu incedunt, inefficaces & triſtes. Alij rapaces, & auari, & occulta conſilia facientes. Diximus cum primò, largum greſſum conſultatione efficere, ſed Ariſt. ad Alexandrum ſcribens. Cui paſſus ſunt breues, impetuoſus, & ſuſpicioſus, impotens in operibus, & malę voluntatis. Albertus addit & ſi ſint artifices, obſcuræ mentis.

Breui, & celeri paſſu ambulantes.

Qui breuis & celeris greſſus eſt: moleſtus eſt, & non perfeſtinus. Ariſtot. in Phyſiogn. Diximus enim tarditatem greſſuum conſultationem præſtare in operibus; longitudo in verò efficaciam. has duas qualitates nunc conbinando, celeris & breuis greſſus, qui contrarius eſt prædictis non perfectiuum, ſegnem, & moleſtum efficit. Adamantius ab eo. Qui velociter & breuiter incedit, lucricupidius, & maledicus, & ad ſummum timiditatis veniens. Alber. malè tranſferens, malignos dicit, imbecilles, & timidos habendos. Ambroſius clericum ſuum ne ſibi vnquā præiret, commoneſecit, quia velut quodam inſolentis inceſſus verbere oculos ſanctiſſimi hominis feriebat, qui mox ab Eccleſia receſsit: iu cuius inceſſu lucebat immago quædam leuitatis, ſcurriliſq; diſcurſus.

Modo citus, modo tardus inceſſus.

Saluſtius inter cætera Catilinæ hoc probo dedit, quòd eius inceſſus modo citus, modo tardus foret. ex quo animus conijciebatur varius, ſimulator, atque omnium facinorum plenus. Pol. & Adam. Simulatori verſatilem inceſſum tribuunt, & ſe concinnæ formæ adaptantem.

Breui & tardo greſſu ambulantes.

Qui breui & tardi greſſus ſunt; non perfectiui, & ſegnitie moleſti. Ariſtot. in Phiſiogn.

Longo & celeri greſſu ambulantes.

Qui longi & celeris greſſus, minimè moleſtus, & perfectiuus eſt. quoniam celeritas expeditionem, longitudo verò inefficaciam affert. Adamā. ad hanc inceſſus qualitatem innuens ait, Velocitas in motu, ſimul cum rectitudine & ornamento, formam perfecti conſilij oſtendit, & qui opera incipit, & perficit. ordinatus in inceſſu oſtendit optimam celeri cōſtitutionem. Greſsus autem

autem probabilis, vt Ambroſius refert, in primo De officijs, in quo ſit ſpecies authoritatis, grauitatis, pondus, & tranquillitatis veſtigium. Apuleius ſuum inceſſum deſcribens ait: Quoquo verſum floridus inceſſus, ſpecioſus, & in meditatus, ideſt, non infractus affectatione, ſuſpenſusq́; quamcunque in partem veſtigia moueantur. In Decretis canonicis. Moueantur Sacerdotes, vt in inceſſu ornari ſint, & grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendant. Incompoſitio corporis, vt Auguſtinus ait, qualitatem indicat mentis. Heraclides erat inceſſu, motuq́; venerãdo; vir maximi ingenij, & diſciplinæ. Hippocrates tardo, & graui gradu incedebat, & cogitabundus, vir ſummo ingenio, doctrinaq́;. Aſsymbeius Vſſumcaſſanus in magnam grauitatem non fucatã, ſed comitate conditam oſtendebat, clemens, gloriæ cupidus, bellator, & in dandis beneficijs miram ſerenitatum præſeferebat.

Celeri greſſu ambulantes, qui ſi deprehendantur formident, & totam effigiem deorſum trahant, & contrahant ſeipſos.

Multas inceſſus qualitates Adaman. innuit perneceſſarias. Si velociter incidens deprehendatur, formidet, & totam effigiem deorſum trahat, & contrahat ſeipſum, auaritiæ, & puſillanimitatis, mali conſilij, & illiberalitatis ſigna præbet fidelia. Alber. peruertendo textum, inquit; Si qui celeriter mouetur, ſummittat oculos, & ſe comprimat, vultum deducit, totumq́; complicet corpus, timidum, parcum, auarum, & verſutum, oſtendit.

Celeri greſſu ambulantes cum oculis perturbatis, & capitis inconſtantia, & anhelatione.

Si ſimul cum veloci motu ſit in oculis perturbatio, capitis inconſtantia, & anhelatio magna; & mala operantis, & ſugiendi hominis ſigna præbet fidelia. Alber. audacem, immanem, & magnarum cladium dicit authorem.

Tardo greſſu incedentes, ſpontè morantes, & manentes in vijs, & circumcirca aſpicientes.

Qui tardè graditur, & ſpontè moratur, & manet in vijs, & circum circa aſpiciat; glorioſum ſcias, & iniurium exiſtere, ſuperbum, & adulterum. Adam. Satis ineptè Alber. ab eo: In motu tardus, qui interdum reſiſtat, & ceruicem reflectat, & circum aſpiciat, ſuperbiæ ſignum.

Pedibus, & cruribus conuerſis ambulantes.

Qui pedibus, & cruribus conuerſis ambulant, effœminati ſunt, & ad mulieres referuntur, quæ hoc modo incedunt. Ariſt. in Phyſiog. P. Africanus. P. Gallo homini effæminato inter alia hoc probo dedit, quòd fæmoribus ſubuerſis ambularet.

Corporibus ſe circumtorquentes & ambulantes.

Qui verò corporibus circumtorquentes ſe, & fricantes, adulatores ſunt, & referuntur ad paſſionem. Ariſt. in Phyſiogn. Ab eo Adam. Qui diſtorquent ſe ipſos, & inclinant; adulatores ſunt, ita enim facit canis, dum blanditur, & adulator. Alb. qui ſe ſubmittunt, ac corpus inhoneſte infringunt; blandi ſunt, quòd blandientes canes referant. Homines qui callidi adulantes ſunt, Cercopes dicuntur, Cercopite ci caudam motirantes. Sunt Cercopes aſtuti, doloſi, impoſtores, adulatores, qui ſicut vulpes canes venaticos decipit caudas huc illuc motitantes, ita ſimplices homines decipiunt. Ex Suida. Cercopes in Lydia verſutos aiunt impoſtores, & inamabiles. Ex Varino. Cercopes duo fratres fuerunt iniquiſſimi, ab ipſa improbitate ſic dici; Paſſalus Alemon: hos Harpocration, Xeuogoras, & propter malignitatem à Ioue in Simias transformatos dicit.

Corpore toto ſe promouentes, humeris, & ſingulis membris.

Qui toto corpore ſe mouent, membris, humeris, ſingulisq; membris, effeminati ſunt, id enim manifeſtè mulierum eſt.

Corpore erecto incedentes.

In figura Fortis, & Iracundi. Ariſtot. tribuit ei corpus erectum. Polem. & Adam. in eiſdem, & Ingenioſo eandem figuram aſcribunt. Michael Scotus; Corpore erecti vt haſta: audaces ſūt. Bartolomæus Coleonus corporis ſtatura erecta, & habili fuit; egregius bellator, & fortis, vt ictu pali ferrei, ſaltu, curſu, & paleſtra cunctos ſuperaret, audacis etiam vir ingenij.

Corpore inclinati.

In figura Timidi, & Verecundi, & Manſueti tribuit enim Ariſt. figuram inclinatam. duo eius ſequaces. Idem in figura Timidi, & fatuijmprobi dicunt.

Inclinati ad dexteram ambulando.

Qui ambulant inclinati ad dexteram, ij cinædi ſunt, & referuntur ad apparentē decentiam. Ariſtot. in Phyſiogn. Ab eo Adaman. Qui ſe in motu ad dexteram inclinant, effeminati ſunt. Si ad naturalem cauſam referre licet. Homo eſt calidus præcæteris animalibus, ideo rectus incēdit; eſt enim calidi natura ſurſum eleuare, vt Ariſtot. & lib. de partibus tradit: Latus dextrum calidius eſt ſiniſtro, vnde qui virilitatem præfert, latus dextrum rectum affert; qui verò ad dexteris inclinatum ambulat, ſignum eſt frigidæ, & humidæ naturæ. Item etiam alibi tradidit: Ambulatio duplex, altera recta, altera inclinata; cinędos monſtrant, qui ob eorum mollitiem recti incedere non poſſunt.

Incliaati ad ſiniſtram.

Ambulantes inclinati ad ſiniſtram, inſipientes ſunt. Adam. Qui omni tempore mouentur, & ad ſiniſtram inclinant partem, quæ mollis eſt, ſtulti ſunt iudicandi. Alber.

Suſpenſo Corpore, & ſublimi vultu ambulantes.

Alexander Aphrodiſeus in ſuis Problematis ait: Qui minus prudentes ſunt, ſuſpenſo corpore, ac vultu ſublimi incedunt. affertq; nauicularij ſimilitudinem, qui cum non ad modum robuſtus eſt, nauim recta non agit: ſic nec corpus animus imbecillis.

Erectæ ceruicis equus & Vir ſe inſinuant hac Tabella.



Rectus, & alta ceruice ambulans, & humeris ſeſe commouens.

Vetus Ariſtot. tranſlatio ſic ſe habet: Qui humeris ſeſe rectis extenſiſq; agitant, γαλιαγκῶνες, referuntur ad equos. Sed quid per galeancones Ariſtot. ſibi velit, diu Sueſſani animum extorſit, exponens per galeancones, brachio minores, & puſillos; probatq;, quia referuntur ad equos, qui puſilli ſunt, & rectis humeris incedunt. Galenus dum Hippocratis vocabula declarat, per galeancones eos intelligit, qui minimè nutritum brachium habent, & ea quæ circa brachium ſunt, inflatiora, vt feles: ex Hesychij interpetratione. Cornarus verò cubiti gibbum vertit, quod minimè quadrat: Plutarchus libro De Iſi & Oſiride, Mercurium γαλιάγκωνα eſſe corpore dicit. Celius Calcagninus opuſculo De rebus Aegyptiacis, neſcio qua ratione albicubitum exponit. Grammatici ab Etymologo galeancona exponunt, qui iuſto breuiorem habent cubitū: γαλίαγκων, is dicitur, qui prolongo & gracili collo eſt, & Cratini Poetæ filios Ariſtophanes gyliauchenas appellauit, quod colla & ceruices longas & anguſtas haberent. Sed nos locum explebimus, emendabimusq; ex Adamantio, qui ferè, vt cætera hunc locum in ſuis Phyſiognomonicis tranſcribit: Qui verò in humeris ſubmouetur, rectus & elatæ ceruicis exiſtens, ὑψαυχενῶν, ſibi placens, & iniurioſus eſt, ita enim graditur equs. vt Ariſt. γαλιάγκων, ab Adamantij ὑψαυχενῶν reſpondet. Equs glorioſus & ambitioſus eſt, adeo vt de eo hæc habeat Aelianus. Inter cæteras animantes equus magno, elatoq; eſt animo: enimuerò magnitudine, & ceruicis eminentia, audacius exultat, geſtit, & inſolentius effertur. Equa Coma ſuperbiens, ab aſinis iniri iniquiſſimè fert, cuiuſmodi effectus gnari, qui ſibi mulos gigni volunt, equæ iubam ſine artificio tondent, poſteaq; aſinos admittunt; ea verò mariti ignobilitatem, cuius antea pudebat, facilius patitur. Sophocles eius rei non ignarus uidetur meminiſſe. Albert. Qui humeros commouendo incedit, collo ſuperbus, & inſolens iudicatur. Tiberius Cæſar incedebat ceruice rigida, & obſtipa, & obducto ferè vultu, & plerumque tacito, nullo aut rariſſimo etiam cum proximis ſermone, eo quòd tardiſſimo, & non ſine molli quodam digitorum geſticulatione, quæ omnia ingrata, & arrogantiæ plena animaduerſa Auguſtus in eo, ex excuſans apud Senatum, & populum: profeſſus. Naturæ vitia, non animi eſſe.

Humeri curui ad ſingulos paſſus ſe commouentes.

Qui humeris mouentur incuruati, elato ſunt animo,& referuntur ad Leones. Vbi verò Leonis figuram deſignat. Ariſt. ait, Ambulans tardè, & magnificè, atque ſeipſum in humeris, dum ambulat, quotiens,hoc eſt, (vt conijcio) humeris ad ſingulos paſſus commotis. Alibi Leonis inceſſum gradatim eſſe ſcribit, id quòd fit cum pes ſiniſter non tranſit dextrum,ſed ſubſequitur,quòd incedendi genus Græci κατά τὶ σαίνον vocant. incedit enim tardè, & paſſibus multo diſtantibus. Adaman. ab eo hæc habet. Qui humeris ſubmouentur, abdùcto capite, magnanimitatem, & fortitudinem innuit; ita enim incedit Leo. Reliqua ab hijs iam conſpicere poteris. Albertus optimam inceſſus rationem deſcribens, ait: Quum pedum & manum motus cum totius corporis conſentit, & cum moderatè,& tranquillè infertur, cum inclinatione aliqua capitis,& ceruicis decenti, magnanimum hominem, & fortem notat, talis eſt Leonis inceſſus. ſed Plinius, humeris incuruos, longæuos dixit.

DE MAGNITVDINE ET PARVITATE CORPORVM. CAP. VIII.

LOCVTVRI de magno & paruo Corpore, dicemus nil magnum, aut paruũ abſolutè dicendum, ſed cum eiuſdem generis rebus collatum; nam & formica magna, & elephas paruus eſt, neque ſimul Achilles & Aiax dicentur magni, & Polydamas & Milo, ſiquidem Aiace, Achille,& Milone erat maior Polydamas, ſed ſi nos medio, aut mediocri conferemus in vno genere, & veluti regula,arbitroq; magnum, aut paruum dicemus: nam quòd excedit magnum, quòd deficit paruum: Ob id Galenus, magnum corpus nominat,quòd longitudine & profunditate ſuperat; & ſi interdum quòd longitudine ſola, auctum eſt corpus, ſolitum ſit magnum nominari, quamuis huic proprium nomen ſit magnum,illi craſſum. ſed nos id duobus modis accipiendum duximus. Primò illud commenſuratum corpus dicemus,quòd in ſuo Climate iuſtam menſuram non excedit, veluti in hoc medio climate, ſex pedum cum dimidio: nam ſi ſeptem pedum, aut octo, magnam dicimus ſtaturam. Sub Septentrione verò,vbi Corpora proceriora, ſeptem pedum iuſtã dicimus hominis altitudinem; octo verò uel nouem longam, & excedentem. Sub Aequinoctiali noſtra longior eſt,iuſta quinque cum dimidio,uel ſex Solinus dicit. etſi plerique deſſiniãt, nullum poſſe excedere longitudinem ſeptem pedum,quòd intra hunc modum Hercules fuerit; deprehenſum eſt tamen romanis temporibus ſub D.Auguſto,Secundillum deces pedes & amplius habuiſſe proceritatis; puſtmodũ ſub Claudio Principe Gabbarã ex Arabia aduectum nouem pedum, & totidem vnciarum fuiſſe. Alio modo corpus longum, aut magnum dicimus, quòd in longitudinem extenditur cum gracilitate; quòd ſi idem corpus carnulentum fuerit, longum non dicemus; ita gracilitas & craſſicies uidentur altitudinem immutare. Sunt & apud nos ſex pedum homines cum dimidio, qui cum decora gracilitate, & elegantia ornati ſint, longos nominamus, eoſdemque diſtentos latitudinis, mediocres, uel potius paruos dicimus. Nos ad hæc conſideranda, noſtra corpora deſcribemus gracilia, moderata, & craſſa, quorum ſymetria ex faciei menſura deſumemus. Eſt prima figura bene compoſiti hominis, cuius naturæ caput ſit octauæ partis; ſecunda cuius altitudinis caput ſit nonę partis, poſtrema gracilioris,& productioris formæ effigiem demonſtrabit, cuius longitudinis caput eſt pars decima; ſunt enim eiuſdem altitudinis, & commenſurationis, ſed gracilior longior videbitur.

In ſubiecta Tabella tres hominum ſtaturæ ſuperius memoratæ demonſtrantur.



Vt exactè [illegible] ad amuſſim igitur has metiari[illegible], effingito tibi lineam futurę altitudinis figurę, quam prius animo conceperas, initialis punctum à capillorum vertice ad calcem vſque erit, hæc ſumma diligentia in va. partes diſtinguenda erit, quibus partibus vſurus ſis in tua figura deſcribenda: eas partes [illegible] numeris notas reddes, videlicet mediam, tertiam, quartam, vſque ad minimam, nam cum minima portione comprehendi nequit tota, neceſſarium eſt ad minimam deuenire. ſed Vitruuius bene compoſitum hominem ita diſtinguit. A mento ad radicem capillorum eſt decima pars altitudinis, [illegible] à mento ad ſummum verticem [illegible], item manus à palma à articulo ad extremum digitum [illegible], faciei altitudo ab imo mento ad imas nares pars tertia, eadem ab imis naribus ad medium ſuperciliorum, ab eo fine ad imam radicem capilli, vbi frons efficitur, tantundem, ab ſummo pectore ad imas radices capillorum, pars ſextæ, ad ſummā verticem

verticem quarta, per altitudinis corporis ſexta, cubitus quarta, pectus item quarta, Item corporis centrum medium naturaliter eſt vmbilicus. Namque ſi homo collocatus fuerit ſupinus, manibus, & pedibus panſis, circiniq; collocato centro in vmbilico eius, circum agendo rotundationem in vtramque manum, & pedum digiti linea tangentur; non minus quemadmodum ſchæma rotundationis in corpore efficitur, ita & quadrata deſignatio in eo inuenitur, eadem latitudo vti altitudo, quemadmodum areæ, quæ ad normam ſunt quadratæ.



50

Corpore valde parui.

Valdè parui præcipites ſunt, Ariſtot. in Phyſiogn. latione enim ſanguinis paruum locum continente, motiones quoque valde velociter accedunt ad ſapere. cauſa eſt, quia in orpore paruo pauca eſt intercapedo à corde ad cerebrum, vnde fit ſpirituum aſcenſio, ex quibus ingenij vbertas: vnde ſunt ingenio, & actionibus celeres Alexãder Aphrodiſeus aſſerit corpore breues plenumque eſſe ijs, qui longi ſunt, prudẽtiores: cnm coarctata ſit in totô corpore anima; innati enim ſpiritus vis ipſa collectior, paruæ compaginis membra aptiſſimè regit, & quòd mentis eſt, ad exeogitandum velocius illuſtrat. Præterea animalia parui corporis ingenioſa ſunt, vt apes, formicæ, & araneæ. Et Auicenna dicit, quòd natura ſupplet ingenio, vbi deſecit corpore. Ariſt. ad Alexandrum præcepit, non debere contemnere paruum ſtaturã in hominibus, quia plerumq; hi ſapientia, conſilio, & optimis moribus ſunt præditi. Sed ad exempla accedamus; Viri fortitudine, & conſilio præſignes in hiſtorijs hi leguntur; Ageſilaum parua fuiſſe ſtatura ferunt, & forma deſpicabili, ſed animo imperioſum, & ingenio ſublimem, iuſtitiæ obſeruantem, natura & arte his popularitate, humanitateq; coniunctis, ſed hilaritas viri, & illa quotieſcumq; locum tuliſſet, vrbanitas, effecit, vt eadem ad extremum vſque ſenectam gratia, præſignes, forma, pulchritudineq; viros æquaret. Alexander Magnus non magna fuit ſtatura, & Orientem totum ſubegit, &

git, & omnes Reges præiuit. Vlyſſes modica fuit ſtatnra præditus,& ſtaturoſus & maximè Aiax, vt ab Homero deſcribitur Iliados tertio : ille iudicio & virtute præpotens, hic ſtolidus & furioſus. Homero etiam teſte, Tydeum minorem quidem corpore, ſed fortiorem animo fuiſſe ſignificatur. Antonius Caracalla breui fuit ſtatura, tamen dicacitatem Alexandrinorum vltus eſt ingenti cæde: Perſas item dolo & virtute fudit. Et ſi à Mario Tyronū proceritas probatur, eamq; e tactam eſſe intra ſenos pedes,vel certe quinos,&denas vncias,inter alares equites,vel in primis legionū cohortibus à Vegetio tamen infertur,vbi neceſſitas exegerit,non tàm ſtaturę rationem, quàm viribus habere conuenit. Fuit Attila Hunnorum Rex modicæ ſtaturæ, ſed lati pectoris, magni capitis, & maxima fuit bellica virtute. Paulo ante noſtra tempora Nicolaus fuit Piccinus dictus, à parua corporis ſtatura,in Iralia magnus fuit virtute bellica, & pręclaris facinorū geſtis. Erat vir ingenio apprime ſagaci, & præferuido, & mirabiliter ſolerti ad præcauendos hoſtium dolos, tentandasq; inſidias, Etſi homines ingenio,& fecundia præſignes referre licet,qui modica fuerunt ſtatura. Hippocrates paruus fuit corpore,ſed formato,& optimè ſymmetriato,fuit & Medicinę princeps,vel potius diuini,quàm humani ingenij vir. Cornelius Licinius caluus breuis fuit ſtaturę,& exigui corporis,quo circa à Catullo Calopichyuis eſt appellatus. hic poematis ſcribendis prælegans habitus eſt, & apud veteres inter optimos Poetas relatus. Anius ſtatura fuit admodum breui, vt à C. Plinio refertur, & inter principes tragediatur ſcriptores relatus eſt à veteribus: fuit enim acri ingenio. Horatius item ſtatura fuit breui, & corpore obeſo, & oculis lippis. Marſilius Ficinus puſillo corpore fuit,vt vix ſemihominem equaret, ſed tantam vim inuſitati ſpiritus, & tantas vtriuſq; linguæ facultates habuit, vt in admirationem haberetur. Iacobus Faber Stapulenſis ſtatura perhumili, homuncio, ſed magnis ingenijs haud dubie conferendus. Aurelius Angurellus Poeta, in puſillo corpore, præclarum habuit ingenium.

Parui corpore, ſiccis carnibus, & calore, qui caliditatem innueret.

Quicunque autem paruorum ſiccis carnibus ſunt, aut coloribus,aut quæ per caliditatem corpori ſuperfluunt, nihil proficiunt. exiſtente enim latione in paruo corpore, & veloci propter ignem, nunquam ſecundum idem ſapere eſt, ſed aliud in alio, priuſquam excedens perficiat. In corpore paruo aliquam adhiberi conſiderationem iubet Ariſtoteles : nam poteſt eſſe paruū corpus, & non ita malum; vnde ex qualitate carnis, & ſui coloris, poteſt & qualitas effectus augeri vel minui. Vnde pro ſiccis carnibus vtentes, intelligit in ſui corporis conſtitutione, quòd macri ſint, vnde cum corpore duæ cauſæ coniunguntur, altera ex parte loci; videlicet cum corpore parui ſint: altera ex parte complexionis, quæ ſicca & ignea eſt: ſic ex breuitate corporis ſpirituum breuis eſt motus, ex compoſitione calida celeris, ſic animum reddunt mutabilē; nam prius ſpiritus mutantur, quàm animus opinione firmetur.

Corpore parui humidis carnibus, & colore humidum innuente.

Quicunque verò paruorum humidis carnibus vtentes, & colore propter frigiditatem humidū annuente, præditi ſunt, perfectiui ſunt: exiſtente enim motu in paruo, id cum difficultate mobile temperatur commenſuratione, poteſt optimè perficere. Ariſtot. in Phyſiog.

Corpore incommenſurati.

Incommenſurati, aſtuti ſunt, & referuntur ad paſſionem, & ad fœminas. relationem autem commenſurationis corpus ad bonam motionem, & bonam natiuitatem ducere oportet,ſed non id formam maris, ſicut initio dictum eſt. Idem in Phyſiognomonicis.

Valde magni Corpore.

Qui autem ſunt valdè magni, tardi. Latione enim ſanguinis magnum locum continentis, tardè accedunt ad ſapere, Idem in Phyſiogn. Ait Alexander Aphrodienſis. In magnis corporibus anima extremum ſoluitur in ſpatium. Cicero libro De natura Deorum. Elephantē belluam, ait, ſtuporis plenam, propter immenſam vaſtitatem, vt legere eſt apud Diogenianum. cui Porfirius ſubſcribit, dum neque Elephanto, neque dentibus eius quicq; eſſe boni dixit. Plautus in hanc ſententiam. Meus herus Elephanti corio intectus eſt,non ſuo,neque plus habet ſapientiæ, quàm lapis. In quam ſententiam Græci ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, & Tertullianus eum vocat beſtiam

insulſiſſi-

inſulſiſſimam. Sed animaduertendum tres eſſe Elephantorum ſpecies, paluſtres, montanos, & campeſtres. Paluſtres magni ſunt, de quibus loquitur: montani parui, & prudentes: campeſtres dociles ſunt. Et ſtruthiocameli grandiores & timidiores. Grus magna anis eſt, & timida: Euſtathius, Homerus Aiacem deſcribit, vt diximus, enormi proceritate ſtaturoſum. πέλωρος τεῖχος Ἀχαιῶν, ideſt excelſus Aiax, Græcorũ murus, & ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν, capite ſupereminens Græcos, Vlyxes contra Eurialum ait, quòd eſſet magnus, & inſipiens, apud eundem.

Si membra tibi dant grandia Parcæ;
Mentis eges.

C. Caligula ſtatura fuit eminenti, corpore enormi, gracilitate maxima, crurum & ceruicis.

Corpore magni, carne humida, & colore humidum innuente.

Quicumq; verò magnorum humidis carnibus vtuntur, & coloribus, qui propter frigiditatem innaſcuntur, nihil perficiunt. Exiſtente enim latione in magno loco, & humido propter frigiditatem, non permittit aliquid accedere ad ſapere. Ariſt. in Phyſiognomonicis. Sunt homines grandiores, timidiores vt ſtruthiocameli. Ludouicum Pannoniæ Regem, & Boemiæ ferunt cum vtero matris excluderetur, informem propè, & ſine certis oris lineamentis, vrſini fetus ſpeciem prætuliſſe, & creuiſſe ad iuſto maiorem hominis ſtaturam, nec eius molis artus decenter viuidus, & illuſtris ſpiritus regeret, ore etiam obeſo, nec poterat à nutricijs ita exercitari, vt literarum pariter & armorum diſciplinam exerceret; corpus ſine pectore & mente totus fuit.

Corpore magni, & duris carnibus, & colore calidum innuente.

Quicunque autem magnorum & ſiccis carnibus vtuntur, & colore propter humiditatem; ſunt perfectiui, & ſenſitiui: exiſtente enim latione in loco magno, & tarda propter frigiditatem, nil conducit accedens ad ſapere; magnitudinis enim exceſſum & carnium, & caloris caliditas acquiſiuit, vt commenſurata ſit ad perficiendum. Ariſtot. in Phyſiog. & in Problematis, homines, & aues, & genus quodq; animalium forte, eſſe dixit corpore duriori. Ratio: quia animoſitas cum calore eſt, metus enim refrigeratio eſt; quorum igitur ſanguis magis magis feret, hæc & robuſtiora & animoſiora ſunt: Sanguis autem alimenti loco corporibus eſt. Multi ſunt homines uiribus, & ingenio præſignes, qui procera ſtatura, ſed contempetata membris & complexione fuerunt. Legitur apud Græcos Tritormum fuiſſe quam corpore ſtaturòſum, ac uiribus præcellentẽ fuiſſe; in eum cum incidiſſet Milo Crotoniates, illius proceritatem & robur periclitari cupiens, nil magnum poſſe dicebat. Is permagnum arripuit lapidem, quem primo ad ſe protraxit, inde propulit, ter idem effecit, poſtea ſubſtulit ad genua, demum humero impoſitum ad quinquaginta tulit ulnas, proiecitq́; : at lapidem uix emouebat Milo: inde porrexit in armẽtum, ſtanſq́; maximi, & ferociſſimi omnium tauri pedẽ corripit, furentemq́; ac inde ſe proripere ad nitentem fruſtra, retinuit conſtantiſſimè. Pentaſilea Amazonum Regina, magnitudine & forma minimè negligenda, contra Græcos animo & uiribus præualuit, ut narrat Q. Calaber. Porus Rex Indiæ magni erat corporis, magnitudine ſcilicet quinque cubitis, pectus in latum duplo eius, quàm uiri robuſtiſsimi ſit: porrigebantur tela, quæ conijciebat, eo ferebãtur impetu, quo fermè ſi ex catapulta fuiſſent intorta: animi magnitudine, & fortitudine Macedonum animos perterruit, ex Diodoro Siculo. Magno corpore fuit Theſeus, cum Cimon eius ſepulchrum inueniſſet, forma præſtanti, & digna, & maxima animi magnitudine, ut ex Plutarcho habetur. Palamedes longus & gracilis fuit, animo ſapiens, magnanimus, & blandus. Antenor longus & gracilis, & uelocibus membris: ſed uerſutus, & cautus. Agamemnon corpore magno, membriſque teretibus, fuitq́; prudens & nobilis. Hector magnus, longus, & latus, conſiliarius, & prudens. Neoptolemus magnus, deducto corpore. ſic Caſtor, Pollux, & Helena. Polyxena alta: animo ſimplici, larga, & dapſili. Sic Priamus, & Machaon, qui fortes, prudentes, & miſericordes fuere. Troylus magnus, & pulcherrimus forma, militiæ cupidus, ut ex Darete Phrygio habetur. Romulus fuit magnitudine, forma, & præſtantia inſignis, ut ex Plutarcho habetur. Flauius Domitianus ſtatura fuit excelſa, præterea pulchra, decens: maximeq́; in iuuentute, & quidem toto corpore: maximo ualuit ingenio, facundia, ſagitandi arte, & militia. Claudius Cæſar prolixo, nec exilij corpore fuit. C. Cæſar excelſa ſtatura, ſed teretibus mambris, ore paulò pleniore, fuit animo, ingenij magnitudine, & uirtute inſigni. Tiberius Cæſar fuit amplo, & robuſto, ſtatura, quæ iuſtum excederet, latus ab humeris, & pectore: Cæteris membris uſque ad imos pedes æqualis,

& con-

& congruens. vnde fortis erat, vt ex Suetonio colligitur. Mauſolus procero corpore, & prudens fuit. Georgius Scanderbechus excelſa fuit ſtatura, tortoſo corpore, vt magni Herois effigiem repræſentaret: fuit admirabili robore, & bellica virtute præditus, vt in hiſtorijs teſtatū eſt, vt ſupra duo milia barbarorū diuerſis prælijs ſua manu interfeciſſet: quum ſingulis ictibus ſingulos per medium ſcinderet. Georgius Fraiſpergius Sueuus vaſto corporis pondere, ſed artuum robore adeo valido, vt extento tantum medio dextræ manus digito, validiſſimum quemq; firmo innixum veſtigio facilè dimoueret, prætercurrentem equum arrepto freno ſiſteret, tormentumq; morale ſolo inuixus humero, propelleret quo vellet. Luitprandus Aſpiendi filius, Longobardorum Rex, adeò immani fuit corporis ſtatura, vt gigas videretur, ſapiens, prudens, fortis, & in armis validiſſimus, vt nemo eſſet, qui eum prælio excipere vellet. Guttifredus Bughonus, ſacri beli aduerſus Turchas dux, ſtatura fuit ſublimi, eximia corporis ſpecie, militaris artis peritiſſimus, ac religione inſignis, ſermone breui, ſed ſententijs admirabili. Carolus Dux Francorum ſtatura eminenti, & corpore amplo, membris congruentibus, facie pulcherrima, rerum geſtarum magnitudine cognomento fuit Magnus, vniuerſa ſpecie auguſta. Otho excelſa fuit ſtatura, & ſtrenuus bellator. Sic magnus Sforția, Sic etiam Conſaluus Cordubenſis, vt ex Iouio habetur. Mahometes Secundus Turcharum Imperator, ſtatura fuit grandi, pectore & lacertis magnis; fuit natura pugnax, & ſtrenuus, & prudentia mirificus, ſolers bellicarum machinarum inuentor, difficillimarum, & abſtruſarum rerum peritus. Ioannes Aſſumbeius Vſſumcaſſanus eximia corporis magnitudine, bellicoſus, & appetens gloriæ. Zenial Perſa Caſſani filius, excelſa ſtatura, & grandibus oculis, manu ſtrennus, & audax in prælijs, equitando & iaculando excellēs. Tamerlanes Scytharum Imperator corpore fuit ingenti, validis neruis adeò firmo, lacertoſóq; vt ſchytici ingentis arcus cordam, quòd pauciſſimis præſtare licebat, vltra aurem extenderet, cūpreumq; mortarium pro ſcopo ſagittarijs in ludo propoſitum, emiſſe harundinis ſpiculo perfoderet, maxima præditus bellica virtute extitit, & animo indomito. Non deerunt Philoſophi, Zeno procera fuit ſtatura, vt Plato in Parmenide indicat, fuitq; magni ingenij, dialecticæ inuentor, & in Philoſophia, & Republica vir ſanè nobiliſſimus; vt indicant ipſius volumina ſapientiæ pleniſſima. Zeno Cittieus procera ſtatura & gracili corpore fuit, vt ex Apollonio Tyaneo Diogenes refert.

Corpore mediocri carne, & calore.

Excedentia igitur corpora magnitudinibus, & paruitatibus dificientia, quomodo imperfecta ſint, & quomodo perfecta, dictum eſt; media autem horum natura ad ſenſus optimam & perfectiſſimam eſſe quibuſcunque ſupponitur ineſſe. Motus enim non multi exiſtentes, facilius ad mentem accedunt; nec enim pauci exiſtentes, ſupergrediuntur: cum perfectiſſimam, & quæ ad perficiendumq; fuerint propoſita, & ad ſentiendum, oportet moderatam eſſe magnitudinem. Ariſtot. in Phyſiog. Si enim incommenſurati aſtuti ſunt, commenſurati vtique iuſti erunt, & fortes: & hic vſus eſt loco à contrario. Et ad Alexandrum ſcribens, ait: Homo bonæ ſtaturæ erit, necnimis longus, nec nimis breuis. Pol. & Adam. in Idea ingenioſi, tribuit ei corpus mediocris magnitudinis quadratum virum ſolitus eſt appellare, Simonides apud Platonem & Ariſtotelem qui eſſet omnibus muneris abſolutus, & quadratæ ſtaturæ ſine manibus, & pedibus, cuiuſmodi Hermes τετράγωνον apud Græcos fingere ſolebat; cum quadratis literis illuſtribus notis dicatas ab antiquis fuiſſe, non aliam ob cauſam, vt conijcio, quàm quòd ea forma, quæ ſola perfecta eſſet; abſoluta ſit, illorum virtutem & ſapientiam minimè fluxam, & mutabilem indicare vellent. Celſus Medecinæ ſecundo; Corpus ſtaturæ mediæ quadratum vocat, atq; habiliſſimum eſſe inquit, præcipuè ſi neque gracile, neq; obeſum ſit, nam gracile corpus, infirmum, obeſum hebes eſt. Columella de canibus loquens, quadratum potius probat, quàm longum, aut breuem, ſic & gallinas quadratas. Homerus Vlyſſem mediocris ſtaturæ dicit, ingenioſiſſimum, & fortem ſic etiam Dares Phrygius eum fuiſſe ſcribit, corpore medio, & firmo, ſic eloquens, ſapiens, & fortis. Aiax Oileus corpore quadrato, valentibus membris, aquilino corpore, & fuit iocundus, fortis, & ſagax. Sic Diomedes corpore quadrato, forti, & in bello acerrimus, crebro calidus, impatiens, & audax. Menelaus mediocri corpore, & ſtatura fuit, & formoſus, valens ingenio, & viribus. Briſeis non alta ſtatura, corpore æquali fuit, blanda, verecunda, ſimplex, & pia. Aeneas quadratus, fortis, pius, prudens, vt ex Darete Phrygio habetur. Iuſtinus narrat Ninum Semiramidis filium fuiſſe ſtatura mediocri. Auguſtus ſtatura fuit breui, quinum pedum, & dodrante, quæ compoſitione, & æquitate membrorum oculeretur, & non niſi ex comparatione alicuius procerioris intelligi poſſet. Galba etiam ſtatura fuit iuſta, vnde maxima eius liberalitas, & iuſtitia. Sic Veſpaſianus quadrata ſtatura, compacta, firmisq; membris; fuit liberalis, magnificus, &

cus, & validus, vt in Suetonio legitur. Plautus in Aſinaria ſuum Leonida commoda ſtatura, & intelligentem fuiſſe ſcribit. Mediocri ſtatura fuit Ruellius Gallus, & in ſcribendo feliciſſimus. Iuſto, humilior, vel quadrata fuit ſtatura Iacobus Triuultius, ſed ingenio, ſpiritu, & vigore pleno, Italorum Ducum celeberrimus. Grimoaldus Longobardorũ Dux, mediocri ſtatura fuit, vt ex Paulo hiſtorico habetur, animo, & corpore præſtantiſſimus. D. Bernardus mediocris, & honeſtæ ſtaturæ fuit, longitudini tamen vicinior apparebat, corpus tenuiſſimum, & ſine carnibus erat, fuit & ſerenus vultu, modeſtus habitu, circumſpectus in verbis, in opere timoratus, & magnanimus in fide, longanimus in ſpe, perfectus in charitate, ſummus in humilitate, præcipuus in pietate, in conſilijs prouidus, in negotijs efficax, nuſquam tamen minus, quàm in otio otioſus, ſuauis moribus, plenus denique virtute, & ſapientia, & gratia apud Deum, & homines.

DE FACIE PVLCHRIS, ET DEFORMIBVS CAP. IX.

MALE nobiſcum actum videretur, ſi priuſquam ſermoni finem imponeremus, non diſcuteremus, an facie pulchri, pulchro ſint animo, & deformes animo ſint deformes, vel qui boni, vel mali portendant. Etſi ex particularibus partium ſignis id oſtendimus, nunc ex partibus ſimul compoſitum integrum oſtendamus: quæ pulchritudinem faciunt. Pulchritudinem aliter Medici, aliter Philoſophi diffiniunt. Hippocrates veram pulchritudinem nil aliud eſſe dicit, quàm optimam conſtitutionem temperamenti, quam actionibus dijudicant: non albedine, vel mollicie, ſcilicet, quæ particulas habeat ad organorum functiones ſufficientem præbens vtilitatem. At ſi Socratem, vel Platonem in Sophiſta de pulchritudine diſputantes audiamus, inquiunt: Pulchritudinem in animę ſanitatem, ægritudinemq́; connumerari: nam ſi ſana, pulchra eſt: deformis verò, ſi ægra; animæ partium ſeditionem, diſſidentiamque morbum dicunt, temerariæ motiones, immoderatæq́; ex appetitu venientes, turpitudinem appellant, ſic conſenſum, & partium congruitatem eſſe ſanitatem, & motionum æquabilitatem eſſe pulchritudinem: Et quemadmodum corpus pulchrum in æquabilitate membrorum naturam habet ſuam, eodem modo ex ſingularium motionum congrua æqualitate pulcher, honeſtuſq́; euadit: At has pulchritudines Mangones non laudant, ſed quę in apta membrorum mudulatione conſiſtit. Galenus vtramq; coniungit. Corpus itaq; ꝙ nec denſum euidenter ſit, aut laſſum, neq; durum, neq; molle, neq; item piloſum, aut glabrum, quantæcunq; magnitudinis extiterit, temperatiſſimum erit, quòd ſi inſtrumentariæ eorum partes commenſum quendam inter ſe ſortiantur, erit perfecto viſu ſanè pulcherrimum, cum abſolutiſſimę conſtitutionis exiſtat. Vetus eſt omnibus Phyſiognomonicę rei ſcriptoribus comprobatum axioma, quum conueniens diſpoſitio membrorum corporis, bonorum morum conuenientiam demonſtret, & vulgò etiam iactari ſolet, vt monſtrum in corpore, moſtrum in anima. Pulchritudo eſt membrorum corporis optimè commenſurata diſpoſitio, & corporis forma animæ typus eſt. Particulę interius eandem ſtructuram ſortiantur, quòd foris oſtendunt, & quę ſimilem actionem obeunt, ſimilem figuram foris oſtendunt, quippe (vt ſæpius diximus) natura animanti corpus animi affectibus idoneũ condidit. Pulchritudinem Dei donum dicunt, vt qui maximè illam poſſideant, maximè illius fauorẽ poſſidere dicantur. Apuleius pulchritudini tantùm tribuit, vt pueros ad diuinationem eligendos, corpore decoros, & integro iubeat, vt in eis diuina maieſtas, quaſi bonis ædibus diuerteretur.

Facie pulcherrima.

Sed ſi nos animum ad hiſtorias conuertimus, viros, mulieresq́; multas reperiemus, eximia, & excellenti forma præditas, quæ etſi claro animo, & varijs virtutibus decoratas, plerumque maxima cum his vitia commixta habuiſſe, vt videatur naturã in eorum proportione & ſimetria, in tam immenſa pulchritudine, menſuras & proportiones omnes ſuperaſſe; ita eorum animos etiam ad vitia profuſos conformaſſe; vt optimè illud Socratis quadret: In aurea vagina plumbeus enſis. Alcibiadis pulchritudo quanta fuerit à probatiſſimis ſcriptoribus depicta, nemo eſt, qui ignoret: illud dicere audet Plutarchus, ſua tempeſtate omnibus Athenienſibus oris dignitate, & totius corporis forma vnum Alcibiadem præſtitiſſe: Idq́; largitum præcipuè eſt ei à natura: quòd non modò in pueritia, aut adoleſcentia, ſed omni ætatis gradu maximum ſemper decorem, & formoſum hominem prætulit. Satyrus apud Athenęum inquit, venuſtiſſima forma fuiſſe, theatrũ ingredientem omnes admirabantur, non ſolum viri, ſed etiam fęminæ: quam ob rem Antiſthenes oculatus teſtis aſſerit, quouis decurſu ætatis ſpecioſum fuiſſe: cum exercitui præeſſet, etiam curauit

rauit,vt pulchrior eſſet, fuit luxurioſior Ionibus. Timeam Aegidis vxorem, veluti ſcortum, de ſtupro interpellauit, quod nonnulli cum repræhenderent,non ob libidinem cum ea rem habuiſſe dicebat, ſed vt Lacedęmone ſtirps ſua regnaret, & deinceps Reges non ab Hercule,ſed ab Alcibiade nominarentur. In exercitu Timandram, & Theodotem ſecum ſcortum circumducebat, filiam ſuam ſtuprauit, cum qua,dum dormiret, Axiochi ſociam eſſe dicebat. Phereerates de eo: Alcibiadęs minimè vir, qualis multis videtur, hunc mulierum omnium vir eſt.

Erat natura gloriæ maximè cupidus,vt in vita nil expetendum eſſe diceret, niſi dominatu ſummo cæteris mortalibus antecellere: in eloquentia phyloſophia, & belli peritia nemini ſecundus, & magnificus; fuit etiam audax, & ferox, quieti & otio infeſtus, contentioniſq; ſupra modum amator, & vt Thucydides dixit, ad incontinentiam & luxuriam, & in ea,quæ voluptatem pariūt, maximè procliuis, & tandem de occupanda ſuæ patriæ libertate putauit. Fuit Demetrius forma, & pulchritudinę oris adeò egregia, adeò præſtanti, vt Pictorum, aut Sculptorum nemo ſimilem vnquam potuiſſet effingere, vt gratiam ſimul & terrorē, cum grauitatem & manſuetudinem prę ſeferre videretur. Concurrebat ſimul admirabilis ſplendor, regia quadam dignitate coniunctus, vt natus videretur ad ſtuporem ſimul,& gratiam hominum conciliandam. Erat in agendo bello dux egregius, & præclarus, erat per otium omnium regum iucundiſſimus, cum verò res agendæ erant, ſtudio, diligentia, ingeniją; magnitudine, cunctos alios ſuperabat; erat ſummè clemens, pius, & liberalis; ſed voluptatibus, & delitijs ita deditus,vt omnium regum incontinentiſſimus eſſęt habitus. Nunc circa potus, & conuiuia, nunc circa amores, & omnis generis voluptates maxima cum impudentia verſabatur, multaq; alia inhoneſta, quæ ſine ignominia narrari non poſſunt perpetrabat. Helena capillo fuit flauo, oculis magnis, ore puſillo, facię pura, auribus optimis bene figurata, & tota formoſiſſima. Ex Darete. Sed Homerus.

Non ægreferendum Troianos, & benecaligatos Achiuos,
Pro tali fœmina longo tempore graues labores perpeti,
Immortalibus hæc oppido quam facie Deabus ſimilis eſt.

Vt Telemachus, & Hectoris filius in conuiuio propè Helenam ſedentes, ſilent celeberrima illius forma excordati, & attoniti. ſed malè ſuo viro fuit fidelis. Alexander Priami filius candidus fuit, longus, & pulchertimis oculis, capillo flauo & molli, ore venuſto & voce ſuaui. Si Dareti credimus. fuit & claro animo imperij cupidus, ſed neq; bellator, neq; fidelis. Egregia fuit Semiramis corporis forma, & decora nimis, iuuenis habitum mentita, duos & quadraginta annos regnauit, ingentia, & præſtantiſſima edidit facinora; vt vix ſcribi poſſint: ſed fęda exarſit luxuria, vt quam plurimis adulteris vſa fuerit, & equm adamauit vſq; ad coitum, vt Iuba author eſt, & tandem proprij filij concubitum poſtulauit. Agatocles formoſus, & decora corporis forma ornatus, adoleſcens corpus,vt meretrix proſtituit; adultior adulter euaſit, vir ſanguinarij, & audacis ingenij, & virtute bellica præditi: Lucianus Pſeudomantem ita depingit: Corpore & aſpectu decoro; planèq; ſpecie diuina quadam, ac maieſtatis plena, colore candido, barba non admodum hirſuta; oculi vehementer acres, ac verſatiles, tum diuinum quidem relucentes; vox dulciſſima, pariterq; clariſſima: in ſumma quo ad has res,nulla ex parte poterat improbari figura. Cæterum mens, atq; animus (ò auerſor triſtium Iuppiter) in hoſtibus potius cōtingat incidere, quam cum eiuſmodi quopiam habere commercium: ſiquidem ingenio, ſolertia, acumine longè præſtabat cæteris mortalibus; tum curioſitas, docilitas, memoria,& ad diſciplinas ingenij felicitas, ſupra quam credi poſſit, ſuppetebat; quibus tamen peſſimam in partem vtebatur. Hiſmael Sophus Perſarum Rex, pulchertima fuit corporis forma, vultu roſeo, vegetis & micantibus oculis, barbæ capillo flauo, leto, ſerenoq; vultu, mediocribus auribus, bęnignus, cunctis, liberalis, fortiſſimus bello, magnanimus, ſed ambitioſus, in venerem pronus, ardens in crudelitate, ſed ad breuiſſimum temporis momentum. Lais, & Fauſtina pulcherrimæ fuere,ſed vtraque impudiciſſima. Multa ſunt horum apud clariſſimos authores exempla, quæ vt prolixa, & ſuperuacanea, minus duximus rȩcenſenda.

Pulchri facie.

Eſt & altera formæ elegantia, quæ nō pulchritudo ſed formæ concinnitas, & optima congruarum partium adaptatio dicitur, quæ morum,& bonarum animę qualitatum ſigna prębet, & ſi non verè explet, allicit tamen ad ſe oculos, moraturq; eos ſpectando. Hæc pulchritudo ſecum virtutes omnes affert, & vitia fugat. Fuit Ioſeph,vt in ſacris literis legitur, pulchra facie, & decorus aſpectu, ſed caſtiſſimus, humilis, ſapiens, & indulgens. Achilles ore fuit venuſto, dapſilis,

clemens,

clemens,& in armis acerrimus. Patroclus pulchro fuit corpore,& rectus, fortis,& prudens. Priamus Troianorum Rex vultu pulchro, & virtute refertus. Troilus pulcherrimus,& fortiſſimus,& virtutum cupidus. Hecuba pulchra, mente virili, iuſta, & pia. Andromacha oculis claris e candida, longa, formoſa: & fuit modeſta, ſapiens, blanda, & pudica. Polyxena candida, alta, formoſa, oculis venuſtis, capillis longis & flauis, dignis compoſita membris, digitis prolixis, cturibus rectis, pedibus optimis, quæ forma ſua omnes ſuperabat: animo ſimplici, larga, & dapſilis, & vitæ contemptrix, ſi Dareti Phrygio credimus. Alexander Magnus forma ſupra homines auguſtiore, ceruice celſa, lætis oculis, illuſtribus, malis ad gratiam rubeſcentibus, reliquis corporis lineamentis non ſine maieſtate quadam decorus. Peragrauit orbem, ſubegit Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucaſumq; tranſgreſſus eſt, Bactras domuit, Medis, & Perſis imperauit, cepit Indiam, emenſus omnia ad quæ Liber, & Hercules acceſſerant: Ex Solino. Thaleſtris Amazonum Regina, eum conuenit, pulchritudine & corporis robore excellens valdè fœmina, virtute tamen & animi magnitudine, cuius gentis ſuæ præſtabat: Alexander eam interrogauit, cuius rei gratia ad ſe veniret, illa prolis ſuſcipiendæ cauſa; cum ipſe rebus geſtis facilè omnium mortalium præſtantiſſimus ſit, ſe autem omnibus corporis & animi virtute fęminas cunctas antecedere cognoſceret, veriſimile eſſe, ex adeò excellentibus parentibus æditos liberos, reliquis hominibus fore meliores. Venuſtæ formæ Phytagoram fuiſſe narrat Diogenes, adeò vt illum diſcipuli opinarentur Apollinem, qui ex Hyperboreis veniſſet. Hic Italicæ Phyloſophiæ princeps extitit, & ſcientiarum non ſolùm profeſſor, ſed multarum inuentor. Cyrus corporis forma pulcherrimus, diſciplinæ & honoris maximè ſtudioſus: quapropter laborem omnem,& omne periculum laudis gratia perſerebat, ſuarum virtutum, ac bellicarum laudum Xenophontis extant commentaria. Darium cunctos ſpecie ſuperaſſe memoriæ proditum eſt à Plutarcho, vt eum à forma Alexander longè cognoſceret, in prælio fuit animi, & corporis dotibus valdè præditus. Euagoras honeſta fuit facie, animo fortis, magnanimus, temperatus, ſapiens, & iuſtus; & hæc omnia cum excellentia habuit, vt dicerent homines: illum non mortalem, ſed dęmona quędam extitiſſe. Bianthes Phyloſophus, vnus ex ſapientibus, erat facie regali, & præſtanti aſpectu, Ex Laertio. Hippocrates etſi corpore paruus fuerit, tamē aſpectu eleganti, & fortunato fuit, virtutū omnium compos. Lenaſtia Sacorum Regina tum pulchritudine, tùm conſilio, prudentiaq; mirabilis extitit, bellorum appetens, audacia, & rebus geſtis, cæteris fęminis inter Sacas longè præſtit: multas condidit vrbes, quas reddidit cæteris vicinis fęliciores, vt poſt eius obitum pyramidem ei extruxerint, cuius latus quodq; tribus ſtadijs procedebatur, altitudo ſtadij vnius. Zenobia Aſſiriorum Regina eleganti fuit corporis forma, & præſtanti animi bellici virtute, multis Regis formidabilis, Orientem ſubegit, & multas nationes. Fuit & Damocles adeò egregia forma, & præſtanti, vt à pulchritudine ſua pulcher Damocles ab omnibus diceretur: ſummæ fuit pudicitiæ, elatiq; animi, vt ſe à Demetrij iniurijs, & violentia liberaret, cū nudum in balneum comprælendiſſet, ſublato tegmine lebetis, inferuentē aquam ſe coniecit. Regi Ptolemęo gratiſſimum fuiſſe adoleſcentem Galetem nominè ſcribunt, etatis forma ſpecioſus, decenſq; cum primis, ſed animi propoſito, ac ſenſu ſpecioſior. Ptolemæus illius admiratus probitatem, dicebat ſubinde, ò amicum caput, ex te quidem malum nullum, ſed bona multis & multa conciliaſti. Scipio Africanus eximiam formam præſeferebat, & omni amplo dignam imperio; ſed animi bonis omnibus anteibat, facundia, ſcilicet, benignitate, magnificentia, & continentia, liberalibus artibus tum maximè eruditus, ſummus, & præſtans belli dux, vt non ſolùm ætatis ſuæ, quę bellaciſſimorum virorum ferax fuit, ſed ſuperiorum temporumq; Imperatoribus par extiterit, in pugna ſtrenuus, poſt victoriam clemens. Auguſtus eximię fuit formæ,& per omnes ętatis gradus venuſtiſſimę, eloquentia, liberalibus ſtudijs, bellandi peritia, ſeuerus, liberalis, & pacis cultor fuit, vt inter Cæſares ſolus ſit habitus fęliciſſimus. Xenophon vltra modum formoſiſſimus, fuit excellens Philoſophus, & belli dux, Platonis ęmulus, multis & diuerſis in ſcientijs, multa edidit volumina, vt melato dicendi genere Muſa vocaretur. Publius Syrus, Macrobio authore, tùm decore formę, tùm ſalibus,& ingenio, in ſcribendis magno pretio habitus eſt. Lucretia Romana pulcherrima fuit, & caſta. Galeatius Vicecomes Secundus decore formę mortales cunctos ſuæ ętatis anteceſſit; ita etiam virtute, magnificentia, & inſignibus operibus. Gymnaſium, & Bibliothecā erexit, accitis multis diſciplinarum profeſſoribus,& nobiliſſimis codicibus referſit. Celebinus Turcharum Imperator formoſiſſimus. Ac fortiſſimus fuit, decora quidem fronte, & oculis, pacatum animum demonſtrarunt. Ioannes Picus Mirandulanus, adeò decora fuit facie, & pulchra, vt nil gratiarum formę deeſſe videretur, mira fuit altitudine ſubtilis ingenij, lectiſſimis moribus, incomparabili fœcundia, doctrinaq;, vt omnes eius ſeculi ſapientes in ſui admirationem conuerteret, vt meritò cognomine Phœnix appellaretur.

Deformes vultu.

Introducit Homerus Therſitem protenſo capite, deformi vultu, ac nimium breui ſtatura, ſic moribus deſtitutum. Scribit enim ſine iudicio, & menſura loquutum eſſe. L. Metellus ſtatura fuit breui, & vultu deformi, vt ridiculus haberetur. Cicero Piſoni vultus deformitatem, & animi ſordes obijcit. Sic Saluſtius Catilinę in cadaueroſo, & deformi vultu impium, & atrocem animum, & omni ſcelere maculatum notat. Sic Apuleius ſui aduerſarij vultus deformitatem, & morum dehoneſtamenta inculcat. Socrates aſpectu fuit tetro, & inuenuſto, ita vt ſacrificare gratijs ſępius adduceretur, fuit & ingenio habeti, ac tardo, vt calcaribus egere dixerit. Spiridonax Cyprius, apud Nycetam, homo deformi vultu, ſtatura minore, ſtrabis oculis, ſordidus, opifex fortuna infima, ſedicioſus, & proditor. Sic Zeno apud Zonaram, forma, & animo ſordidiſſimus: animo non ęgro, forma imperio non indigna, non vt Rex, ſed vt tyrannus adminiſtrauit: homo timidus, & effęminatus. Tandem Rhaſes dicet, cuius facies eſt deformis, mores habere bonos non poteſt, niſi raro.

QVI VESTIBVS MALE ORDINATIS VTENTES, AVT COMPTIS, & quid comati indicent morum. Cap. X.

NVNC ad veſtitum tranſeamus, vel ineptum, vel malè præcinctum, aut comtum, & quid morum comati, aut barbati præſignent. Primò dicemus de ijs qui ſcribendo, aut aliquid meditando etiam ipſorummèt obliuiſcuntur. L. Florus de Vitiato militum Duce loquēs, tam ſua indumenta ſpreuiſſe, vt in miles nullus eſſet in ſuo exercitu, quin dignius eo veſtiret, neq; id arte faciebat, ſed adeò erat cogitarionibus diſtractus, vt minimè ad ſui corporis cultum indulgere poſſet. Cæſar tam malè toga præcingebatur, vt trahendo liciniam, velut mollis, incederet. vnde cum poſt victoriam Cæſaris Cicero interrogaretur, cur in electione partis erraſſet, Reſpondit, præcinctura me decepit. ſed eo prudentior Silla dixit Pompeio; Caue tibi illum puerum malè præcinctum. Milites illudētes ei, malè præcinctum vocabant. Hiſtoriographi omnes certatim narrant malè ordinata Anibalis veſtimenta, qui nunquam ornatè indutus viſus fuerit; aſſiduę enim bellorum curæ hominem ab ea ſeruitute abſtrahebant; nec nunquam mentem tam vilem habuit, vt huiuſmodi veſtitu ſe poſſet accomodare. Carneades Phyloſophus Diogenis diſcipulus adeò ſtudijs deditus, vt in menſa etiam cibi obliuiſceretur, vt Meliſſa coniux brachium eius attolleret, vt ori cibus admoueret, neceſſe erat, ex Valerio; Modeſto habitu ſemper D. Bernardus fuit.

Ornate veſtientes.

Galenus libro De vſu partium manifeſtat, naturam magna cura prouidiſſe, ne corpus homini negotium inceſſeret, neue illud ſibi ipſi neceſſariò ſeruiendo inſtar mancipij ſemper haberet addictum; conueniebat enim animali ſapienti, & ciuili, corporis curam habere mediocrem; ſunt enim quidam, qui amicum quempiam illorum operum implorantem ſubterfugiunt; ſibijpſis negotium eſſe excuſantes, poſt autem aliquò ſecedentes, picantur, ac comantur, vitamq; omnem in cultu corporis conſumunt prorſus, cum corpore quidpiam habeant præſtantius ignorantes; quorum quidem miſereri oportet. P. Africanus. P. filius vir omni virtute præditus P. Gallo homini delicato, inter plurima aliaq; obiectabat, id quoq; probo dedit, quòd tunicis vteretur totas manus aperientibus. Inquiens, qui quotidie vnguentatus ad ſpeculum ornetur, cuius ſupercilia raduntur, cum barba vulſa, ſęminibusq; ſubiunctis ambulet; qui in conuiuijs adoleſcentulus cum amatore, cum chirodotheca, tunica inferiore acumbuerit, qui non modò vinoſus, ſed viroſus quoque ſit, eum ne quiſquam dubitet facere. Idemq; cinędi. Q. Ennius non ſine probo tunicatam Cartaginenſium iuuentutem dixit. Demoſthenes quoq;, quòd nitido, & nimis accurato corporis cultu indulgeret, probo datū eſt, κὸμψα κλανὶς, & μάλακοι χιτωνίσκων. Hortēſius apud Romanos riſu habitus eſt, quod luxu penè fęmineo vixiſſet, frequens ad ſpeculum accedebat, quæritans ab eo veſtigia vlla ex parte non belle poſita viderētur, & ſic venuſtatem coluiſſe, vt diem collegæ dixerit de acceptis iniurijs, quòd in loco anguſto illi obnixè togæ ſtructuram deſtruxerat. Erat quoque eius manus argutæ, & geſtuoſę, maledictis, & probroſis, iactatus eſt, quaſi hiſtrionem ageret. Vnde L. Torquatus, ſubagreſti vir ingenio, & infeſtiuo, illum geſticulariam Dionyſiam vocauit, cui voce molli, & demiſſa Hortenſius, Dionyſia malo quidem eſſe,

quam

quam ἀμύσου ἀγχιδίαιτοι, ἀηρίβιος. D. Auguſtus. C. Mecænatem inceſſit, vt effæminatum, atq; melloſiſſimum: vt Auienus in cenis: Macrobius retulit, dicēs, Vale Mecęnas mel gentium, metuelle, ebur ex Hetruria, laſer aretinum, adamas ſupernas, tyberinum margaritum, Cilneorum Smaragde, iaſpis figulorum, berille Porſenne, carbunculum habeas.

Comati.

Fuit & antiquis mos comam molliter nutrire, & Lycurgum legimus cines inſueſeciſſe, vt comam alerent; quoniam quidem pulchros decentiores redderet; diſformes verò terribiliores, ac magis formidabiles. Charilaus interrogatus cur comam nutriret? Reſpondit; quia ex omni ornatu hic pulchrior foret, & minimi ſumptus. Silius Italicus in laudibus Scipionis ita cecinit.

Martia frons, facilesq; comæ, nec pone, retroq;
Cæſaries breuior.

Ariſt. in Rectoricis adijcit, comam eſſe libertatis argumentū; ſed vt in alijs ita & parte iſta perſum euntibus vitæ pretijs, abijt res in turpem, in effæminatam mollitiem, cum cæptum ſit à troſſulis, & molliculis ſuccedere comam varijs locis, & in gradus formare, vt comatuli ſint. Increpatur à Martiale quidam, cum comam in annulos efformaret.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum,
Annulus, incerta vix bene fixus, aut.

Hinc fracta cenſorie apud Senecam caſtigatur coma. Quomodo excandeſcūt, inquit, ſi quid e iuba ſua decíſum eſt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia in annulos ſuos reciderunt; hos tu ocioſos voca, inter ſpeculum, pectinemq; occupatos. Sed quoniam hoc genus nugæ, & accerſitæ cōmendationes non corpus ornant, quòd illi opinantur, ſed mentem detengunt. Hinc ſcitum, vt à Sineſio accepimus, natum adagium eſt. Nullus comatus, qui idem non ſit cinędus. M. Tullius in Catilinam libro ſecundo. Capillo pexo, nitidos cenſoriè ſubnotauit. Succurrit ex hiſtoria non aſpernabile. Cum Philippus Macedo ex Antipatri amicis quendam adlegiſſet iudicem, moxq; aduertiſſet ab illo barbam, & capillos infici, è veſtigio amouit hominem, dixitq; Qui in pilis infidus eſt, qualē in negotijs remur futurum? Plantinus Leonida contra molliuſculum. Quiſnam iſtuc tibi adcredat cinæde, calamiſtrate.

Sic Philocratem deſcribens Ariſtophanes delicatum, ait. Corpore albo, criſpus, cincinnatus. Diogenes, conſpecto quodam, cui nudatum erat mentum, inquit, an naturę vitio vertis, quòd virum te genuerit, non fœminam? Alterum idem intuitum ſic depilem, equo ſedentem, vnguentis delibutum, ac veſte indutum, quæ ei molliciei conueniret, inquit. Quinam foret equiſonem. Alexis apud Atheneum, de huiuſmodi hominibus deraſis.

Picatum, aut deraſum ſi quem forte videris,
Horum vtrumq; cuius rei gratia factum putes?
Aut de militia cogitare ille mihi videtur
Facturus, omnia quæ barbæ non conueniant:
Aut in ciuitate flagitijs omnibus ſe inquinaturus,
Nam per Deos & quid nobis barbæ pilus moleſtus eſt?
Propter quem hominem eſſe vnumquemq; noſtrum apparet?
Niſi fortaſſe mediteris, quòd indignum eo ſit.

Sardanapalus exceſſit omnes ſuperiores luxuria, & ignauia: vitam muliebrem duxit cum pellicibus, veſte etiam purpurea indutus, cum molli lana contextu, inſuper muliebrem faciem, totumq; corpus in modum meretricis ſucco componens, vltra luxum muliebrem laſciuiebat, vocem fœmineam loquendo imitatus, nunc viri, nunc mulieris vice abutebatur, omni poſt habita ſexus, & pudoris cura, in ſepulchro ſuo ſcribi hæc mandauit. Hæc habeo, quæ comedi, & quæ cum amore, & voluptate percepi.

DE CAPILLIS. CAP. XI.

SEQVITVR caluaria capitis pars, veluti ædificij culmen, quæ capillis inte&a eſt, capillorum ratio non tam in decore præcipua conſiſtit, ſed in eis fuit naturæ momentum maximum. Ariſtoteles natum capillum dicit ad neceſſitatem, & præſidij rationem. Ad neceſſitatem, quia cerebrum humidum eſt, & vbi plurimum humoris, caloriſue eſt, ibidē pilorū ortus eſſe copioſum neceſſe eſt. Ad adiumentum; quia pili frequentia caput operiens, extimū repellit frigus, & calorem: nam cum cerebrum humidum ſit, maximam tutelam expoſcit, & in eo emolumentum maximum; egeſtis hoc modo noxijs è corpore vaporibus, vnde capillaris generatio augumentum habet. Adijciunt quoque ad ornatum authores grauiſſimi. Ambroſius ſexto Hexameri. Cæſaries veneranda eſt in ſenibus, veneranda in ſacerdotibus, terribilis bellatoribus, decora in adoleſcentulis, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata eſt: humani corporis capillos, tota pulchritudo flaceſcit. Sed veneremur cauſas generationis, quo faciſius mores coniectare poſſimus. Horum materiem putat Galenus ſecundo Complexionū libro, fumidum vaporem, humectum, & glutinoſum. Auerroes pili materiam pure terreſtrem dicit. Quod ſi eſſet, non tam ſequax foret pilorum natura, flexibiliſuè, quo velis, modo. Ratio efficiēs frigiditas eſt, tum intima in cute, ac oſſibus capitis, tū extima aeris nos ambientis, quæ vaporem ab imo ſcandentem, ac in poris meatibusue cutis retentum, diutius ſeneſcere cogit. Ex aliorum opinione capillorum cauſa cutis eſt, concors verò inditus humor. Cutis tenuis, rara, denſa, exiſtens, & groſſa, ita eos generat. Sed neque Medici, neq; Phyſiognomones corporis temperiem, neque animi mores ex pilorum qualitatibus venerari poſſunt. Polemon. & Adaman. neutiquā optimè ex pilorum ſignis mores conijci poſſe tradiderunt: quia ex gentibus ea demonſtrare non facilè queunt, cum pluribus in locis permixta hominum genera videantur. Auerroes nonniſi in temperatis climatibus id verificari dixit. In capillatura conſideranda venit qualitas, quantitas, & color, quas differentias collegit Ariſt. De generatione animalium libro

Capilli porrecti.

Ariſtot. in Phyſiogn. Qui capillos rectos in capite habent, timidi ſunt, referuntur ad paſſionem: nam timentibus eriguntur. Hos ὀρίζαντες vocant, quaſi horrentes. In Problematibus rigentes capillos ex refrigeratione euenire dixit: nam calor in partem interiorem ſe colligit, vbi autem carni caloris beneficium defuit, magis colligitur, quòd cum fit, pili erectiores fieri coguntur. Alexander Aphrodiſeus ait, quòd per metum, & horrorem pili erigi ſolent, quoniam affectus omnes refrigerant, refrigeratio autem foramina cutis obducit, & condenſat: pilus quidem cum vndiq; aſtringatur, inuertitur, atq; erigitur. Ob id Virgilius.

Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.

Polem & Adam. Capilli recti agreſtiores, & ſtolidiores homines notant, ſed Polem. ἀγροτέρου Adamantius ἀγριωτέρους habet. Et paulo poſt, Recti capilli exiſtentes, timiditatem, & malignam aſtutiam notant. Idem in figura Fatui improbi tribuunt ei capillos rigentes, quaſi agreſtioribus moribus præditum. Hippocrates libro De hominis natura, ait: Recti crines ex ſupernacuo, qui in capite eſt, humore fiunt. Auerroes quarto Colliget, capilli extenſi, & plani ſignificant ſuperfluitatem humiditatis.

Priores figuræ etiam in præſenti inſeruiunt capiti, dum capillorum qualitates explicantur. Dextra criſpi capillitij præfert iconem; ſiniſtra criſpiuſculos, vel in extremitatibus tantummodò criſpatos capillos oſtendit.



Capilli criſpi.

Ariſt. in Phyſiogn. Qui capillos minus criſpos habent, timidi ſunt, & ad Aethiopas referuntur. Polemon. Criſpi capillitij vir, timidus valdè, & odioſus. & Adaman. timidus, & fraudolentus eſt. Conciliator Qui capillos criſpos habent, vt piperis corrugationi ſimiles exiſtant, (ò egregiam piperis, & vibratorum capillorum ſimilitudinem) proteſtatur (ſupple) timorem: quia ipſe apponere oblitus eſt. Albertus. Criſpus capillum timidum, ſubdolum, lucricupidũ, & aſperum demonſtrare dixit. Sed ſatis inopportune ex ſe, aſperum illud, addit. Ariſtot. duo leonum genera tradit Animalium libro, quorum alterum criſpiore pilo, & ignauius: alterum longiori, ſimplicioriq; villo, quod generoſius eſt. Et à Plinio idem recenſetur. Hippocrates libro De hominis ſtructura, capillos criſpos eſſe ſignum caliditatis capitis dixit. Auicenna in primo Canone ait, vibrati capilli rationem eſſe eo modo, quo & vſtulata coria: nam arefactus capillus reflectitur, & incuruatur vi caloris, & ob id meticuloſos eſſe, ex numeroſa ſpiritum reſolutione. Verùm Ariſtot. in lib. Animalium generationis quinto: & Galenus Complexionum ſecundo, capilli criſpi euenire duplici ratione videntur; altera, quam expoſuimus, vi caloris, & ſiccitatis: altera de meatuum tortuoſitate, per quos egrediuntur, nam vt hi diſpoſiti ſunt, ita & capilli emergentes efficiuntur. Contingit hoc quoq; ex vaporis debilitate, & cutis duritie: nam erumpens capillus adeò tenuis eſt, vt ſe minus valens tolerare, corrugetur, contrahatur. ob id ſerius caneſcere, quod filo etiam contingit, ſi vi per arctum tranſeat. Aphrodiſeus ex capitis ſiccitate criſpulos capillos fieri conſcripſit. Auerroes idem, ſicut accidit illis, qui corrugantur ab igne. Martialis ad id.

Crinibus intortis timidi venere Sicambri,
Atq; aliter tortis crinibus Aethiopes.

Boleſlaus Polonorum Rex, Criſpus cognominatus, à criſpo capillitio, quietus, timiduſq; fuit, & nil dignum in ſua vita egit.

Capilli in rxiremitatibus criſpi.

Nunc mediam Phyſiologi tradentes capillorum qualitatem,vt Ariſtot. in Phyſiogn. Quoniam igitur recti, & valdè criſpi timiditatem innuunt, qui in ſumma ſui parte criſpi ſunt, animoſitatis ſignum erunt. & referuntur ad leones. Pol. & Adaman. mediam inter has capillorum qualitatem, optimam teſtari dicunt hominis naturam; Iidem in figura Ingenioſum depingũt, neque valdè criſpis, neq; rectis capillis. Dares Phrygius Achillem bene criſpatum extitiſſe ſcribit. Sic etiam Aiacem Thelamonium, eosq; in hoſtes audaciſſimos fuiſſe. Cimonem,vt refert Plutarchus, criſpa coma ſuffultum caput habuiſſe, ac virtute refertum fuiſſe. Auguſtus, Suetonio referente, capillo fuit leniter inflexo, ob id optimè moratus, ingenioſus, magnanimus, & liberalis. Conſtantinus Magnus rubro fuit capillo, non denſo, neq; criſpo, ex Cedrino, coniectura adferendas ſenſuum cupiditates perfectiſſima; ornatus & bellica virtute. Cazimirus Polonorũ Rex denſo & criſpo capillo fuit; plurimis virtutibus inſignis, humanitate, iuſtitia, comitate, & pleriſq; alijs.

Capilli rari.

Raritas capillorum doloſum, & malignum arguit. Polem. & Adam. Vbi aduertendum Polemonis textum corruptum, & mendacem eſſe: nam vbiq; habet ipſe [illegible]. Polemon habet [illegible]. Ariſtot. in Problematibus. Capite caluos ſaleces eſſe ait. Quicunq; enim ex pilis congenitis ætate iam prouecta non caleſcunt, libidinis vſu immoderato iam decidunt: partes enim ſuperiores ſanguinis parum obtinentes,libido refrigerat: ita enim efficitur,vt locus hic alimentum concoquere non poſſit, & cum pili alimento caruerint, defluant neceſſe eſt. Et alibi. Spadones effici calui nequeunt, quia cerebri multum obtinent, quòd ſanè contigit: quia rem veneream non agunt: ſemẽ enim labi per ſpinam à cerebro videtur, qua de cauſa ceruis caſtratis cornua non decidunt: & boues caſtrati cornua gerere maiora putantur. Eademq; ratione pueri & mulieres non caleſcunt. Eſt, inquit Plinius.in capillis terrarũ aliqua differentia: quippè Miconij carentes eò gignuntur,vnde & caluos omnes Miconios dicimus. Hippocrates: Capud, quòd paucis conſtat capillis calidius eſt. Medici dicunt: Pilus non multus ac prætenuis, caliditatem indicat temperatam, cõnexam ſiccitati immodicè: & ex ſiccitate, quæ per malam temperiem fit, naſcitur caluitium. Præterea qui capillo ſunt rariore, ij non facilè nudantur nutriente humore; quòd phlegma vocitatur. Scribit item Alexander: Caluitium aliquando ex cognatione peruenire, ſicuti podagram. Fuit & Socrates recalua fronte,vt Ammonius, & Hieronymus ad Iouinianum ſcribit: Ob id Zopyrus luxurioſum pronunciauit. Erat & Iulius Cęſar caluus, & caluitij deformitatem iniquiſſimè tulit, obtrectatoris iocis ſæpè obnoxium; Ideòque deficiente capillum reuocare à vertice aſſueuerat, & ex omnibus decretis ſibi ab Senatu, populoq; honoribus, non aliud vſurpauit libentius, quàm ius coronæ laureæ geſtandæ perpetuo. Eius luxuriam Suetonius benè notauit, Cum à militibus iactaretur: Vrbani ſeruate vxores,nam mœchum caluum adducimus, & eius pudicitiam apud Nicomedem proſtratam,præter multas Reginas, quas dilexerat, multaſq; vxores, quas habuit, vt ex hiſtorijs notum eſt. Fuit & Caligula capillo raro, ac circa verticem nullo, quare eo tranſeunte, capra nominare, criminoſum, & exitiale habebatur, Vnde eius ſtupra cum ſororibus notantur à Suetonio: homines etiam, quos commertio mutui ſtupri dilexerat, cum neq; ſuæ, neq; alienæ pudicitiæ perperciſſet. Otho fuit caluus, galericulo capiti propter raritatem capillorum daptato,& annexo,vt nemo dignoſceret. Summum is inter amicos Neronis locum tenuit, congruentia morum, & conſuetudine mutui ſtupri. Flauius Domitianus quoq; caluitio deformis fuit, caluitioq; ita offendebatur, vt in contumeliam ſuam traheret, ſi cui alij ioco, vel iurgio obiectaretur, quamuis libello,quem de cura capillorũ ad amicum edidit, etiam illum ſimul,ſeq; conſulans inſeruit, οὐχ ὁρᾷς χἀγὼ καλὸς, μέγας fuit nimiæ libidinis, aſſiduitatem concubitus, velut exercitationis genus,clinopalem vocabat: narrabat inter vulgatiſſimas meretrices, fratris filiam in matrimonium recuſatam, corrupit. Aurelius Sextus libidine furentem eum fuiſſe ſcribit. Sergius Galba præcaluo capite fuit. Libidinis in mares pronior, & eos nonniſi præduros, exoletoſq;. Icelum de Neronis exitu nunciantem, non modò arctiſſimis oſculis palàm exceptum ab eo, ſed vt ſine mora velleretur oratum, atq; ſeductum. Therſites rarò fuit capillo, vt ex Ioanne Tzetze. Popileus iunior Polonus rarũ habebat in capite, & in barba pilum, quales laſciui ſunt. Fuit Albertus Rex Polonorum ſtatura proceriore, colore ſubſuſco, capillo nigro & raro, ingenio magno, liberalitate, & magnanimitate non vulgari, ſed in venerem procliuior: Ex Cromero. Nero fuit caluus: Ex Iuuenale. Et caluo ſeruire, & Roma Neroni: per multa de eo diximus libidinum exempla, quæ enim vitam

plurimum

plurimum infamant. Rubrie virgini veſtali vim intulit, Sporum ex ectis teſtibus in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt, quem & ſolemni nuprorum offitio ad ſe cum ſe productum habuit pro vxore, inde lectica cum matre veheretur, libidinatus eſt.

Capilli denſi.

Ferinum hominem manifeſtant capilli aſperi; Ipſi enim ferarum ſunt: Polemon. Sed Adam. denſos capillos dicit. Alb. autem: Multa,& vltra modū capillorū denſitas, & groſſities in iuuentute, proceſſu temporis maniam pronuntiat. Medici dicunt, multus, ac craſſus capillus exhuberantis eſt indicium caliditatis: qua multa prouenit etiam euaporatio, proinde vberius naſci capillos inuenta floreſcente, auctor Haliabbas eſt, atq; in viris itē, quam fœminis. Mihi quotquot homines videre contingit, caput habentes denſis pilis refertum, rudes, agreſtioresq; agnoui. Plutarchus narrat Lyſandrum denſa cęſarie fuiſſe.

Capilli medij inter raros, & denſos.

Optimam igitur conſtituentes capillorum qualitatem, dicimus ex Polem. & Adam. Mediæ autem qualitatis capilli inter hoſce, laudabilis naturæ argumenta dixeris.

Indicet igitur dextra huius Tabellulæ caput mollibus, & implexis capillis ſuffultum; ſiniſtra duris, & rigentibus alioqui ſatis iuconcinne mollitiem, & duritiem pictura delineari poſſe ſtatuentibus.



Capilli molles.

Capilli plani, & ſuaues: manſuetudinem, & cerebri frigiditatem docent. Ariſtot. ad Alexandrum. Et in Phyſiog. Qui pilos, vel capillos valdè molles habent: timidi ſunt, argumento, q; omnia animalia timidiſſima ſint, quæ molli pilo, vt ceruus, lepus, & ouis. In auibus eadem videre eſt: nam quæcunq; mollem pēnam habent, timidę ſunt, & propriè id videtur in coturnicibus. Et in gentibus hominum hoc idem accidit. Quicunque enim apud Meridiem habitant, timidi ſunt, & mollem pilum habent. Sed Geſnerus, dum hæc ex Ariſt. transſcribit, labitur, qui coturnici duram pennam tribuit, contra Ariſtot. opinionem, qui gallinaceo duram, & coturnici mol-

 lem.

lem. Pol. & Adaman. Qui capillos valdè molles ſortiuntur, fœmineæ, naturæ aſcribendi ſunt. Vterq; in ſchemate Formidoloſi, ei molles capillos aſcribit. Et ſi ad naturalem caſum referre licet, mollities capillorum fit ab excellente frigido, & humido: cuius ſignum, quòd aqua, & aer molliſſima ſunt. Cuniculi timidiſſimi ſunt, & pilum molliſſimum habent. Et Catullus in Thullum cinædum.

Tulle, mollior cuniculi capillo.

Duri Capilli.

Pili duri, fortem ſignificant. Ariſtot. in Phyſiog. Hoc ſignum ſumitur ex quadrupedibus, auibus, & gentibus. Fortiſſimus leo, & aper, & pilum duriſſimum habent. Idem in auibus videre licet; nam quæcunq; duram pennam habent, fortes ſunt, vt gallinacei. Similiter apud Septentrionem gentes, & duris pilis, & fortes ſunt. Polem & Adaman. Nec capilli valdè duri bonum ſignum præbent: nam agreſtem quidem hominem demonſtrant. Vterque in figura Fortis duri pili facit, Rhaſes: Qui duros capillos habent, fortes ſunt. Canes venatici duri pili ſunt, & robuſtiſſimi. Etſi ad naturalem cauſam referre licet, pilorum durities fit ab excellenti calido, & ſicco: nec ab omni ſicco, ſed à terreo; cuius ſignũ, quia terra duriſſima eſt: & fortes natura ſunt calidi & ſicci; vt ſuſtineant ſicci, vt patiantur, calidi. Iuuenalis ad id.

Hiſpida membra quidem, & duræ pro brachia ſetæ
Promittunt atrocem animum.

Capilli medij inter molles & duros.

Optimam igitur ex his duobus extremis mediam qualitatem innuentes. Polem. & Adaman. dicunt: Mediam autem inter has capillorum qualitatem optimè iudicabis. Ariſtot. in ſuis Phyſiogn. in ſchemate Ingenioſi capillos inter molles, & duros conſtituit.

Iterum Leonis caput & humanum ante oculos adhibuimus, vbi in vtroq; capilloſum quiddam in fronte, & è regione naſi deſcendens conſpicitur, ne quid incuria, quod ad exactam verborum declarationem ſpectat, omiſſum videretur.



Deſcen-

Deſcendetes à fronte capilli è regione naſi.

Ariſtot. græcus textus in Phyſiogn. ita ſe habet, οἱ τῶ μετώπου τὸ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνάϐιλλον ἔχοντες, ἐλευθέριοι, καὶ ἀναφέρονται ἐπὶ τοὺς λέοντας. Vetus Interpes ita transfert, Qui frontis id, quòd ante capud eſt, eleuatũ habent, liberales ſunt, & referuntur ad leones. Quaſi non ἀνάϐιλλον, ſed ἀνάτεινον legerit. Sed quid intelligatur per id, quòd eſt ante capud eleuatum, ignoratur, cum de capillis, non de frontis cute, vel parte loquatur: vnde ſatis pueriliter tranſlatum. Sueſſanus Philoſophus quid ἀνάϐιλλον ſignificaret, ignorans, nunc æſtrum, nunc templum interpretatur, multaq́; ineptè & monſtruoſa blacterat, dum ſenſui verba accõmodare nititur. Geſnerus quid dicat, ignorat. Quid verò ſentiam, in medium proferam. ϐίλον, capillis denſum, hirſutumq́; interpetrater, ꝙ etiam Latini à Græcis mutuati ſunt. Nonius citatur locum Varronis ex Satyra, ait, Silones homines ſunt prominulis, ac hirſutis ſupercilijs, & ob id Silenus dictus, quòd magnis, & hirſutis ſupercilijs foret. Sic ἀνάϐιλλον, ſupra hirſutum, ac capillis denſum notat. Hanc meam opinionẽ comprobat Ariſtot. in leonis figura, vbi de eius crinibus loquitur, dicit. Supra frontem autem, è naſi regione pilos habet hirſutos, inclinatos. vbi enim verbi ἀνάϐιλλον meminit, vnde ſic interpetrater: Qui frontis id, quòd ante capud eſt, pilis hirſutum habent, liberales ſunt, & ad leones referuntur. ſed præſens ſignum cum ſubſequenti confuſum iudico; vel Ariſtot. appoſuit, vt ſuperius inferiori declaretur. Inquit enim; Qui in capite adnatos habent crines in fronte, è regione naſi, liberales ſunt, & referuntur ad decentiam: quoniam ſeruile eſt, quòd apparet. ſed quid hæc verba ſibi velint, ignoratur. nam primum refert ad decentiam, poſt modum ſeruile eſſe dicit, quòd apparet. Polem.& Adaman. vt hoc ſignum clarius elucidarent, apponunt. qui in eo transferendo diligentiſſimi fuere. Si coma per medium frontis deſcendat ad naſum, vt in neutram partem declinet magnanimitatis, & maximæ virtutis argumenta dixeris: Idem Ariſtot. in figura Iracundi. Floridus capillorum circuitus deorſum deſcendens dixit. Idemq́; Polemon ab eo. Capilli circum capud infra aſpiciẽtes. Alber. etiam. Si recta linea, ad quam generatio capillorum terminatur, deſcendens fronti imminet; hominem ſignificat animoſum, & miſericordem.

In ſubiecta Tabella capitis vertices conſiderabis.



Capilli in vertices conuoluti.

In figura Manſueti capillorum coronam ſurſum contractam tribuit, Ariſtot. in Phyſiognom. Pol.& Adam. in eodem ſchemate, capillorum curſum ſurſum vergentem, Quod mihi à contrario ſigno dictum videtur. Alber. ab his: Capilli reſupinati ſuper mediam frontem, cerebrum reſpicientes, callidum quidem in nequitijs, ſed minus ſapientem pronunciat. Et paulò poſt.

Si recta linea, ad quam capillorum generatio terminatur, exaltatur à fronte, calidæ complexionis hominem, facilè caluefcentem,& pauci intellectus eſſe. Ego ire ad vertices ſignificarem. Plinius de capillis loquens. Vertices bini homini tantum: dicti ſunt vertices propter capillorum flexum; ſiue quia ad occipitiũ in decline vertitur. Græcus κορυφή. Theodericus Gothorum Rex ſimile habebat, ex Sidoni Aguicolei deſcriptione, corpore fuit exacto, lõgiſſimis breuior, procerior eminentiorq; mediocribus, capitis apex rotũdus, in patulum à planitie frontis in verticem Cæſaries refuga criſpatur. Ceruix non ſedet neruis, geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus; ſi verò cilia flectantur ad malas medias, palpebrarum margo propè peruenit, naſus venuſtiſſimè incuruus, labra ſubtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata, pilis intra narium antra fruticantibus quotidiana ſuccifio, barba cõcauis irta temporibus, quam in ſubdita vultus parte ſurgentem, ſtirpitus tonſor aſſiduus genas ad vſq; forficibus euellit. Menti, gutturi, colli non obeſi, ſed ſucculenti, lactea cutis, quæ proprius inſpecta, iuuenili rubore ſuffunditur. Teztes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus, recedente aluo, pectus accedens, aream dorſi humilior inter excrementa coſtarum ſpina deſcriminat, tuberoſum eſt vtrinq; muſculis prominentibus latus, in ſuccintis regnat vigor ilibus, corneum ſemur, inter nodia poplitum bene maſcula, maximus in minimè rugoſis genibus honor. Crura ſatis fulta ſuris ſurgentibus,& qui magna ſubſtentat membra, pes modicus. Fortaſſe capillorum hic curſus ſurſum vergens ad relicinos capillos verti poſſet. Inquit enim Apuleius de Marſia loquens, ꝓ erat coma relicinus,in primo Floridorum: dicitur verò capillus relicinus,quaſi recriſpus,& verſus occiput quod omni modo reſugiens, quòd nomen alij à recello dictum putant, quaſi reclino, & ceſſim reditio, & in recriſpis ad cranium capillis relicinus, veluti recellinus crinis appellatus, euphoniæ cauſa. Idemq; de Alexandro Magno verba faciens, inquit: Eadem gratia relicinæ frontis cernebantur.

Capillorum curſus à ceruice ſurſum vergens.

Albertus. Si in eadem linea multum exaltatur à ceruice, ſignificat hominem ſeminatum, timidum, tardum, & iracundum.

Capilli depreſſi, fronti imminentes.

Capilli vti nimium depreſſi, & fronti imminentes, ferum declarant animum, & his concordat vrſini capitis capillatura. Idem.

DE CAPILLORVM COLORIBVS: CAP. XI.

SCRIBVNT Phyſiologorum nonnulli, cauſam coloris pilorũ omnibus animantibus eſſe cutim, nam alborum alba cutis eſt, nigrorum nigra, variorum, permixtorumq; partim nigra, partim alba conſpicitur. at in homine cauſa cutis nulla eſt; nam ſunt albi, qui nigerrimos habent capillos, & ratio eſt, quòd homo omnium animantium pro magnitudine maximè tenuem habet cutem. Polemon, & Adam. monent, in præiudicando ex pilorum colore plerumq; errorẽ contingere.

Nigri capilli.

Nigra coma timiditatem, & vafritiẽ arguit: nigros capillos habent,qui loca feruida incolunt: vt Aethiopes: ob id timidi, & vafri. Pol Adam. ſunt autem natura timidi, qui exangues, refrigeratiq; ſunt; fit igitur, vt qui loca incolant calida, refrigerentur: cum enim ſolutum, rarumq; corpus eorum ſit, calor foras influere poteſt, vt Ariſtot. Problematum libro teſtatur. Sunt enim ſapientiores, quàm qui locis frigidis habitant, eadẽ cauſa; quia ſenes ſapientiores, quàm iuuenes: nam cum loca habitent calida, ſoluti ſunt, cum frigidiores ſunt. Fit quaque in re, vt qui metuant, magis quàm qui confidunt, velint inquirere, itaque magis valent inuenire. Galenus libro ſecundo De temperamentis, inueſtigans cauſam nigredinis pilorum: inquit. Eiuſmodi gigni cum aduſto caloris vapore, excrementum in exactam fuliginẽ mutari; ſic & ſanguinem, cæteraq; aduſtione fieri nigriora. Et Auicenna primo Canonis, Capilli nigriorem caliditati acceptum refert,ex aduſtis enim humoribus nigricans conſurgit vapor,eadem in pilis exprimẽs qualitatem. Contra hos inuehitur Ariſtot. libro De coloribus, dicens: Canes & capræ ab ortu

nigræ

nigræ ſunt, tunc cum alimentum non habeant aduſtum,& procedente ætate, quo ſicciora ſunt, minus nigra fiunt, quòd fieri non oportet, & cum deberent eſſe nigriora, calido magis adurente, propterea canities in principio ætatis eſſe deberet,in qua modicus calor. Et idem tertio De hiſtoria animalium: Sanguis ſenum eſt atrior & mulierum, & nihil horum fit propter aduſtionem, ſed fieri nigredo in pilis, quoties ipſorum in generatione humidum, quaſi admodum antiquatum, & tempore couſectum, propter copiam nigruerit.

Non valdè nigri capilli.

Auerroes: Obſcurus brunus oſtendit dominium choleræ nigræ, ob id huiuſmodi capillis prę ditos, colericos & melancholicos nouimus. Alber. Capilli nigri,vel aquei coloris,ſolidi & craſſi, animum indicant violentum, ſimilem ſui, vel apro, qui tales habentes capillos, violenti ſunt. Nigris capillis ſuiſſe Aiacem Thelamonium narrat Dares Phrygius, qui ſeipſum trucidauit, & maximè melancholicus eſtitit, vt diximus ex Ariſtotele.

Nigri, & recti crines.

In figura Amari, innuit eſſe eum recti crinis, & nigri. Ariſtot. in Phyſiogn. Polem. in eodem ſchemate Ariſtot. verba recitat: Recti crines, nigriq; indicant cerebi aduſtionem, & ita efficiuntur melancholici.

Recti, nigri, & craſſi crines.

In Idea Luxurioſi, Ariſtot. in Phyſiogn. tribuit ei crines rectos, nigros, & craſſos. Polemon. rectos, & craſſos dixit: temporis iniuria, uigros, & textu excidit. Referri poteſt id ſignum ad naturam ſanguineam, humori melancholico, ventoſoq; permiſtum, quæ omnia ad libidinem ſeruiunt.

Non valdè nigri, neque duri capilli.

Optimam igitur capillorum conſtitutionem Ariſtot. iu Phyſiog. in Idea ingenioſi tribuens, ait: Ei capillos neq; valdè duros, neq; nigros debere eſſe; ſed ad Alexandrum ſcribens, niger, ait, capillus innuit rectitudiuem, & amorem iuſtitiæ. Rhaſes duritiem ex ſiccitate, nigredinem ex aduſtione naſci: ob id intemperantia, quæ ingenio aduerſatur.

Capilli leuiter ſubflaui.

Capilli autem placidè ſubflaueſcentes: in diſciplinis capeſſendis promptitudinem, egregiam animorum ſubtilitatem, & artificium tradunt, Polem. & Adam. Interim textus Polemonis corrigatur: nam pro ωπικά, habet ωπιλα. Græci hunc colorem πράσινοζανθον dicunt, ne nominum varia tranſlatione græcorum, error nobis introducatur. Ariſtot. ad Alexandrum. Mediocritas inter hos duos colores, ſcilicet ruffum, & nigrum. (vt barbara ſert interpretatio) eſt faciens hominem pacem diligentem. Alber. ex Polemone. Capilli ſubnigri, vel ſubflaui tenues; bonos indicant mores, & bonam corporis compoſitionem. Menelaus flauus ab Homero deſcribitur, Euripides, quem tamen haud acrocholum intelligit, ſe mitem, ſuauemq;, ac proinde mollem bellatorem. Euripides in Oreſte, neq; animoſum, neq; bellatorem dicit. ſed Dares Phrygius ruffum fuiſſe ſcribit, intelligens per ruffum, leuiter ſubflauum. Flauo capillo fuerunt Caſtor, & Pollux, & Helena: & inter ſe ſimiles. Longo, & ſubflauo capillo fuit Polyxena, & animo ſuit ſimplici, larga & dapſilis. Briſeis etiam flauo & molli capillo fuit: animo verecunda, ſimplici, & pia. Paris capillo molli, & flauo, vnde non bellator ab Homero introducitur. Perbelle autem apud Ouidium Helena exprobat Paridi.

Quod bene te iactas, & fortia facta recenſes.
Apta magis Veneri, quàm ſunt ſua corpora Marti.
Bella gerant alij, tu Pari ſemper ama.

Auguſtus fuit capillo leuiter inflexo, & ſubflauo; fuitq; mitis, & omniũ virtutum genere vberrimus. Domitins Nero capillos ſuæ coniugis Popeæ ſuccinos appellabat, à ſuccini colore, qui in melle cognoſcitur. Subflauo fuit capillo, & barba Solimanus Selini filius, Iuſtitia celebris, prudens, & philoſophus. Subflauo etiam cappillitio, & barba eſt Philippus Auſtriacus Rex noſter,

ſter, qui prudentia, iuſtitia, animi fortitudine, & bonitate ſuperat Reges quotque fuere.

Valde flaui, ſubalbicantes crines.

Calor capillorum flauus albicans, qualis Schythis apparet, ruditatem, ſiue malignitatem, & ruſticitatem notat: ex Polemone. Adamantius verò valdè flauus albicans, qualis Scitharum & Celtum imperitiam, ruditatem, & ruſticitatem. Ariſtot. in Problematis, ſunt enim efferi, & moribus, & aſpectibus, qui in nimio, vel æſtu, vel frigore degunt. Cuius cauſa eſt, quia optima temperies non corpori ſolum; verum etiam intelligentiæ hominis prodeſt: Exceſſus autem omnes dimouent, & vt corporis ita etiam membris temperantiã peruertunt. Auicenna in ſuis Canticis ait; Capillos aureos flauos, qui ſcilicet ad albedinem accedunt, argumentum eſſe diminutæ frigiditatis, ideſt, quòd frigiditas ſit minor caliditate. Albertus. Capilli craſsi, flaui, albidi: indociles, & feros dicunt, vt eorum capillatura, qui ſub Aquilone habitant. Nero capillo fuit ſubflauo, ideſt flauo albicanti, vnde rudes illi, & ferini mores oriebuntur.

Capillus flauus.

Loquens de colore carnis, & capillorum Ariſtot. in Phyſiogn. ait; Inter colores, medius flauus eſt, & ob id ad fortitudinem conferre: vnde qui flaui; animoſi ſunt, & referuntur ad leones. Ex Medicis habetur, nigredo ex calore gignitur, albedo ex frigitate: medij colores inter hos ſunt citrinitas, & rubedo: nam æqualitatem præſeferre videntur, ideſt temperatam conſtitutionem inter adurentem calorem, & frigus. Galenus in Microtechna ait: Capillos flauos, & rubentes ſignificare bonam corporis conſtitutionem, eademque Auicenna recitat. Ariſtot. libro colorum, flauos fieri capillos, cum humor citiſſimè exiccatur, retinendo in eis aliquid humidi. Bos Trogloditicus ξανθὸς, ſiue fului eſt coloris, vt ex Oppiano habetur, & Troglodiræ apud quos eiuſmodi belua naſcitur, eam præſtantiſſimam iudicant, cui inſit leonis vis, robur tauri, & equi velocitas, Briſtones, ex Oppiano, ξανθοὶ ſunt capillo, & promptiores ſunt ad pugnam. Flauam Mineruam dicunt Poetę proprer fortitudinem, & præſtantiam ingenij, & epitheon Mineruæ eſt, flaua Minerua. Ouidius de arte amandi.

Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ.

D. Bernardi Ceſaries ex flauo colorabatur, & candido: barba ſubrufa.

Aureus capillorum color.

Medius autem inter flauos albicantes, qui mites faciunt, & flauos rubentes, qui fortes, & facundos; eſt aureus: ab vtroque declinans. Hunc ita deſcribit Apuleius. Capillus, ceu aureus, corruſcans, in mellis leuiter deprimitur vmbram, ideſt, in quibus mellis color placet, vmbroſo quaſi fulgure promiſſus. vnde bellatores, & ingenio præſignes ſunt. Hic color eſt capillorũ tuorũ Illuſtriſs. adoleſcens Alfonſe Leua, vnde animoſus, & intrepidus, mitis, & vrbanus es, ad arma, & ad diſciplinas capeſcendas idoneus: vt difficilè iudiceris in vtram partẽ declines. Per otium enim ſtudijs vacas omnium iucundiſsimus: cum verò res, aut bella gerenda, ſtudio, diligentia, & animi magnitudine cunctos ſuperas.

Flaui rubei capilli.

Capilli flaui rubei, demonſtrant complexionem minoris caliditatis, quàm ſit complexio habentis capillũ nigrum; cum rubedo ſit affinis nigredini. Huiuſmodi comam habuiſſe Achillem narrat Homerus, caloris, & iracundiæ argumentum: quam eiuſmodi ferè ſint ξανθόκομοι, ideſt, quibus dominatur flaua bilis.

Valde rufi capilli.

Ruffus capillorum color inſipientiam, iracundiam, & inſidias notat, fortaſſe hic color Typhonis fuerit, vnde aſinum Coptiræ apud Aegyptios præcipitem agunt, & homines rufos iniurijs afficiunt, in contumeliam Typhonis, quem rufi, & aſiniui coloris fuiſſe ferunt. Buſiritæ, & Lycopolitæ tubas non admittunt, vt quæ ſonum rudentis, inſtar aſini edant. In ſumma, aſinum impurum, & dęmoniacum animal eſſe credunt, propter ſimilitudinem cum Typhone, cum colore, tùm animi ſtultitia, & improbrietate. Plutarchus in libro de Iſide. In Phyſiog. verò Homines calore admodum ruffo: maligni iudicantur, argumenta vulpium. Polem. & Adam. Ruffus plus

nimio

nimio capillorum color, ſic vt ad mali punici colorem vergat, nihil omnino boni in homine indicare poteſt; maiori enim ex parte tales ad ſcrinos mores declinant. Addit Adaman. & impudentes, & lucricupidos. Ariſtot. huius modi coloris capilli πυῤῥὶ ἄγαν dicuntur. Vulpis ingenium doloſum, & inſidioſum dicunt. Aiunt Medici: Ruffi capilli celerius caneſcunt, quàm nigri. Ruffitas, hoc eſt, πυῤῥότης, quaſi imbecillitas pili eſt; imbecillum enim eſt, quòd celerius ſeneſcit, ſed ruffos fieri capillos, Ariſtot. libro De coloribus ait: cum humidum ſicceſſcit, & puerorum capita initio ruffa eſſe propter alimonij paucitatem; atq; id manifeſtum eſſe, quòd tunc capilli imbecilles, & rari ſunt. Simili modo circa pubem, & barbam, cũ primum cœperint pubeſcere, & lanuginem emittere; pili fiunt initio ruffi, propter humiditatis paucitatem, quæ in ipſis deſiccatur; vbi verò pluſculum alimenti ad locum defertur, rurſus nigreſcunt. Sic & quæcumque prolixos habent pilos, vt plurimum qua parte proximi ſunt corpori, ſunt nigriores. circa ſumma verò flauiores, vt ouium, equorum, & hominum, propterea quòd ijs pauciſſimũ alimẽtum ad hæc loca deferatur, & exareſcat celeriter. Sic & pennæ animalium, quę propè corpus ſunt, nigriores omnibus; quæ verò in ſummis partibus ſunt, flauiores: omnesq; pili à perfectione mutantur, fiuntq; ruffi, eo quòd rurſus alimentum deficiens exareſcat. Plautus in Aſinaria ſuum Leonida ruffulum facit, quaſi malignum, inſidioſum, lucricupidum.

Subruffi capilli,

In figura Iracundi. Ariſtot. in Phyſiogn. tribuit ei colorem ſubruffum, quòd idem ab eo Polem. refert in eodem ſchemate. diciturq; ἐπὶ πυῤῥος. Zoylus Martialis ruffus fuit, & malus.

Subrubri capilli.

In figura, Auari tribuunt ei colorem ſubruffum, id eſt ὑπο πυρι ὁμου. Pol. & Adam.

Albi capilli.

Auicenna, & cum eo Auerreos in Canticis. Albus capillus frigidæ complexionis hominem innuit, ob id timidos indicat. Ariſt. libro De coloribus: Albos pilos naſci dixit, cum humor, quẽ nanciſcuntur à primordijs generationis, retinens colorem naturalem, paucus eum ſit, exaruit, & vndequaq; à concoctione deſiccatus fuerit, & dixit calorẽ naturalẽ, quod ſi eo priuaretur cum humido ſimul, liuidus, & nigricans euaderet: vt ex libro Problematum octauo habetur, dixit enim, naturalem, ad differentiam illius, qui naſcitur ex affectu: vt docuit quinto De generatione animalium: vt in vitiligine, & ſenectute. Præterea alibi pili fiunt in locis, quæ vlceribus, tuberculis, & attritu ligni ſellæ obnoxia fuere, cauſamq; eſſe, quòd humidum, quod ad pili generationem conferebat, eo loco excoquitur, hoc eſt, à nimio calore exhauritur, & diutino attractu locus fit ſiccior, & excoquitur humidum. Quod exacta concoctio ſit cauſa albedinis, indicio eſt cinis, qui à calore conſumptus fit albus, & tempora prius caneſcunt in homine ob paucam humiditatem; quæ celeriter putreſcit, & concoquitur; ſic infirma, & laborantia loca, ob imbecillitatem caloris, & humiditatis. Ex huiuſmodi imbecillitate pueri, vt primo naſcuntur, ſtatim capita alba habent, & ſupercilia vt ſenes. Et animalia vt plimum alba, infirmiora ſunt nigris: ante enim, quàm perficiatur ipſorum agumentum, propter alimenti paucitatem excocta fiunt alba. Sed nonnulli ſunt, qui in iuuentute caneſcunt, vel ab ortu, quos quidem non niſi moribus ſenibus ſimiles iudicarem. Socrates candente fuit coma, vt in Sidonio Apollinari ad Feſtum legitur. Et Strabo Tarquinium refert à pueritia caneſcẽtem fuiſſe; in quo tam egregiè floruit ſapientia, vt ab ineunte pueritia canum fuiſſe referant. Virgilius Aeneidos ſexto.

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines, incanaq; menta,
Regis Romani, primus, qui legibus Vrbem
Fundabit.

Hoc loco de Principe Numa intelligendum eſt, quem Seruius à prima ætate canum fuiſſe dixit.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI

DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA,

LIBER QVINTVS.

PROOEMIVM.

IAM ad nouiſſimam operis partem deuentum eſt, vbi, quæ ſuperioribus tribus libris de ſingulis humani Corporis partibus ſcripſimus, omnia in vnum ſigna, quę hominem demonſtrant diuerſis virtutibus, vitijsq; præditum, colligemus, vt liceat cuique iniuſtum, luxurioſum, magnanimum, vel ingenioſum contemplari. Sed priuſquam ad virtutes, & vitia deueniamus, de quibus Phyſiogn. diſputat, quibus animæ partibus inhæreant, vt clarius quæ ſcribimus intelligatur, ęquum eſt recenſere. Sed Platonem de animæ virtutibus diſputantem audiamus, ab Ariſtot. libro De virtutibus adductum. Anima conſideratur ſecundum ſe tota, vel eius partem. Totius autem animæ iuſtitia, liberalitas, & animi magnitudo virtus eſt; vitium verò iniuſtitia, illiberalitas, & animi prauitas. Partes ſunt tres; Rationalis quidem virtus, eſt prudentia; animoſæ autem clementia, ac fortitudo; cupidæ verò temperantia, & continentia. Vitium verò rationalis quidem imprudentia: animoſæ autē iracundia, & ignorantia; Cupidæ autem intemperantia, & incontinentia. Ariſtot. autem libro Moralium Nicomachiorum animæ alteram partem rationis participem dicit; alteram partem expertem, irrationalis autem vegetanti perſimilis, altrix facultas eſt, & quia humanæ virtutis expers eſt, hæc pars omittenda. Sed altera irrationalis pars, rationis quodammodo capax eſt, & in concupiſcibilem, & iraſcibilem partitur. Rationalis animæ pars virtutes habet intellectiuas, ſapientiam, prudentiam, & perſpicaciam. Sed concupiſcibiles, & iraſcibiles partes in magnis Moralibus ſubdiuidit, & vnaquæque virtutes, & vitia poſſidet. In iraſcibili parte, magnificentia, fortitudo, manſuetudo, & magnanimitas. In concupiſcili verò ſex ſunt virtutes: temperantia, liberalitas, honoris deſiderium, affabilitas, & vrbanitas. Sed de vnaquaq; ſpeciatim dicamus.

DE IVSTI, ET INIVSTI FIGVRA. CAP. I.

QVAE eſt intellectus omnium prima, & maxima virtus, & quę omnes complectitur, & de omnibus determinat, iuſtitia eſt, ab ea igitur inchoandum. Iuſtus igitur legitimus eſt, qui & iuſta petit, & iuſta agit, & virtus iuſtitia eſt perfecta, nō abſolutè, ſed ad alteram, ob id virtutum præſtantiſſima videretur, & vt prouerbio dicitur, Iuſtitia, virtutes in ſe complectitur omnes. Multi enim ſunt, qui in priuatis rebus virtute vti poſſunt, ſed in cæteris, quæ ad aliū ſpectant, nō poſſunt; ob id iuſtitia alienum bonum videtur, agitq; ea, quæ alteri conducunt, aut Principi, aut Reipublicæ; & ea non pars virtutis, ſed integra virtus eſt. Contra verò iniuſti ſunt, & illegitimi, qui iniuſta volunt, & iniuſta agunt. Ob id iniuſtitia omnium vitiorum peſſimum eſt. Antiqui Phyſiognomones neque iuſti, neque iniuſti figuram appoſuerunt. Nos ex ſignis, quorum ipſi ſparſim meminerint, eas formabimus. Chyſippus libro De honeſto, & voluptate, deſcribit iuſtitiæ imaginē à Pictoribus, Rhetoribusq; antiquioribus ita depingi ſolitam. Os, oculos, & vultum [illegible] coloribus, forma, atq; [illegible] virginali, aſpectu vehementi, & formidabili, luminibus, oculorum actibus, neque humilis, neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Sed quia hanc delineationem quidam diſciplinarum Philoſophi ſęuitiæ imaginem, non iuſtitiæ dixerint: huius imaginis ſignificationem adiungimus. Iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos, nocenteſq;, inmiſericordem, atq; inexorabilem, erectumq;, & arduum, & potentē vi, & maieſtate æquitatis, veritatiſq; terrificum. Dicitur virgo; iudicio eam eſſe incorruptam,

improbis

improbis nunquam concedere, non ſermones blandos,non purgationem, non deprecationem, non denique quicquam aliud pati. Vultu graui, aſpectu contento, & torno:vt iniuſtis terrorem incuriat, Iuſtis fiduciam præbeat. Ego iuſtos ad leonem reſerem. Scribunt enim Authores leonem dolis carere, & iuſtum eſſe in vlciſcendo iniurias,tantundem ferè lędit, quantum læſus ipſe eſt. Hiſtoriam eſt: Equitantes inuenerunt tres leones, in quorum vnum quidã ex eis ſagittam immiſurus, aberrauit, ſagitta propè caput ipſius traiecta; quòd animaduertens leo, ſuſtitit, cæteri duo prætericrunt; qui prius ſagittam emiſerat, lancea confodere conatus eſt, ſed iterum vano ictu percuſſit terram, & ſimul de equo ad terram dealapſus. Leo accurrens, militis caput in galea percuſſit, compreſſit; læſitq́;, ſed non vulnerauit: mox alios leones ſecutus eſt. Scribit Auicenna ſi quis telum leoni immiſerit, vt nil lædat, aut pãrum leonem irruere in illum ſolere, & minari, non tamen interficere.

Iuſti. Ad Leones.

Corpore commenſurati. Color capillorum obſcurus. Vox grauis, concaua, & inflexibilis, vel media inter grauem, & acutam. Oculi magni, ſublimes, prominentes,fulgidi, & humidi, cũ æqualibus pupillarum orbibus, vel inferior orbis, qui pupillam amplectitur, anguſtus, & niger; ſuperior verò igneus in humidis oculis, & nil ipſis appareat alienum, vel ad riſum hilares, & humidi. Palpebrę remiſſæ. Frons longa,ad tẽpora vtrinq; porrecta. Vel ego exiſtimarem, homines æqualem habentes complexionem eſſe iuſtos, quam deſcripſimus primo libro, cum de exceſſibus temperamentorum loqueremur.

Iniuſti.

Oculi cuius inferior pupillæ orbis viridis ambitus, ſuperior, niger. Vel glauci ſicciores. Vel ſtantes, ſubruffi, ingentes, & infra ſpectantes, vel infra ſpectantes turbidi. Vel vibrantes. Vel ſeſe claudentes, caſtigatæ magnitudinis, ſplendentes cum læui fronte, & ſicci. Vel ridibundi, & quæ extra oculos ſunt, vt frons, genæ ſupercilia, & labra moueantur, vel ridibundi, aperti,& minaci aſpectu fixi.

DE PROBI VIRI FIGVRA. CAP. II.

COmitantur autem iuſtitiam probitas morum, fidei, & vitiorum odium. Nos probi viri, ſiue bonorum morum, & naturæ ſigna ſparſim colligemus,& in vnã coaptabimus figuram, quæ præcipuè ex mediocritate accepta ſunt.

Probi viri. Ad ſignorum mediocritatem.

Naſus magnus,ad faciem bene diſertus,vel longus ad os protenſus, vel mediocriter longus, latus, & apertus. Facie pulcher. Spiritus temperatus. Pectus latum,& humeri magni. Mamillæ mediocres. Oculi caui & magni, vt aqua in vaſe ſe mouentes, defixo obtutu hærentes: circuli oculorum mediocres. Oculi ſemper aperti, obſcuri, humidi, & eorum aſpectus mitis. Vel triſtes, & ſupercilia comprimentes. Et frons auſtera, & demiſſa.

Bene morati.

Frons media inter tranquillam, & nebuloſam. Aures decenter magnæ,& quadratæ. Facies mediocris. Vox media inter intensã,& remiſſam, vel gracilis. Riſus paucus. Vngues lati,albi, ſubflaui. Oculi concaui, intenti, cerulei, magni, ſtantes,& ſplendentes, vel lucidi, ſplendidi, vt aqua humidi. Pedes bene formati, articulati, & neruoſi.

DE IMPROBI VIRI FIGVRA. CAP. III.

NVNC improborum virorum, vel malorum morum figuras adducemus, etiam ab antiquis prætermiſſas; concomitantur has furis, deceptoris, inſidioſi, verſipellis, & alienis malis gaudentis.

Improbi.

Facie eſt deformi. Aures longæ, & anguſtæ. Os paruum exterius protenſum. Dentes canini longi, exerti, & firmi. Loquela velox, & præcipuè ſi gracilis vox fuerit, vel quæ è naribus effertur, vel difficilis. Collum incuruum. Gibboſus. Sedigitus. Tibiæ valdè graciles. Pedes gibboſi, infra concaui. Oculi poſiti in longitudine vultus, vel circa pupillam conuerſi, coniunctim ſe mouentes, ſplendentes, vt marmor aridi, vel ſplendentes nigri, vibrantes tanquam ſalientes, non conniuentes, pallidi, ſubrubri, ſicci.

Male morati.

Aures valdè paruæ. Metafrenum valdè curuum. Humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Oculorum anguli longi.

Inſidioſi. Ad vulpes, lupos, & ſerpentes.

Adamantius vulpis ingenium doloſum, & inſidioſum eſſe inquit. Ariſtot. Mulieris ingenium inſidioſum, vt pardalis. Cicero De natura Deorum, vulpe culæ, ait, fraus eſt, vulpinum ingenium ſemper aliquid molitur mali, & complures apologi ex vulpis calliditate Aeſopi, & aliorũ nomine leguntur. Capilli nigri, & criſpi, colore valdè ruffi, vel calui. Facies macilenta. Genæ rotundæ. Tempora caua. Carnis color niger. Os paruum, exterius protenſum. Labia exilia in ore paruo. Mentum valdè diſciſſum. Collum breue. Oculi ſplendentes, concaui, parui, vel ſeſe claudentes, & rurſus aperientes, vel conniuentes, ſicci, vel ridibundi, caui, vel ridibundi, paruuli, & ſicci. Supercilia inclinata deorſum, intuenres quaſi latenter.

Doloſi. Ad vulpes, Aethiopas, & mulieres.

Oculi ſtantes, cęſij, obſcuri, vel vibrantes parui, vel ridentes & hilares, vel prominentes, quibus in circuli ſpeciem tumor circumducitur, aut veluti caſtrorum foſſa circumdederit, vel concaui, & exigui, vel concaui intenti ſubterfluentes, vel cærulei, vel valdè nigri, vel oſcuri luminis, vel parui, vel oſcuri, & caliginoſi, vel varij ciruli circa pupillam æquidiſtanter currunt. Calculi ſlaui, vel in quibus orbis inferior viridis ſuperior,

Fallacis. Ad apparentiam.

Supercilia piloſa, & coniuncta. Loquentes manus, & capud mouent. Facies parua, crocea, Oculi valdè concaui; oculi poſiti in longitudine vultus, vel qui cito clauduntur, & reſerantur.

Furis, rapacis. Ad lupos, aquilas, accipitres, coruos, & aues rapaces.

Lupa pro meretrice ponitur, propter auaritiam, & rapacitatem. A lupo facta græca meretricum nomina, Lyce, Lycoris, & Lycenis. Romulum, & Remum non á lupa, ſed á meretrice nutritos dicit Plutarchus in Romuli vita. Sunr qui dicant nutricis ambiguitate fabulæ nomen dediſſe; nam & feras, & meretrices communi vocabulo lupas vocamus. Coruus rapax eſt, & natura procliuis ad furtum; nam cicur ſemper pecuniam, & omnia quæ ferre poteſt ſub lapidibus, & oraminibus abdit. Danthes Alaghrierius vernaculus Poeta pro auaritiam, & rapacitatem lupam depinxit.

Et vna Lupa, che di tutta brama
Sembraua carca nella ſua macrezza.

Et paulò poſt.

Et hà

Et hà natura sì maluagia, e ria,
Che mai non empie la bramoſa voglia,
Che dopò il paſto hà più fame, che pria.

Aures valdè paruæ. Supercilia coniuncta, & piloſa. Naſus valdè paruus. Manus valdè paruæ, vel graciles, & anguſtæ: & cum digitis longis pleniores. Vnges curui. Oculorum inferior orbis viridis; ſuperior verò niger: oculi mobiles, & acuti viſus, vel magni, & commoti micantes. iracundi ſimiles, & palpebris apertis patuli, quales in lupis, & apris apparent.

Maligni. Ad Simias, vulpes, ichneumones, & ſerpentes.

Capilli rari: Supercilia piloſa, & coniuncta: Genæ graciles: Bucca riſibilis: Loquela è naribus efflata: Collum vacuum, imbecille: Coſtæ exiles, & vacuæ: Gibboſus: Nares graciles, & carnoſæ, veluti deſiccatę. Pedes oblongi, breui, & celeri paſſu ambulantes. Et cum oculis perturbatis, corporis inconſtantia, & anhelatione. Oculorũ anguli carnoſi. Pupillæ paruæ. Oculi poſiti in longitudine vultus, mobiles, & acuti viſus, valdè concaui, vel obſcuri, parui, vel conniuentes, ſicci, ſplendentes, nigri, vel ſeſe claudentes, ſicci, iuſtæ magnitudinis, teſplendentes, cum læui fronte, vel non conniuentes, & grauiter intuentes, vel ridentes, hilares.

Verſipelles. Ad Vulpes, ſimias, & mulieres.

Frons aſpera, cum tuberculis, & foſsiculis. Palpebrarum pili curui. Facies parua. Genæ graciles. Color valdè ruffus. Loquela modeſta, vel acuta, & ſqualida. Collum breue, vel inane, & imbecille. Pectus piloſum. Venter durus. Manus valdè paruæ. Pedes parui, & graciles: pars interior pedis non concaua, ſed pinguiuſcula, vt ſolum toto attingat veſtigio. Digiti contracti. Vngues valdè breues, pallidi, nigri, imbricati. Corpus incommenſuratum. Oculi cæſij cũ paruis pupillis, valdè nigri. Danthes dolum vel fraudem ita depingit. Iuſti hominis habet faciem, corpus reliquum ſerpentium varijs diſtinctum maculis, & coloribus, eius caudam terminari in ſcorpionis aculeum. Sunt enim fraudulenti eloquio mites, habitu modeſti, inceſſu graues, moribus inſignes, pietate ſpectabiles: operibus verò miſerabili ſub gelu iniquitatis. Qui verſipelles ſunt. Gerionem vocant, qui apud Baleares Inſulas degebat mitti vultu, blandiſq; verbis hoſpites ſuſcipiebat, demum ſub hac benignitate occidebat.

Scelerati.

Os cauum: Loquela ſubflauida: Oculi obſcuri, fœdi.

Iniqui.

Manus craſſæ: Oculi prominentes ſicci, vel ridentes, aperti, ſicci.

In alienis malis gaudentes.

Loquela è naribus efflata. Vlnæ quæ ad genua non perueniunt, ſed cogunt occurrere manibus. Oculi ſtantes, cæſij, obſcuri.

Venenorum propinatores.

Oculi prominentes ſicci. Inæquales pupillarum orbes circa pupillum cõcurrentes. Cærulei, ſanguinei, vel pallidi in oculis nigris.

Veneno pleni.

Labia exilia interiora, ad caninos dentes tumentia.

Homicidæ.

Supercilia piloſa, & coniuncta. Inæquales orbes circa pupillam currentes. Oculi prominentes, ſicci: vel ſurſum euntes, pallidi.

DE INFIDELIS, ET FIDELIS VIRI FIGVRA. CAP. IIII.

CONCOMITATVR Iuſtitiam fides, vt diximus, vnde fidelis, & infidelis ſigna colligemus.

Fidelis.

Oculi mediocres, declinantes ad cęruleum colorem, vel nigrum: Vel oculi ad cæruleum colorem declinantes, magni, ſtantes, & ſplendentes: Vel triſtes, & ſupercilia compreſſa, frons auſtera, & demiſſa.

Infidelis.

Capud valdè paruum, cum inconcinna figura, & dorſi imbecillitate: Frons aſpera, monticolis, & foſſiculis plena: Humeri ſurſum eleuati: Manus anguſtæ, & graciles: Oculi caui, exigui, ſicci, vel obſcuri, & aridi: vel obſcuri, & ſqualentes: Vel ſe mouentes, ſicut turbati: Vel obſcuri, aridiq́; vel mobiles, & acuti viſus.

DE PRVDENTIS, ET IMPRVDENTIS VIRI FIGVRA. CAP. V.

EX intellectualibus quoque virtutibus prudentia eſt. Et prudentis viri propriū videtur conſulere de ijs, quæ ſibi bona ſunt, & vtilia, & de ijs quę ſunt ad beneuiuendum in vniuerſum. Vnde & prudens, qui conſultatorius. Pericles prudens exiſtimatus fuit; quia & quæ ſibi, & quæ alijs bominibus bona erant, contemplabatur. Prudentiam igitur actionum habitum dicimus, circa ea, quæ humana bona ſunt. Cum autem duæ ſint animæ rationalis partes, prudentia virtus eſt operatiuæ; nam circa id quòd aliter ſe habere poteſt, opinio, & prudentia verſatur.

Prudentes. Ad mediocritatem.

Corpore parui: Caput paulò maius paruo; in ſinciput, & occiput protenſum, quale Pericli fuiſſe fertur; Capilli in pueritia cani. Frons quadrata iuſtę magnitudinis. Facies mediocris, pinguiuſcula. Lingua ſubtilis. Vox media inter grauem & acutam. Labiam oris ſuperiora prominentia. Collum ad dextram inclinatum. Claues mediocriter ſolutæ. Meraphrenum medium inter curuum, & connexum. Pectus latum cum latitudine humerorum. Ventrix medietas cum pectoris anguſtia. Manus longæ cum digitis longis, immotæ in loquutione. Oculi magni, ſublimes, fulgentes, humidi ob tutus, vel lucidi, vel calculi ſubalbidiores, pallidi, igneis admixti, & ſanguinei in nigris oculis, vel extra rotæ circumferentiam nigredo igni ad mixta, vt à lōgè nigros repræſentet, vel circulus anguſtus, & niger; alter verò ſupra igneus in humidis oculis, & ſi nihil in ipſis appareat alienum, vel circuli iridis coloris in humidis oculis, vel ſe claudentes, & aperienres humidi: vel ſe claudentes recti, humidi, iuſtæ magnitudinis, ſplendenres, cum leui fronte, vel ad riſum hilares, & humidi, & palpebræ remiſſæ, frons longa ad tempora vſque producta, vel triſtes humidi, vel triſtes ſi comprimant ſupercilia, & frons demiſſa ſimul, & auſtera.

Imprudentes. Ad aſinos, apparentiam, & indecentiam.

Eius contrarium imprudens eſt. Imprudentiæ autem eſt iudicare peruerſe de rebus, & perperam deliberare, nequire vti præſentibus bonis, & falſam adduci opinionem de ijs, quæ ad vitā & bona honeſta ſunt. Frons conuexa alta. Anhelitus, quemadmodū ijs, qui poſt curſum. Manum digiti præmutili, craſſiq́ne. Velociter incedens, & ſi deprehendatur formidet, & totam effigiem deorſum trahat, & contrahat ſe ipſum. Suſpenſo corpore, & vultu ſublimi incedenres. Corpore magni, vel corpore parui, & ſiccis carnibus, & colore candidum innuenre. Oculi prominentes parui, & igniti, vel tenebroſi, rubri, ſanguinei, vel ſtantes ſubrubri, ingentes infra ſpectantes, vel ſtantes, & ſupercilia eleuantes, & ſuſpirantes, vel ſe claudentes, & aperientes.

Inſipientes. Ad aſinos.

Facies carnoſa. Labra craſſa. Loquela difficilis. Collum erectum. Metaphrenum erectum. Corpore inclinati ad ſiniſtram.

DE INGENIOSI VIRI FIGVRA. CAP. VI.

INGENIOSI viri figuram Ariſtot. in ſuis Phyſiogn. appoſuit, vocaturq́; ab eo græcè εὐφυής. ſic etiam Polem. & Adam. Sed diſſimulare nequeo Platonis ſententiã in libro De ſcientia; Inquit enim: Arduum eſt hominem comperiſſe ingenioſum, qui ſimul manſuetudinis, & modeſtiæ exors non ſit. Si quidem qui acumine illuſtres, callidi, ac memoria inſignes, & docilitate, nunquã non iracundi ſunt, & contentionis auidi, nec raptantur ſecus, ac nauigia, retinaculorum prorſus expertia. Hos item furore potius, quàm fortitudine præſtare dixeris. Sed qui ad grauitatem nati, ſi ſe ad ingenij cultum dent, hebetiores apparent, mox deſidioſi, obliuioſiq́;. Thracas tradunt ingenio eſſe obleſo, & propèmodum nulla memoria, vt ne quaternarium numerando queant tranſcendere, in ijs tamen robur, & ad belli munia promptitudinem ſingularem non deſiderari.

Ingenioſi. Ad mediocritatem, & eſt Ariſt. Ad Alexandrum.

Carnes habent molles, humidas, mediocres inter aſperitatem, & læuitatem. Nec nimis longus, nec nimis breuis. Albus, declinans ad rubedinem. Aſpectus mitis. Capilli plani, mediocres. Magnorum oculorum, declinantium ad rotunditatem. Mediocris, & menſurati capitis, cum magnitudine colli. Aequalis, & bene diſpoſitus. Cuius humeri parum declinant. Carens carnoſitate in cruribus, & genibus. Claræ vocis cum temperantia in ſubtilitate, & groſſitie. Longarum palmarum, longorum digitorum, declinantium ad ſubtilitatem. Modici riſus, & fletus, & deriſionis. Cuius aſpectus eſt quaſi commixtus lętitiæ, & iucunditatis.

Ingenioſi. Et eſt Ariſt. Polem. & Adaman. in Phyſiognomonicis.

Caro humidior & mollior, neque macra, neque valdè pinguis. Quæ circa humeros, & collũ, & quæ circa faciem graciliora. Adaman. Facies nec admodum corpulenta, nec quidem attenuata. Quæ circa humeros colligata, & quæ deorſum ſunt, demiſſa, & bene ſoluta. Circa coſtas, & dorſum non carnoſa. Corporis color candiruber, purus. ſed Pole. & Adam. candidus, ſubruffus, flauus. Cutis ſubtilis. Pili neque valdè duri, neq; nigri. ſed Polem. & Adam. Capilli neque valdè criſpi, neque recti. Oculi charopi, humidi. Pol. addit, & ſplendentes. Moderatæ magnitudinis. Totumq́; corpus erectum. Rhaſes: Statura erecta. Carnis quoq; tenet æqualitatem. Et eſt albus, paruam habens rubedinem ammaxatam. Capilli inter multos & paucos, inter planos & criſpos, medij inter nigros & rubeos. Manus planæ, digitos habentes diuiſos. Frons magna. Oculi inter varios & nigros medij: mollis ſunt & intuitus, ridenti & gaudenti ſimilis. Conciliator. Caro læuis & mollis, inter craſſitiem, & macredinem. Facies non carnoſa. Spatulæ aliquantulum eleuatæ. Venter, & dorſum non carnoſum. Extrema decenter extenſa. Statura media. Aſpectus mitis. Color inter album & rubrum, inter lucidum & clarum. Cutis ſubtilis. Capilli medij. Addimus nos: Capilli medij inter molles & duros. Facies mediocris pinguiuſcula, vel media inter carnoſam & macram. Color candiruber in læui corpore. Dentes mixti, lati, ſtricti, rari, & ſtricti. Lingua ſubtilis. Vox media inter intenſam, & remiſſam. Coſtę macilentæ. Manus graciles & molles. Manum & pedum articuli generoſi. Digiti molles, longi, & inuicem diſtantes. Fœmora mediocriter carnoſa. Oculi obſcuri, humidi. Iuſtę magnitudinis. Dorſum macilentum. Mea figura hæc eſt, (abſit iactantia, & inanis gloriæ fucus) Frons in longum porrecta: capilli neque duri, neq; nigri, neq; recti, neq; criſpi. Aures exculptæ. Facies macilenta, mediocris. Supercilia magna, rara, & commenſurata. Oculi charapi, ſublimes, & magni, ſplendentes. Collum, & humeri graciles, & bene ſoluti. Crura, & latera non carnoſa. Venter mediocris. Caro colorata. Statura commenſurata, & recta. Tali præualidi, manuum, & pedum. Articuli fortes, & benè ſoluti. Digiti molles, longi, & inuicem diſtantes. Vox media inter remiſſam, & intenſam.

Senſitiui.

Caput paulò maius mediocri, in ſinciput protenſum. Frons longa. Aures decenter magnę, & quadratæ. Corpore magni, ſiccis carnibus, & colore ſiccam temperaturam innuente. Vel mediocri corpore, carne, & colore. Claues mediocriter ſolutę.

Me-

Mechanici.

Manus longæ, cum digitis longis. Oculi ſe claudentes, & aperientes, humidi. Capilli color leniter ſubflaueſcens.

Cogitabundi.

Frons caperata, vel in medium ſui eleuata. Spiritus facilis, & ſine ſtrepitu progrediens. Collum incuruum. Inceſſus tardus.

Dociles.

Capilli planè ſubflaueſcentes. Frons in longum porrecta. Supercilia rara, commenſurata, & magna. Aures exculptæ. Facies macilenta. Riſus parcus. Collum inclinatum ad dexterã. Humeri magni, & pectus latum. Vel pectus anguſtum, & venter mediocris. Manus in loquendo immobiles. Digiti retro conuerſi. Oculi mediocres, declinantes ad cæruleum colorem, vel nigrum, vel cærulei ſplendẽtes, magni, ſtabiles. Vel obſcuri, humidi, iuſtæ magnitudinis. Vel ſtantes, parui, humidi. Frons exporrecta, & palpebræ mobiles, vel ſe mouentes, & quaſi ſtantes, & tincturam albiginis in oculo habentes. Vel ſe claudentes, recti, humidi, iuſtæ magnitudinis, ſplendentes cum læui fronte. Vel triſtes humidi.

Conſtantes.

Riſus parcus. Cilia nigra, ſolida. Oculi obſcuri, humidi, iuſtæ magnitudinis.

DE HEBETIS VIRI FIGVRA. CAP. VII.

NVNC ingenioſo contrariam figuram apponemus: eam ex Ariſtot. Polem. & Adaman. deſumemus. & ſunt ſigna ferè oppoſitæ naturæ. Eum inſenſitiuum vocant, quaſi ſine ſenſu.

Hebetes.

Quæ circa collum, & brachia carnoſa, complexa, & colligiata. Sed Polemon. & Adaman. Clauiculæ colligatæ, vel magna vaſa circa collum complexa, & immanifeſta. κοτύλη rotunda. Vel capitis occiput cauum, vel, vt ego ſuſpicor, κονι, ideſt occiput rotundum. nam vt diximus in capitis figura, cum eminentia occipitis perit, & rotunda eſt, mali ſenſati, & hebetis ingenij virũ præſefert. Interpres pro acetabulo aſſumit. Sed quid coxarum acetabula cum intelligentia faciant, ignoro; præſertim cum tale quidpiam apud Polemonem, & Adamantiũ non reperiam. Omoplatæ ſurſum contractæ. Frons magna, carnoſa, rotunda. Oculus pallidus, κωφον. ſtupidus (ſiue languidus, vt caprarum oculi, quæ ſtupidæ ſunt, quod linguæ græcæ imperitia Sueſſanus ſatis peruerſe ſurdum oculum transfert, quaſi oculis audiamus.) Crura circa talos craſſa, carnoſa, & rotunda. Maxillæ magnæ, & carnoſæ. Lumbus carnoſus. ſed Pole. & Adam. Metaphrenum dicunt. Crura longa. Sed ego in Ariſtoteli contextu mendum ſuſpicor, & non μακρὰ, ſed μικρὰ, ideſt breuia, legendum: nam cũ vlnæ longæ, quæ cũ cruribus eandem ſubeunt rationem, naturæ bonitatem innuant, breuiora crura, imperfectionem, & ruditatem. Polem. & Adam. paruos articulos, breue collum, & imperfecta extrema tribuunt ei. Collum pingue. Polem. & Adam. addunt, & breue. Facies carnoſa, & ſatis magna. Motus figura, & morem, qui in facie apparet, ſecũdum ſimilitudinem accipit, ſcilicet inſenſitiui, & ſtupidi, & huſcemodi textus, vt diximus, mendoſus eſt. Polem. & Adaman. Aſpectus hebes, & inhians. ſed Polem. ζυμφρὶ σκερὸς. Adaman. verò ἀκαρὲς, & melius. Addunt ijdem. Corporis color valdè albus. Sed Polemon non valdè albus, ſed valdè niger, & melius, quod puto ex illius excidiſſe textu, cum valdè albus, & valdè niger color naturæ imperfectionem oſtentet, quæ obeſt ingenio. Venter porrectus. Articuli puſilli, & colligati. Extrema colligata. Sed corrigatur Polem. textus qui πιλεία habet. Adam. verò ἁπλᾶ. Opponuntur enim ſigna. Ingenioſo erant digiti ſoluti, & inuicem diſtantes. huic colligati, complexiq;. Rhaſes ex his. Valdè albus, vel valdè brunus. Venter magnus. Digiti curui. Facies valdè rotunda. In maxillis carnis multitudo. In collo, pedibus, & in eo, quod eſt inter ea multa exiſtit carnoſitas. Venter etiam cum rotunditate

ditate foris prominet. Eius ſpatulæ ſurſum ſunt elatæ. Frons in rotunditate pilæ ſimilitudinẽ, ac ſi eſſet gibboſa, tenet, multas habent carnes. Mandibulæ magnæ. Crura longa. Longa facies. Et groſſum collum. Cerciliator. Caput magnum, informe, aut paruum. Facies magna, carnoſa, rotunda; mediæ ſpheræ ſimilis. Mandibulæ magnæ. Frons ſimiliter, aut in acutum tendens, conſtrictaq;. Circa collum carnoſa, compreſſa. Lumbi carnoſi. Crura longa. Genua rotunda. Digiti manuum, & pedum breues, & inarticulati. Circa pedes carnis multitudo. Spatularum muſculi cum carnoſitate ſurſum expanſi. Venter cum rotunditate forinſecus eminens. Lumbi carnoſi. Crura longa. In oculis motus habens tardiores. Et color valdè albus, vel fuſcus valdè. Auicenna verò, vt qui boni ingenij, bonæ temperaturæ intellexiſſet, ſic malæ temperaturæ hominem rudem dicit, atq; hoc modo deſignat. Magnum habet ventrem. Digitos curtos. Faciem, & caput rotundum. Staturam magnam, aut paruam. In facie, & fronte carnis multitudinem, & etiam in collo, & pedibus. Et eſt eius facies mediæ ſpheræ ſimilis. Ipſius mandibulæ magnæ. Similiter frons, & caput rotũdum. Facies valdè longa. Collum vehementer groſſum. In oculis motus habens tarditatem, & erit omnibus limitibus bonitati remotior.

Inſenſati. Ad Aſinos.

Caput valdè paruum. Sinciput cauum, vel ſinciput, & occiput. Frons rotunda, alta. Naſi imum à ſummo craſſum. Facies carnoſa longa. Genæ carnoſæ. Mamillæ magnæ, & carnoſæ. Spacium, quòd eſt ab vmbilico vſq; ad imum pectoris longius, quàm ab imo pectore ad iugulum. Vlnæ carnoſæ. Vngues curui, anguſti. Oculi tandem ſe monentes.

Rudes. Ad Sues, & Vrſos.

Caput, quod magnitudine exuperet. Capillorum color flauus, albicans. Frons carnoſa, vel anguſta. Aures rotundæ, nõ exculptæ. Labia craſſa, & rotunda, vel inferius labrum prominẽs. Collum craſſum, & pingue: vel durum, & firmũ, & immobile. Ceruix craſſa. Humeri eleuati. Coſtæ carnoſæ. Pectus valdè carnoſum. Manus magnæ, & duræ. Venter dura carne compactus. Digiti plus nimio longi, exileſq;. Tibiæ, & calcanea craſſa; vngues carnoſi.

Indociles Ad Aſinos.

Caput, quum magnitudine exuperet, vel valdè paruum. Facies magna. Collum molle.

Inſipientes.

Nares obſtructæ. Oculi ſe claudentes, & aperientes, pallidi, & trementes, vel quum ſe claudunt, & ſurſum abeunt; ipſiq́, ſtantes, & ſubfluidi fuerint, vel non conniuentes, vel in ſe ipſos circumuoluentes, vel obſcuri ſe circumcirca mouentes.

Stulti. Ad Aues, & Simias.

Frons lata, & magna. Aures magnæ, & arrectæ. Color flammens. Genæ contractæ in triſti vultu. Superius labrum craſſius, inferiori propendes. Lingua velox. Riſus multus. Vox cũ clangore acuta. Collum ſurſum erectum, vel inclinatum ante, vel in aliam partem, vel neruis intenſum. Manus valdè breues. Humeri piloſi. Oculi retorti ad dextram, latæ oculorum pupillæ.

Dementes.

Os exertum. Pupillæ oculi cum totius ſubſtãtiæ latitudine, prominentes. Vel oculi ſurſum prominentes, & præſertim ſi ſupercilia grauoſa fuerint. Vel concaui cum mollitie quadam fluidi.

Epileptci.

Vibrantes oculi tanquam exilientes, grandiuſculi, ſplendidi, & humidius contuentes, vel ſurſum euntes, & præſertim ſi trementes fuerint, vel ſi alter oculorum ſurſum, alter deorſum ibit, & tremor ipſi init, & halitum aſperum, & denſum referat.

Mobiles.

Mobiles, Ad Aues.

Frons parua, & lata Naſus valdè paruus, vel longus, & ſubtilis, vel imum gracile. Os planũ. Aluus, & pectus nimium piloſum. Oculi obſcuri parui.

DE MEMORIS, ET OBLIVIOSI VIRI FIGVRA, CAP. VIII.

MANAT autem à prudentia memoria ipſa, vel eius aſſecla eſt, vel prudentię adminicula, & ex virtutibus intellectiuis eſt, Ariſt. lib. De memoria, ait, Ad bene memorandũ requiritur cerebri ſiccitas, ad facilè diſcẽdum humiditas. Vnde vt plurimum ingenio tardi, memoria valent, dociles reminiſcentia. Memoris viri Ariſt. in ſuis Phyſiog. huiuſcemodi figuram appoſuit.

Memoris.

Superiora minora. Hæc enim diſpoſitio paruitatem arguit vaporum, propter cerebri ſiccitatem. Pulchra, ideſt, bene formata, diſpoſitaq́. Carnoſa, non pinguia, ſed carne bene veſtita, nam pinguia hebetem, & obliuioſum arguunt. Addimus nos: Aures magnas.

Obliuioſi. A contrarijs ſignis.

Superiora maiora. In libro De reminiſcentia ait, Superiora maiora habentes, vt nani, non ſunt memoratiui; propterea quòd grauitatem multam habent in ſenſitiuo. Et quia à principio motus non poſſunt immanere, ſed diſſoluuntur, neque in reminiſcendo rectè procedunt.

DE AVDACIS VIRI FIGVRA, CAP. IX.

DIXIMVS de virtutibus, & vitijs, quæ Intellectui inerant, nunc quæ in ea animi parte, quæ iraſcibilis dicitur, ſita ſunt dicemus, quarũ prima fortitudo eſt. Hæc inter duo extrema verſatur, ſcilicet, fiduciam, & timiditatem. Audax eſt, qui confidendo in terribilibus rebus excellit, qui & arrogans, & fortitudinis affectator videtur, vt inſanus quidam, aut inſolens, qui neque terræ motus, neq; inundationis timeat, quod Celtæ facere dicuntur. Timent enim res non ſicuti oportet, & minus quàm fortes, nam præcipites ſunt, voluntq; ante ipſa pericula periclitari, in ipſis verò conſtituti, abſiſtunt. Hanc figuram Phyſiognomones non appoſuerunt. Nos ex eorum ſcriptis conformabimus.

Audaces, Ad Tauros.

Vultus auſterus, Frons nebuloſa. Supercilia oblonga, Naſus longus, Ad os protenſus. Os magnum. Dentes largi, rari, acuti, & fortes. Collum mutilum. Vlnæ prolixæ, & quæ extenſæ vſque ad genua perueniant. Pectus latum. Humeri magni. Oculi ſplendentes, cæſij, ſanguinei, ſe mouentes cum palpebris immotis, aperti, ſicci, ſplendentes, & puro lumine relucentes, vel vibrantes turbidi.

Temerarij.

Os magnum & exertum. Digiti breues & craſſi. Oculi ſplendentes, toruè aſpicientes, ſe claudentes cum fronte aperta, ſupercilijs obliquis, & palpebris duris, & concretis. Vel ſe claudentes, humidi, iuſtæ magnitudinis, ſplendentes cum læui fronte, ſicci.

Superbi.

Supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuantur. Venter carnoſus, magnus, & propendens. Greſſu tardo ambulantes, ſpontè morantes in vijs, & circumcirca ſpectantes, oculi obſcuri, aridi,

DE

DE TIMIDI VIRI FIGVRA. CAP. X.

NVNC de altero fortitudinis extremo dicemus, in quo defectus eſt timiditas. Timidi ſunt, qui non terribilia, quaſi terribilia timent, vel timent ea, quę non apparent, vel non ſicut oportet, tamen ij timendo excedunt, & in doloribus excedentes, magis eſt manifeſtius. Id Ariſt. ait Nicomachicorũ libris. Alibi etiam. Ignauia eſt metu quouis facile percelli, mortis maximè, & noxarum corporis, arbitrantes pręſtabilius eſſe quomodocunq; ſeruari, quàm pulchrè mortem obire. Frigiditas, & humiditas in complexione timiditatem inducunt, vel etiam intemperata ſiccitas. Fęminæ viris frigidiores ſunt, & ob id, timidiores, & imbecilliores. Galenus putat frigiditatem in cauſa eſſe; quæ fęminas viris imbecilliores, & molliores reddat, vnde quo præſtantior eſt frigore caliditas, eo eſt vir fęmina perfectior: & ob id timidiores, quia frigus timorem gignit, & frigidioris naturæ homines timidi, & effæminati ſunt. Scribit Lactantius Firmianus, ſi humanum ſemen dextrum in coitu ſiniſtræ vteris parti mulieris ceciderit, vir quidem naſciturum, ſed effęminatum, cùm pars ea mulierum generationi deſtinata ſit, & ob id fæmineo corpore, carne alba, molli, glabra, voce exili, & clara, facie imberbi, ac ſine animo pectore, vt tandem ſemiuir dici poſſit. Plato fœminas ex viris fieri dixit, quãdo frigidioris naturæ ſunt. Ad id facit etiam illa commigratio animarum Phytagoreorum, cum eadem viri anima, dum timidum ſortitur corpus, fæminam efficit, & ſic reliqua animalia. Solet etiam timiditas euenire ex ſanguinis paucitate, vt in Chamęleonte. Timida animalia ſunt ceruus, lepus, cuniculus, muſtela, hyena, mus, quibus Ariſt. cor magnum tribuit, vt cunctis metu maleficis, & quæ magno corde prædita ſunt, frigida ſunt. Hanc figuram Ariſt. Pol & Adam. appoſuerunt. Poetæ ex hoc Cycnum Neptuni filium finxere ab Achille interemptum, idq; ob cutis candorem, nam hi, qui humidi ſunt complexione, quæ à Neptuno, humiditatis parte procedit, valdè ſunt candidi, vt pluma molles cute, vt Cycni.

Eandem, quam primo libro hic denuo figuram fœmineam [illegible] huius capitis fronte oculis ſubijcere, vt exactius eas partes viſu a[illegible], ut queas.



Mollipi-

Timidi. Ad mulieres, ceruos, lepores, cuniculos, coturnices, & ad complexionem frigidam.

Mollipilus. Corpore inclinatus, non erectus. Suræ ſurſum ductæ. Hic non reticendus eſt inſignis error Coclitis, qui ex græcarum, atq; etiam latinarum literarum iguoratione, qnas Ariſt. γαστροκνημία, quaſi cruris acutum dicat, ideſt ſuras; ipſe ventrem dicat, quę ſub vmbilico ſurſum tracta, eaq; verba exponens, & huiuſmodi partes ſub vmbilico pecten, dicit ſurſum nullum non in fortibus pecten, dicit, ſuperius verſus ventrẽ latum, & ſurſum contractum: ita à contrario timidi verſus ventrem contractum, inferius latum, quid ſibi dicat ignorant. Color in facie ſubpallidus. Oculi imbecilles, qui palpebrizant. Corporis imbecillia extrema, & crura gracilia, & manus ſubtiles, & longæ. Lumbus paruus, & imbecillis. Polem. & Adam. Oblongus. Figura contenta in moribus non inuerecundus, ſed languidus, & ſtupefactibilis, ſed Pol. Adam. Tota corporis facies, ac ſtatura diſſolutus. Color qui in facie apparet, varius, & mos ſubtriſtis. Ijdem addunt: Collum longum. Reſpiratio debilis, vel tumultuoſa. Pectus debile. Vox acuta, & mollis. Addimus nos: Occiput cauum. Vel caput, in qno vtraq; eminentia perit. Capilli recti, vel criſpi, molles & plani. Colore vel nigri, vel albi. Frons magna. Facies carnoſa, vel oſſoſa. Colore nigro, vel albo, vel ſubliuido, vel mellino. Labra exilia in ore paruo. Spiritus rarus, tardus, paruus, & corpus, & pectus macrum, & glabrum. Vel ſpiritus altus, denſus, agilis. Vel pectus carnoſum. Vox remiſſa, vel tremula. Loquela breuis, vel acuta, & debilis, vel è naribus efflata. Metaphrenum imbecille, inarticulatum, & macilentum Collum gracile, & longum, vel aſperum, & pingue. Pectus carnoſum, & glabrum. Vel gracile, & imbecille. Lumbi acuti. Humeri inarticulati, & imbecilles. Vlnæ & brachia breuia, quæ extenſa ad genua non perueniant, ſed cogant caput occurrere manibus. Coxendium oſſa gracilia. Fœmora inarticulata, & mollia. Tibiæ inarticulatæ, & molles, & valdè graciles. Digiti conſepti. Oculi diſcolorati. Vel cæſij albitantes, vel valdè nigri, vel fului ſplendentes, vel nigri ſplendentes. Conniuentes, in quibus circuli candidi, & imbecilles. Vel ſtantes, humidi. Vel apertis oculis dormientes. Vel ſurſum euntes, pallidi, vel obſcuri, humidi, iuſtę magnitudinis. Timidos canes Xenophõ ita deſcribit: Corpore paruo, naſo aquilino, paruo reſtro. Oculis luſcioſis. Deformis, dura, ſtrigoſa, glabra infirma, longa, corporis partes non benè reſpondentes, mollipedes, non ſagaces. Rhaſes. Capilli eius flaui. Statura curua. Muſculi cruris anteriores ſurſum aſcendunt. Color citrinus. Oculi debiles, & frequenter palpebrizantes. Manus quoque & pedes ſubtiles, & macri. Intuitus verò eius intuitui triſtis ſimilis eſt. Conciliator ab his ſatis ineptè. Statura inclinata, non recta. Color faciei ſubcroceus, vt liuidus. Oculi imbecilles, frequenter palpitantes. quæ ſub vmbilico ſurſum retracta. Corporis debilia extrema. Crura parua. Manus longæ, & ſubtiles. Lumbi parui, vacillantes. Nates magnæ. Crura & pedes parui, inarticulati. Et intuitus ſtupefactibilis, & triſtis. Et capilli plani, & ſubalbidi.

DE CINAEDI FIGVRA. CAP. XI.

IN Moralium Nicomachicorũ libris Ariſt. vbi de continenti, & incontinenti tractat, & de toleranti, ait mollem toleranti opponi. Tolerans in reſiſtendo conſiſtit, qui enim deficit in ijs, aduerſus quæ plerunq; renituntur, is mollis eſt, & delicatus. Delitię enim mollities quædam ſunt. Qui ſcilicet pallium trahit, ne ſi ipſum tollat, dolorem ſibi laborando creet, & dum ægrotantem imitatur, miſerum eſſe non exiſtimat, cum miſero ſimilis ſit. Ex genere quoque mollities eſt, vt apud Perſarum Reges. Ariſtoteli Polem. & Adamantius. Cinædi iconem appoſuerunt, & talem Dionyſium Sophiſtam fuiſſe ſcribit Ariſtot. Quamplurimi Cinædi olim fuere Sardanapalus, Anacyndaraxis filius, Sagaris Mariandynus, Chalcedonius, Socrates, Annarus, Ninus, vt videre eſt apud Athæneum.

Cinædi. Ad Mulieres.

Oculi confracti. ſed Polem. & Adaman. humidi, & impudenter aſpicientes. γονυκρότοι, alij genu flexibilem interpretantur. Ego verò genu rumorem faciens incedendo. ſed Polemon. γονάτων κρότος. Inclinatio capitis ad dextram. Idem, Collum inclinatum. Motus manuum languidi, & diſſoluti. Sed hic Polem. textus ſatis corruptus, & facilè ex Adaman. corrigendus. Ambulationes duplices, hęc quidem circuminclinantis; alia verò tenentis lumbos. Ijdem. Lum-

bus, & membra omnia trementia. Sed omnes textus corrigendi: quia mendoſi ſunt. Oculorum circumſpectiones, ideſt, oculos vertens, & circumducens, vt Poleme.& Adaman. ſcribunt; adduntq́.: Frontem contrahir, & genas. Supercilia ſuo loco manent. Vox exilis, infracta, acuta, & inæqualis, & valdè tremula. Pedum παράκωμα. Polem. ſed Adam. παραφορά, & melius, ideſt pedum diſtractio, quaſi conuerſis cruribus, & pedibus ambulantes. Colla eorum non ſatis firma; ſed ſubtremiſcunt, vt ſi ſtabilitas, coacta eſſet. Labiorum contractio; nam lepores labia perpetuò mouent. Vocis clangor. Addimus nos: Mentum longum. Genas contrahentes in hilari vultu. Exilia labia ad inciſorios dentes tumentia. Corpore inclinati ad dextram. Ambulantes pedibus, & cruribus conuerſis. Comatuli cincinnatuli. Altè reſpirant, & ipſis deriſus, & agilis è naribus effertur. Qui alteram palpebram iuxtà medium viſum ſtantem, & qui palpebras ſupra oculos reducētes molliter intuentur. Qui palpebras non habent rectas, nec ſupercilia immota, ſed trementia, & ſimul oculi, & aſpectus ſubmouentes. Oculi mobiles, luſcioſi.

Cinædi ſigna ex P. Affricano.

P. Affricanus, Pauli filius P. Gallo homini delicato inter pleraq; alia, hæc quoq; probo dedit, quod tunicis vteretur, totas manus operientes, qui barba vulſa, fœminibusq́; ſubulſis ambulet, qui in cōuiuijs adoleſcentibus cum amatore, cum chriodota tunica inferior accubuerit, qui non modò vinoſus, ſed viroſus quoque ſit.

Cinædi ſigna ex Archeſilao Philoſopho.

Plutarchus refert Archeſilaum Philoſophum vehemēti verbo vſum eſſe, de quodam nimis delicato diuite, qui incorruptus, & caſtus dicebatur, nam cum vocem eius infractam capillumq́; arte compoſitum, & oculos ludibundos, atq; illecebræ, voluptatiſq; plenos videret. Nihil intereſt, inquit, quibus membris cinædi ſitis, prioribus, an poſterioribus.

Molles. Ad Mulieres.

Nates præpingues. Genua carnoſa. Supercilia recta extenſa. Collum ante inclinatum. Humeri inarticulati, imbecilles. Metaphrenum imbecille, macilentum, inarticulatum. Dorſum anguſtum, imbecille. Coſtæ malè ſolutæ. Venter macilentus. Tali carnoſi, inarticulati. Pedes parui, graciles, inarticulati.

Effœminati. Ad mulieres.

Frons dimiſſa. Naſus ad faciem malè diſcretus. Os paruum. Mentum rotundum, & glabrū. Clunes malè ſolutæ. Lumbi carnoſi, molles. Ambulantes pedibus, & cruribus conuerſis. Vel corpore ſe mouentes, humeris, & ſingulis membris. Genua intus innuentia, vel collidentia ſeſe. Oculi ex facie multum extantes, valdè parui, & igniti, vel parui, & varij.

Imbecilles. Ad mulieres.

Supercilia rara, extenſa, vel quæ ſuo loco manent. Lingua balbi, vel blæſi. Collum gracile. Vlnæ, brachia, & cubiti exiles. Manus paruæ, graciles, & inarticulatæ. Mamillæ paruæ, & extenuatæ. Oculi ſe mouentes cum palpebris mobilibus, vel eius circuli candidi, & imbecilles.

DE FORTIS VIRI FIGVRA CAP. XII.

DIXIMVS de audacia, & de timore, nunc de fortitudine, quę eſt mediocritas quædam, quæ circa timorem, & fiduciam verſatur. Fortis eſt, qui non timet mortem oppetere in bello, in maximo & pulcherrimo periculo, & circa præclaram mortem impauidus exiſtit. Primi excedebant, & deficiebant, hic mediocriter ſe gerit, ante periculū quieti ſunt, & in ipſo celeres & acres. Vel fortitudo eſt, inconcuſſum à mortis metibus, & conſtantem in malis, & intrepidum ad pericula eſſe, & velle honeſti mori, & victoriæ cauſam præſtare, quàm turpiter ſeruari. Accedit fortitudini animi præſtantia, & confidentia, induſtria, & tolerantia. Ariſtot cæteriſq; Phyſiognomones hanc figuram appoſuerunt, ſed de forti ſecūdum animam, & de robuſto ſimul loquuri ſunt. Sic etiam ſiniſtræ partis hominis ſemen in dextram mulieris partem vteri dilabitur, naſcitur & mulier, ſed quia eo loco nata eſt, vbi vir naſciturus erat, virilis erit mulier, robuſta membra, viſus fuſcedinem, vocem grauem, & intrepidum animum habebit. Hæ ſunt mulieres, quæ nec ſupponi, nec dominari à viris poſſunt, ſed in dominatu primas ſibi vſurpant partes.

Herculis

Herculis ſiguram attulimus, quæ Romæ in Aedibus Illuſtriſs. Principis Farneſij viſitur, vt leuiori negotio partium ſimilitudinem, de quibus loquimur aſsequaris.



Fortes,

48

Fortes, Animoſi. Ad viros, leonem, taurum, & robuſtos canes.

Duri pilus. Sed interim Adam. textus corrigatur: nam vbi Polemon κνῆμαι πλιερά, ipſe κνημαῖα habet. Figura corporis erecta. (id enim euenit ex caloris abundantia: nam Ariſtot. 9 De animalibus, rationem aſſignans, quare ſolus inter animalia homo rectus incedat, ait: Quia cæteris calidior; calor enim agit ſurſum incremētum per rectam lineam, ſicut motus ignis: in ipſo genere hominum, qui erectiores incedunt, calidiores ſunt. Et idem in ætatibus perſpicere licet; nam iuuenes calidi, erecti incedunt, ſenes frigidi incurui.) Oſſa & coſtæ, & extrema corporis fortia, & magna. Pole. & Adaman. Latera & vniuerſos corporis articulos, & extremitates robuſtas habeat, & oſſa magna. Venter amplus, ad ſe contractus. Pectus carnoſum, & amplum. Iidem. Pectus & metaphrenum robuſtum, oculus charopus, non valdè exparſus, nec omnino clauſus. Color corporis ſqualidus, & acutus, & illud ὀξὺς non ad frontem, vt legit perperam Sueſſanus, ſed ad corporis colorē referri debet, quia acuta frons non reperitur, ſed ſqualida. Ob id iidem: Color magis acutus. In eundem errorem inpegit Cocles, qui frontem acutam ponit non incuruatam, quòd intelligitur per tranſuerſum: quia per longum debet eſſe aliquantiſper caua, & ſic anguli frontis eleuantur, & fiunt aliquantulum obſcuri, qualis leonum frons. Monſtruoſa interpretatio. Frons recta, non magna, neque læuis, neq; aſpera, macra. Vbi textus corruptus; nam ν in υ mutatum eſt, δι λεῖον, non ἰσχνὸν legendum. Humeri ampli diſtantes, non valdè colligati, nec omnino diſſoluti. Sed Polem. & Adaman. Humeri robuſti, & ſpatulæ, & latera in latitudinem diſtenta. Sed vbi Polemon εὐρύνεται, Adaman. πλατεῖα habet. Collum firmum, non valdè carnoſum. Nates contractæ. Sed iidem: Nates duræ. Suræ deorſum ductæ. Crura carnoſa, circa talos robuſta. Pedes articulati. Acies humida. Adamant. addit: & terribilis. Inſuper iidem hæc habent in eiuſmodi figura. Supercilia non extenſa. Vox minax, intenta & magna. Spiritus reciprocatio conſtans. Nos quę ex eiſdem, alijsq; diſperſim collegimus, & experientia cognouimus, adducimus. Caput paulò maius mediocri, vt leo. Occiput protenſum, cum valida ceruice. Vel caput vtrinq; protenſum cum mediocri magnitudine. Capilli colore flaui. Aures decenter magnæ, & quadratæ. Frons quadrata, iuſtæ magnitudinis, neque lęuis, neque aſpera, recta, macra, mediocris. Naſus ad frontem bene diſcretus. Nares patulę. Labia exilia in ore magno, vt ſuperiora inferioribus ſuperponantur, & iuxtà angulos laxa. Vox grauis, & intenſa, vel grauis, & ſonora. Spiritus ſpiſſus, velox, & fortis, vel ſpiritus coſtans. Collum medium inter longum & craſſum, vel craſſum. Vlnæ prolixæ, quæ extenſæ ad genua perueniant, vel vlnæ. Brachia, & cubiti robuſti, & bene articulati. Humeri robuſti Metaphrenum magnum, carnoſum, articulatum. Coſtæ benè ſolutæ. Teſtes magni. Coxendicum oſſa exterius apparentia. Nates oſſeæ, neq; lenes, neq; rugoſæ. Dorſum magnū, robuſtū. Pectus piloſum. Manus magnæ, articulatę, & neruoſæ. Vel magnæ & duræ. Fœmora neruoſa, oſſea. Tibiæ articulatæ, neruoſæ, & robuſtæ. Pedes benè firmati, magni, articulati, neruoſi. Tali neruoſi, articulati. Corpus commenſuratum. Oculi, quorum ſupercilia arcuata, quæ frequenter eleuantur. Vel ſplendentes, tardè aſpicientes. Vel ſplendentes, quibus funiculus imminet, & ſupercilia aſpera, & palpebræ erectæ. Vel cæſij viridantes. Vel colore flaui. Vel circuli, iridis colorem referentes in oculis humidis, vel mobiles rubei. Oppianus robuſtos canes, & acerrima audacia præditos ita deſcribit. Vaſto corpore, roſtro ſimo, horribili ſupra oculos inter ſupercilia pelle, oculis igneis, rauo colore ſplendentibus, pelle tota hirſuta, robuſto corpore, dorſo lato, oſſa quoque fortia, & extrema, atq; coſtæ necnon iuncturæ fortitudinem habentes, & magnæ; pectus præterea magnum, & venter magnus, & ſpatulæ magnæ. Collum quoq; forte & groſſum, in quo caruis non ſit multitudo, thorax latus, & coxtæ abſconditæ, atque lacertus, qui in pulpis cruris ab anteriori inuenitur, inferius deſcendit, cutis etiam eius & carnis ſiccitatis ſint additioris, frons quoque eius venas habens, rugis carens, nec ſine pilis. Sunt etiā audaciæ ſigna carnium æqualitas, & ſtaturæ erectio, ac iuncturarum, & digitorum fortitudo, & ventris gracilitas, & quod eius nates paruæ, vel omnino videntur deletæ, & quod inter latas ſpatulas magnum diſtinguat ſpacium, & quod ſupercilia ſint erecta, & frons non eſt rugoſa, ipſe quoque iracundus, & itam conſeruans, pectore & ſpatulis piloſus.

Fortis viri figura à Vegecio deſcripta.

Ita enim tironem Martio operi deputandum Vegetius eligit. Vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus, brachijs, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus nō ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorū duritia collectis.

Hiſpa-

Hiſpanus quidam Petrus nomine, Neap. venit 1555, & domi meæ ſuæ fortitudinis tale ſpecimẽ dedit. Homo maximè corpulentus, ſuo dextro humero inſidebat, alter læuo, dextro brachio vnũ, altero alterum ſuſtinebat; ſupra binos pedes alios binos ferebat, aderant etiam alij, qui hos amplexatos tenebant, ac ipſe poſt incedebat, ac ſi vacuus eſſet. Dein paſſis in terra manibus ſupra eas duos homines aſcendere iubebat; erigens ſe poſtea, eos vſque ad caput eleuabat. Poſtea dextram & ſiniſtram manum fune alligauimus, & hincinde decem viri, pedibus terra fixis, binis manibus funem in diuerſas partes trahebant, ipſe tractis ad ſe manibus, pectori in crucis modum admouit tam vehementer, vt mulcti in terram prociderint. Fronte clauum percutiens muro medium infixit, & ſi ictu frontem vulnerauerit. Extẽdens brachium manũ claudebat, nec poterant multi ſimul nec manum aperire, nec brachiũ plicare. Dicebat, cũ in ſolitudine quadã à binis latronibus inuaderetur, ipſe iniectis ceruicibus manibus, vnius caput tam alteri percuſſit, vt longè vtriuſq; cerebrum diſſiliret. Rogatus à me, vt corpus nudũ demonſtraret, vt illud contemplari poſſem, libenter paruit. Corpus erat quadratum, ſtatura erecta, caput decenter magnum in inciput prominens, valida ceruice ſuffultum, capilli duri, & flaui; frons quadrata nõ magna, oculi charopi, caſtigatæ magnitudinis & aperturæ, os magnum, vox intenſa & ſonora, vt etiam optimè caneret. Naſus rotundus, & ad faciem diſcretus. anhelitus ſpiſſus, fortis, & conſtans, collum rectum, firmum, & neruoſum. Humeri, ſpatulæ, & brachia robuſta & teretia, carne ita dura, & compacta, vt cum brachium extenderet, & manum comprimeret; adeò muſculos & neruos intendebat, vt mordicus carnem apprendere non valerem, & ſi valido viſu. Pedes & manus magnas, robuſtas, articulatas, crura lacertoſa, ſuræ contractæ, pectus amplum, latũ, aluus cõtractus, modicè gibbi, coxendium oſſa eleuata, magna, aſpectus iucundus, acies atrox & minax.

Animoſi. Ad Leonem.

Capilli medij inter rectos & criſpos, deſcendentes à fronte, iuxta naſum, colore flaui. Supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuantur. Mentum acutum. Collum craſſum. Dorſum magnum, & robuſtum. Pectus magnum articulatum. Manus magnæ articulatæ, & neruoſæ. Incedens humeros commouet ad ſingulos paſſus. Oculi colore flaui, vel fului, vel ſplendẽtes torue aſpicientes, vel circuli, coloris viridis, in humidis oculis, vel mobiles rubei.

Viriles. Ad viros.

Supercilia non rectè extenſa, ſed tortuoſa. Spatulæ latæ magnæ, & diſtantes. Coxodicis oſſa exterius apparentia. Mentum quadratum. Claues mediocriter ſolutæ. Denſa barba. Et mulier barbata virilis.

Bellicoſi.

Os magnum. Vox canora.

DE INFLATI VIRI FIGVRA. CAP. XIII.

EAM ad alteram virtutem accedamus .ſ. magnanimitatem, ſed & ea quoq; , vt cætera, inter duo vitia verſantur. ſ. inflatos, & puſillanimos. Inflatus eſt is, qui cum ſit indignus, dignũ ſe magis putat, & in exceſſu peccat, tamen malus non eſt, ſed peccans. Inflatus ſe ipſum ignorat, atq; palàm quaſi ſit dignus honorabiles res aggreditur, atq; deinde redarguitur, veſtitu enim & habitu, atque huiuſcemodi rebus ornatur, proſpetasq; fortunas ſuas eſſe manifeſtas volunt, de ſe ipſis prædicant, quaſi ob eas honores ſint conſequuturi. Minus oppoſitum eſt magnanimitati, quam puſillanimitati. Nos hic inflati, ſiue glorioſi ſigna congeſſimus. Adamantius ſuperbiam, & gloriæ ſtudium equino ingenio attribuit. Lactantius in equis gloriæ cupiditas expreſſa deprehenditur, victores exultant, Victi dolent. Hinc Virgilius.

Inſultare ſolo, & greſſus glomorare ſuperbos.

Ouidius in Halieuticis.

Hic generoſus honor, & gloria maior equorum,
Hic ſeptem ſpatij circo meruere coronam;
Attollat caput, & vulgi ſe venditet auræ.
Quam tumidus, quantoq; venit ſpectabilis actu:
Vngula ſub ſpolijs grauiter redeuntis opimis,
Cum capiunt armis palmam, gaudentq; triumpho.

Accipite

Accipite hic glorioſam galli, & pauoni, imaginem.



Glorioſi. Ad equos, pauones, & gallos.

Supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuantur. Metaphrenum erectum. Tardè gradiens, & ſponte morans in vijs, & circumcirca aſpiciens. Incendens alta ceruice erectus in humeris ſe ſubmouens. Oculi mouentes, turbati. Vel vibrantes tanquam ſalientes, grandes, lucidi, ſplendidi. Digiti longi, graciles.

DE PVSILLANIMI VIRI FIGVRA CAP. XIIII.

ALTER qui defectu exuperat, puſillanimus eſt, is tamen eſt, qui minoribus dignus quàm ſit, ſe eſſe arbitratur, ſiue magnis, ſiue mediocribus, ſiue etiam paruis dignus ſit, modò minoribus dignum ſe eſſe cenſeat, tamen non maledicus, ſed peccans videtur, nam cum bonis dignus ſit, ſeipſum ijs priuat, quibus eſt dignus, & videtur peccare, quod bonis ſeipſum dignum nõ exiſtimet, & ſeipſum ignorat. Magnanimitati magis oppoſita eſt, quàm inflatio. Alibi verò idem Ariſt. ait: Puſillanimitas eſt, neque honorem, neq; ignominiam, neq; infelicitatem, & infortunium ferre poſſe, ſed honoratum tumeſcere, & leui ſucceſſu ſubſultare, ignominiam autem, nec minimam ferre poſſe. Hanc figuram Ariſt. appoſuit, ac talem fuiſſe Leucadium Corynthium narrat, ſed Polem. & Adaman. non puſillanimi, ſed lucricupido tribuunt, ſed notæ ferè vtriq; conueniunt.

Puſillanimi figura Ariſt. quàm Polem. & Adaman. lucricupido tribuunt.
Ad Feles, & Simias.

Facies parua, paruorũ membrorũ, paruorum articulorum, & oculorũ, corpus macrũ. Addimus nos: Frons circularis. Loquela contenta, vehemens. Pectus gracile, & imbecille. Coſtæ exiles & vacuæ. Velociter incedens, & ſi deprehendatur, formidet, & totam effigiem deorſum trahat, & contrahat ſeipſum. Oculi magni cum palpebris mobiles.

Que-

Queruli. Ad Aues.

Comitantur puſillanimitatem querimonia, & diffidentia. Nos queruli ſigna apponemus. Vox in principio grauis, in fine acuta. Guttur aſperum, & vertebra prominens.

DE MAGNANIMI VIRI FIGVRA. CAP. XV.

DE Magnanimitate dicémus, media inter duo extrema. Eſt ſanè magnanimus, qui cum magnis dignus ſit, magnis quóque ſe dignum exiſtimat. In magnitudine conſiſtit, etſi magni eſt dignus, optimus quoq; ſit neceſſe eſt. Si enim non eſt bonus, ridiculus eſt. Verſatur circa honores, poteſtates, & diuitias, & in omni tàm proſpera, quã aduerſa fortuna moderatè ſe gerit, vt ne in proſperis lætitia geſtiat neq; ab aduerſis triſtitia obruatur. Beneficijs alium afficiat, & ipſe affici erubeſcat, à nemine quidquam petat, promptè, alijs miniſtrat, Odium & amorem præfefert. Ariſtot. magnanimi ſigna cum fortis confundit, quippè leoni, & aquilæ comparat, quæ ſigna fortitudinis, & magnanimitatis habent, & cum ſequuti Pol. & Adaman. eadem protulerunt. Nos eorundem ſigna decerpentes, figuram hanc concinnabimus.

Magnanimi. Ad Leones, & Aquilas.

Caput paulò maius comměſurato. Vel moderatæ magnitudinis, & rectitudinis, & modicè cõpreſſum. Capilli à fronte deſcendentes iuxta naſum, leuiter ſubflaueſcentes. Frons quadrata, iuſtæ magnitudinis. Naſus à fronte aduncus, bene diſcretus, vel rotundus, & in imo obtuſus. Labia tenuia in ore magno, vt partes inferiores inferioribus ſuper iniectæ, eademq; laxa iuxtà labiorum angulos. Vox grauis, concaua, & inflexibilis. Vel grauis, & loquutio ſtabilis. Inceſſus tardus. Collum medium inter longum, & craſſum. Metaphrenum latum. Incedens humeris curuis, & ad ſingulos paſſus commotis, vel longo greſſu ambulans. Oculi colore flaui, neq; prominentes, neq; concaui, nigri, in quibus calculi non inſunt, ſed extra circuli circumferentiam habent nigredinem, ignis admixtam. Vel calculos ſubalbidiores, non valdè igneos, vt à longè nigros repræſentẽt, vel in humidis oculis circulorum alter anguſtus & niger, alter ſupra igneus, nihilq; in ipſis appareat alienum.

DE AVARI VIRI FIGVRA CAP. XVI.

LIBERALITAS inter duo vitia media eſt, .ſ. prodigalitas, & auaritia, verũ quia de prodigis pauca, vel nulla extant ſigna, quia cum liberalibus conueniũt ferè, igitur de eis dicere volumus. Nunc autem de auaris. Illiberales, vel auari ſunt, qui magis, quàm decet pecunijs ſtudent, in dando deficiũt, in recipiendo excedunt. Prodigo peior eſt, quia nec vlli, nec ſibi ipſi vtilis eſt. Auaritię ſpecies tres ſunt, turpis quęſtus, tenacitas, & illiberalitas; turpis queſtus eſt per quem diteſcimus, vt lucrum, quàm pudorem plurifacimus. Tenacitas per quam ſumptui, & impenſæ in re honeſta parcimus. Illiberalitas, per quam expendimus minutatim malè, & plus iacturæ faciẽtes, nullo habito temporis delectu. Ariſt. huius figuram ſpreuit. ſed Polem. & Adaman. quam ille puſillanimo aſcripſit, lucricupido tribuerunt.

Lucricupidi Polem. & Adam. figura, quam Ariſt. puſillanimo adſcripſerat.

Membris, & oculis paruis. Facie parua. Veloci inceſſu. Dorſo recuruo. Acutæ vocis, & acuti clangoris, Colore parum rubore perfuſo. Addimus nos: Metaphrenum valdè curuum. Humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Vox debilis, & flebilis. Breui, & celeri greſſu ambulantes.

Quæſtuſiores.

Oculi ſtantes parui, vel ſtantes parui, qui frontem, & ſupercilia contrahant. Vel oculi parui varij.

Illiberales.

Humeri malè ſoluti. Celeri greſſu ambulantes, & ſi deprehendantur formidant, & ſuam effigiem deorſum trahant, & contrahant ſe ipſos. Digiti contracti. Oculi valdè parui. Vel parui, & varij. Vel albicantes cæſij, cum paruis pupillis.

Parci.

Collum incuruum ante. Metaphrenum valdè curuum, & humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Oculi obſcuri humidi, iuſtæ magnitudinis.

Tenaces.

Incuruata ſupercilia deorſum, & intuentur quaſi latenter.

DE LIBERALIS VIRI FIGVRA. CAP. XVII.

LIBERALIS verſatur in datione, & acceptione, ſed magis in datione laudem meretur. Sed dare quibus oportet, & non accipere vndè non oportet. Liberalitas eſt ad honeſtos ſumptus, & præſto eſſe in auxiliũ in aduerſa fortuna. Comitantur liberalitatem morum facilitas, comitas, humanitas, miſericordia, in amicos beneuolentia, eſſe hoſpitales, & honeſti ſtudioſum. Ariſt. Pol. & Ad. eius figuram non appoſuerunt; quia ſigna manifeſtarunt inforti, ex leone deſumpta. Nos eam concinnabimus.

Liberales. Ad Leonem.

Capilli à regione naſi à fronte deſcendentes. Ceruix hirſuta. Humeri bene ſoluti. Manuum digiti retro conuerſi. Vlnæ prolixæ, quæ extenſæ ad genua vſque procedant.

Generoſi. Ad Leonem.

Dorſum magnum, & robuſtum. Pedes bene formati, magni articulati, neruoſi. Vox concaua, & inflexibilis.

DE IRACVNDI VIRI FIGVRA CAP. XVIII.

MANSVETVDO inter iram, & ſtoliditatem verſatur. Dicimus primo de Iracundo. Iracundus in exceſſu verſatur, et is eſt, qui celeriter ſuccenditur, tum in quos non oporteat, tum pro quibus nõ oportet, & amplius, quã oporteat, & citius, & diutius quàm oporteat. Sunt enim & ſumme excandeſcentes, & bilioſi, & acerbi, & qui continent iram, & difficiliter conciliantur. Eius ſpecies ſunt tres, Excandeſcentia, Sæuitia, & Vecordia. Eſt autem iracundi non poſſe ferre contemptiones, eſſe plagoſum, & vindictæ cupidum. Inquiunt Medici, quod in his fulua bilis prædominari videtur, quæ cũ acuta, & ſubtilis ſit, obinſitã caliditatem facile ſuccenditur, ſurrigiturque, vndè inoritur vltionis votum. Quibus verò ſumma eſt bilis, ad omnia ſubito exardeſcunt. Sunt & iracundi, qui non explentur, niſi viſo inimici ſanguine, quos vocamus acerbos, hos melancholicos tradunt, quod bilis in eis vigeat atra, quæ cum frigida, & ſicca ſit in craſſiore materia, quæ haud facilè diſſoluatur, diutius perſeuerat. Ideo tres ſunt iracundiæ ſpecies: quia cum ira ſit efferueſcentia ſanguinis circa cor, ſanguinis ſpecies ſunt tres, ſubtilis, craſſus, & medius. Arrianus Philoſophus illorum iram cauendã eſſe (inquit) qui paulatim eam concipiunt, lentiuſque exardeſcunt magis, quàm illorum, qui celeriter: nam his breuior, illis diuturnior: ob id Homerus in Iliade.

Nam

Nam melior Princeps iratus forte minori eſt.
Quos ſi diſſimulat ſubitum tunc mente furorem,
Tempore poſt illum pœna grauiore rependet.

Dantes Alagherius Poeta vernaculus, pro ſuperbia,et ira Leonem repræſentat.

Ma non ſi, che paura non mi deſſe
La viſta, che m'apparue d'vn Leone.

Hanc figuram Ariſt.& Polem.confinxerunt.

Iracundi. Ad Leones,Tauros,Canes,Vrſos, & Apros.

Aper Animoſus, iracnndus, ſuribundnſque eſt,ſanguis enim ius fibris refectior eſt; Ariſt. ſubitam iram ei tribuit. Adam. ſemper ferus, & ferox. Corpore erectus. Bene coſtatus. Animoſus. Sed Polem.non εὔθυμος vt Ariſt.ſed εὔρυθμος habet,ideſto,ptima corporis commenſuratione. Subruffus. Scapulæ diſtantes magnę, & latæ. Extrema magna, & robuſta. Sed in Polem.deeſt. Latus circa pectus, & inguina. Boni menti. Sed quia in dubijs verti poterat, ſi de carne mentis, vel de pilis loqueretur, vt etiam alibi, rectè ſubdit Polem. Denſæ barbæ. Floridus capillorum circuitus deorſum deſcendens. Addit alia Polem.quæ ex Ariſt. ſparſim collegerat. Humeri lati. Facris rotunda. Supercilia connerſa. Nares concauæ. Et nos alia ſigna addemus, quæ ex eiſdem excerpſimus. Frons circularis, vel caperata, ad medium ſui declinans. Supercilia tertuoſe extenſa. Tempora tumentia, venoſa. Naſi imnm acutum. Color carnis mellinus. Dentes recti, acuti. Vox grauis, magna, & perplexa. Vel acuta, & intenſa, vel à graui incipiens,finiens in acutum. Collum craſſum, & plenum. Vel craſſum, & longum, vel craſſum & pingue,ſanguineis venis refertum. Pectus flammei coloris. Ambidexter. Lingua velox. Guttur aſperum, & eius vertebra prominens. Digitos iactant interloquendum. Oculi ſanguinei. Vel circnli varij coloris: in oculis aſperis, vel ſtantes, ſupercilia eleuantes, & ſuſpirantes, vel ſubruffi ingentes,infra ſpectantes, vel vibrantes quaſi exilientes, grandes, ſplendidi, lucidi. Plato libro de ſcientia ait. Eſt admodum arduum teperire hominem ingenioſum, qui ſimul etiam manſuetus, atqne modeſtus, nec fuiſſe qnenquam hactenus haud video, qui eo naturæ ingenio ſit, vt vtrumque ſimul habeat. Sed qni acuti ſunt, calidique, ac memores, & dociles, in iracnndiam ferè, atqne contentiones feruntur præcipites, atque rapiantur proinde ac ipſę naues ſine vllis retinaculis. Videmque homines furore potius, quam fortitudine præſtant; verum quod natura grauiores, ſi ſe ad diſciplinas potius conferunt, tardi, deſides, obliuioſi, atque obtorpeſcentes videntur, inſtar Thracenſis populi, authore Ariſtot. qui robuſtiores,hebetiores,ac nullius penè memoriæ cenſentur.

Acerbi, & qui ſero ſedantur.

Capnt valde paruum, cum inconcinna figura, & dorſi imbecillitate. Snpercilia ad naſum inflexa. Nares patulæ. Spiritus fortis, velox, & ſpiſſus, & corpus, & pectus macrum. Loquela ſubplacida. Oculi ſanguinei, ſicci, calculi æquales in fuluis oculis, ſplendentes, toruè aſpicientes, vel ſtantes parui, prominentes, & qui frontem, & ſupercilia contrahant, & corpus ſurſum trahat, vel non conniuentes, pallidi,ſubrubei, & ſicci.

Dedignoſi.

Vox acuta & intenſa. Vel in principio grauis, & in fine acuta.

Iracundi. Figura Plutarchi.

Oculi truces. Os turbidum in ſpumam,ruboremuè efferueſcens, immaniter clamans. Trepidatio, & geſtio. Sermo præceps. Comploſio manus, & fœda viſu facies.

Iracundi Figura. Lactantij.

Oculi ardentes, os tremens, lingua titubans, dentium concrepitus, vultus nunc rubore ſuffuſus, nunc albeſcens pallore.

DE STOLIDI VIRI FIGVRA. CAP. XIX.

DEFICIENS ab iracundia, nomine vacat, quaſi iræ vacuus, vel ſtolidus. Gellius hebetem, ac ſtupidum vocat, & is eſt, qui ob quæ oportet, & quando, & in quibus, non iraſcatur. hi profecto ſtolidi, ſiuè ſtupidi videntur: nam qui iraſcuntur. nec ſentire quidem videntur, nec dolere. Sic etiam perferre contumelias ſeruile eſt. Medici inquiunt. qui frigidi, & humidi, & fulua, atrioreque carent bile, nulla prorſus anguntur ira. Antiqui Phyſiognomones figuram non appoſuerunt, nos ex eis ſigna collegimus ſtupiditatis, & indolentiæ, quæ ex aſino, & capra ipſi exceperunt.

Stolidi ad Aſinos, & Capras.

Capilli recti. Frons parua, Supercilia ad naſum inflexa. Facies magna. Aures valde paruæ. Labia craſſa. Os valde defectum. Dentes continuati. Vox balans, & deprauata, vel aſpera, vel acuta, & clamoſa. Loquela velox, & gracilis, vel grauis, & debilis. Collum craſſum, & pingue. Venter carnoſus, magnus, mollis, & pendens. Oculi caprini coloris, vel aquili, vel ſplendentes, luminoſi, vel vibrantes magni, vel ſtantes aridiores, vel nō conniuentes pallidi, vel ſubrubei ſicci, vel ſurſum euntes.

Seruiles. Ad Aſinum.

Vox grauis, & magna, Tibiæ, & calcanea craſſa; Oculi parui varij.

DE MANSVETI VIRI FIGVRA CAP. XX.

AT manſuetudo eſt mediocritas inter iracundiam, & ſtoliditatem. qui igitur ob quæ oportet, & quomodo, & quando, & quouſque iraſcuntur, manſueti ſunt. Eſt enim manſuetus, qui perturbatione vacat, & ab effectu minimè ducitur, niſi quantum ratio ſtatuit, non ad vltionem, ſed ad veniam propenſus eſt. Vel manſuetus eſt, qui moderate ferre poteſt obiecta crimina, & contemptus, nec celerius rapitur ad vltiones, nec defacili mobilis ad iram, ſed eſt moribus comes, & mitis, & ingenio quietus, & ſtabilis, Manſuetudines inquiunt naturales ex humiditatis, & caliditatis temperie prouenire. In iracundis ebullit ſanguis circa cor, in his deprimitur ob humiditate. Ariſt. Pol. & Adam. figuram appoſuerunt.

Manſueti.

Tota figura fortis. Bene carnoſus. Carne humida, multaque. Sed Pol. & Adam. carne humida, mollique, bonæ magnitudinis, & commenſuratæ. Figura curua. Capillorum circuitus ſurſum valſus. Iidem addunt conſtantis intuitus. Tardi motus. Vox grauis & mollis. Pol. Vox tarda, & mollis.

Mitis. Ad fœminas, ceruos, & lepores.

Capilli plani, & ſuaues, colore flaui, aurei. Supercilia in rectum porrecta. Loquela remiſſa. Vox grauis, & mollis. Oculi nigri. Calculi inæquales in fuluis oculis.

DE INTEMPERANTIS VIRI FIGVRA CAP. XXI.

IAM ad irrationalium partium virtutes, & vitia ventum eſt, & primo de intemperantia dicemus, quæ inter ſua extrema etiam iacet, ſcilicet intemperãtiam, & ſtupiditatem. Intemperantia circa voluptates verſatur. Voluptates aliæ animæ, aliæ corporis ſunt. Animæ voluptates ſunt, ambitio, & diſcendi cupiditas, & huiuſmodi, quæ cogitationem afficiunt, & hi, qui in talibus voluptatibus occupati ſunt, neq; tẽperantes, neq; intemperantes dicendi. Sed corporis voluptates intelliguntur, neq; huiuſmodi voluptates in omnibus ſẽſibus ſunt, vt in viſu, auditu, & odoribus, ſed in ſolo tactu, & guſtu. Quidam Philoxenus Erixius gulæ deditus, guttur ſibi longius gruis collo dari optabat. Huiuſmodi voluptates ob id vitu perabiles, quia nobis datæ, non quatenus homines, ſed quatenus animalia, & ob id ferinum eſt. Intemperantes igitur ſunt, qui oblectanrut, vel quibus non oportet, vel magis quàm plerique faciunt, vel vt non oportet, vel qui oblectationem turpium voluptatum ſequuntur, & arbitrantur eos felices eſſe, qui in his voluptatibus verſantur. Sectantur autem intemperantiam inpudentia, negligentia, & diſſolutio. Nos primum in vniuerſali, de intemperantis figura dicemus, mox de particularibus alijs affectionibus.

Intemperantes. Ad apparentiam.

Os cauum, Lumbi acuti, Venter magnus, mollis, & propendens. Tali valide graciles. Oculi obſcuri, caliginoſi, quis cum ſe claudunt, ſurſum abeunt, ipſique ſtantes, & ſubfluuidi ſunt. Vel tideutes, humidi. Vel ſurſum euntes, magni, & ſubrubti.

Luxurioſi. Ad Simiam, ceruos, hircos, ſues, gallum pardalim, & ad complexionem.

Nunc de intemperantibus circa tactum, & primo de luxurioſis. Sed quo temperamento luxurioſi conſtenr, deſcutiamus. Sunt igitur ſanguinei, cuius ſanguinis ſir melancholiæ ventoſitati permixtus. Ariſt. libro Problemmatum quarto quærit, Cur libidinoſi melancholici ſinr? aitq; melancholicos flatu redundare: ſemen autem deceſſio flatus eſt. ergo quibus id ipſum abundat, hos ſæpe purgari appetere neceſſe eſt, ſic enim efficitur, vt leuentur. Luxurioſa animalia ſunt hircus, porcus, ceruus, aſinus, & ſimia. Dantes Alaglierius pardalim pro luxuria appoſuit, animal, quod cum diuerſo genere coit, & coitus tempore vocalis ſit, ſui, & alieni generis alliciens animalia.

Et ecco quaſi al cominciar dell'erta,
Vna lonza leggiera, e preſta molto,
Che di pel maculato era cõperta.

Finxere Poetæ Anphionem à Satyro genitum, ad feruorem libidinis dimonſtrandam, cum Antiopam violenter oppreſſiſſet, & fingunt depreſſis naribus, & pedes capris ſimiles habere. Diximus enim hæc eſſe ſigna luxuriæ. Faciei malæ cum rubore attolluntur, & muſculis maxillatibus, veluti conuulſionem patientibus, mentum ipſum dilatatum, quemadmodum ridentibns euenire ſolet; vnde præferunt alacritatem ad coitum vehementem ob elephantiaſin, à quibuſdam ſatyriaſis dicitnr: ob faciei cum ſatyris ſimilitndinem ſatyri dicti ſunt, auctore Macrobio, veluti ſathuni, quod ſint in libidinem proni παρὰ τῶν σάθων, quod virile membrum dicit, & ſatyriani morbus, qui arrecto, attentoque mutone cum ſeminis voluptaria profuſione necat. In inſulis ſatyrijs incolas eſſe rubicondos, & caudas in imo dorſo habere, ad nauigia accedunt, in mulieres manus inijciunt, nec ſolum qua parte conſuerudo promittit telum toto corpore libidinoſe vibrant, ex Pauſania. Philoſtratus, luxuria aures, cauos clunes, omnia elata habere, ac poſtrema æqui dicit. Narrat Plutarchus in ſylua capſum ſatyrum, vocem aſperam habuiſſe. Ariſt. Pol. & Adam. hanc figuram appoſuerunr. Albicolor. Hirſutus. Capilli recti, craſſi, & nigri. Tempora piloſa rectorum pilorum. Sed Pol. ait Piloſus circa labia. Oculus pinguis, & ſtolidns. Sed in eius figura plura habet. Crura ſubtilia, atq; neruoſa, & totius auitij

gene-

generis Crura hirſuta. Ventre & oculis pinguibus. Qui barbã ad naſum contrahit, & circũferen-
tiã illius loci concauam haber, quæ naſo, ac meuto inreriacet, qualem bonum habuiſſe Socra-
tem conſtat. Oculi pingues, laſciui. Perſpicuas venas in brachio habens. Exilibus tibijs præ-
ditus. Er in fine libri hæc ſeorſum habet. Oculi concaui, lucentes, non lachrimoſi, vt volupta-
te pleni videantur. Palpebras aſſiduc monent, & cæteræ corporis partes conueniant. Lu-
xuria enim tum maris, tum fæminæ in ſuperioribus corporis pactibus, videlicet ſupercilijs, &
oculis deprehenditur. Hæc autem vniuerſa, quæ diximus, quaſi in pictura quadam coloris, &
imagines effigiatæ ſunt, deprehendunrur. Sic ex pluribus ſignis veriſſimum iudicium clicitur.
Effæminati, luxurioſi, impuri extimandi ſunr, qui tibias qua ad malleolos deſcenditur, craſſas
habuerint, tum qui pedum digitos parum ſiſſos, vt auium, quæ anguſtos pedes ſortitæ ſunt, &
coucauos, ad ſcaphæ modum, vel caluariæ. Addimus nos. Capilli rari, vel calui. Pili palpe-
brarum difluentes, Aures valde paruæ, Naſus incauus, ante frontem rotuudus, & ſuperemi-
nens rotundum. Vel ſimus. Venrer, & pectus piloſum, Mamillæ dependenres pectore amplo,
& macilento. Manus piloſæ. Coxendium oſſa gracilia. Lumbi, & fæmora abſque alijs partibus
piloſa. Suræ craſceſcenres. Tibię piloſę. Digiti pedum copulati. Vngues valde rorundi. Ge-
narum contractio in hilari vultu. Claudi. Oculi ſplendidi, vel cum circulis, quorum inferior
viri dis, ſuperior niger. Vel ſicci, aut aſperiores cum circulis varij coloris, viridis colorem
referentibns. Vel obſcuri circũ ſe mouenres. Vel vibrautes magni. Vel ſurſum euntes. Vel
ad ſiniſtram rerorti, Vel ſubrubi, & magni ſurſum euntes. Luxurioſæ mulieris hęc ſigna adno-
tauiiu quadam proſtricti pudoris, & efferatæ libidinis, quam Epycrates Myoniam dicerer. Co-
lore pallida erar, vel fuſca, gracilis, & macilenta, hæ namque rubentibus, & obeſis ſalaciores,
& petulantiores eſſe ſolent. Starura erecta, mammas habebat paruas, & conuenienter plenas,
& duras. Piloſa in locis conſuetis, videlicet, cruribus, pectine, alis, & mento, cuius pili groſſi
& aſperi. Capilli criſpi, & curti, Vox ſubtilis, & alta. Audax in lingua, animo ſuperba, & cru-
delis, valde omnibus inſeruiens, ebrioſã, paruo abundabat menſtruo, & lacte, cum effęta eſſet.

Adulteri.

Tarde incedentes, & ſponte morantur in vijs, & eircumcirca aſpiciun. Collum ad ſiniſtram inclinatum. Oculi fului cum ęqualibus calculis. Vel fędi, qui alteram palpebram ſupponentes, & ſubuertentes, & ſimul humidi, & placidi intueantur. Vel ſi mediam palpebram comprimant, & vtrinque expellant, & luſcioſi ſunt.

Viri nefarij coitus.

Inęquales orbes in oculis circumcurrentes.

Venerei, gratioſi.

Mentum mediocriter ſciſſum. Metaphrenum medium inter curuum, & conuexum, Oculi ad naſum retorti, vel vibrantes, allueutes, & ſeſe inundantes.

Amantes.

Facies mediocris, in genis, & temporibus ad pinguedinem vergens. Suſpirans, & intuitus illachrimans, & cum eum reſpicis, terretur, & erubeſcit. Oculi prominentes, ſublimes, magni, lucidi, fulgidi: Vel non conuinentes, humidi, placide intuentes, Vel ſtantes ſubintraeutes.

Abſque Amore.

Oculi ridentes, hnmidi. Poetæ lnnam, ſiue Dianam virginem depinxere; quia frigidi, & humidi complexione quod ſunt, contineutiores ſine, dicunt eſſe albano vegetis corporis.

Edacis figura.

Quia luxurioſi omnes ſunt etiam guloſi, ideo poſt luxurioſi figuram edacis innectemus. Nunc

de

de ijs, qui in ſenſu guſtus excedunt, ſcilicet qui valde guloſi ſunt. Ariſtot. eos auidę ædacitatis eſſe, quos atra inſeſtat bilis, eorumque natura ſicca, & retorrida eſt, nec hauſtis alitur magnopere, infeſtante plurimum bilis atrioris frigore alimenti conceptacula, quæ ratiò efficit, vt parum omnino, aut nil ferè eat in corpus. &, vt Theophraſtus annotauit, infelicibus plantis aſſimilantur, quæ ſterili ſolo plantatę, quicquid per radices aſſumunt, abit in ſuperfluitates, & nō in incrementum. Ariſt. hanc figuram concinnauit, ad lupos, & ſues referens. Sunt enim lupi voraces, & ferè inſatiabiles; vorant potius, quam comedunt, & dum edunt, neminem amant, imo amicos dedignantur.

Edaces ad ſues, lupos, & larum auem.

Herculem voracem fuiſſe tradit antiquitas. Epicharmus Buſyridem ait.

Primum quidem eum comedentem ſi vides perieris.
Tremunt intus fauces, ſtrepunt buccæ,
Molares dentes ſonant, caninus ſtridet.
Sibilat naribus, aurem vtranque mouet.

Larem etiam auem boophaſon appellant à ſua voracitate. Spatium ab vmbilico vſque adimū pectoris, magis, quàm ab imo pectore ad iugulum. Addimus nos. Color mellinus in facie. Os valde diſſectum. Dentes acuti, longi, exerti, & firmi. Gutturis vertebra prominens. Loquela grauis, & debilis. Collum pingue, coſtę exiles & vacuæ, manus graciles, & tortuoſæ. Oculi obſcuri circumcirca ſe mouentes. Vel vibrantes, circumturgentes. Vel magni ſtantes, & ſubrubri.

Bibacis.

Facies parua crocea, Carnoſæ genæ, vel ſemper erubeſcentes. Spiritus fortis, & velox & ſpiſſus. Guttur aſpetum, & vertebra prominens. Mammillę dependentes à pectore amplo, & macilento. Oculorum palpebræ infra prominentes. Oculi ſubrubri, humidi, vel vibrantes, tamquam ſalientes. Magni, ſplendentes, & humidi, & ſurſum euntes ſubrubri, & magni.

Edacis, & bibacis.

Prominentes oculi ſanguinei, vel ſurſum euntes.

Somnolenti. Ad naturales Cauſſas.

Diximus comitari intemperantiam, negligentiam, inertiam, & huiuſmodi ſimilia, Inter hęc ſomnolentia eſt. Somnolentos igitur dicimus, qui ita in ſoporem collabuntur, vt nil procliuiùs ita faciant. Huius cauſam eſſe humiditatem frigiditatemque cerebri: inquiunt Phyloſophi. Hanc figuram Pol. & Ariſt. appoſuerunt. Qui habet ſuperiora maiora, Aſpectu ſomniculoſo. Sed corrigendus Ariſtotelicus textus, ex Polemone, qui ὑπνώδες habet, pro νωθώδες vt diximus. Natura calidi. Caro boni habitus. Addimus nos. Caput plus nimio tumens. Oculorum veſſiculæ ſupra eminentes. Venę in brachio ita anguſtæ, vt vix deprehendi viſu queant. Ait enim Ariſt. libro de ſomno, & vigilia. Anguſtia meatuum, quibus à capite refluunt ſpiritus, nullo negotio præſepitur, minuta ſiquidem: quicquid acceſſerit, quamuis puſillum, obſtipat præfarcitque, quandiu vero is libere commeandi facultatem non nanciſcitur, perſeuerat ſopor. Ouidius ſomnum diſcribens, tumentes oculos appoſuit.

„ *Tardaque Deus grauitate iacentes,*
Vix oculos tollens, iterumque, iterumque relabens.

Segnis. Ad Boues, & Aſinos.

Sequitur inertia, ſegnities, vel negligentia. Et ſi à veteribus hęc figura appoſita non eſt, ne hinc inde toto hoc volumine diſperſa pereat, huc adduximus. Ariſt. cæterique ex bouis figura

colle-

collegiſſe videntur, cuius ſegnities propria. Frons magna. Faciei color mellinus. Naſi imum craſſum. Facies magna, & carnoſa. Vel genæ craſſæ. Aſpectus vecors. Loquela breuis. Lingua tarda. Corpus denſis pilis piloſum. Longo, & tardo greſſu gradiens. Vel breui & tardo. Oculi valdè magni, vel tardè mobiles.

Sine Curis.

Frons erugata.

DE STVPIDI VIRI FIGVRA. CAP. XXII.

QVI verò deficit circa voluptates, cui nihil ſit iocundum; nullaq; inter hunc, & illũ cibũ differentiã facit, procul ab hominis natura videtur, ac ſtupidus dici poteſt, nam cum tales pauci reperiantur, nomine vacant. Si aliqua ſunt apud authores ſigna, quæ huiuſmodi hominem ſignificare poſſint, hæc puto: nam alia apud inſenſitiuum diximus.

Stupidi.

Oculi ſtantes pallidi. Vel ſurſum euntes.

DE TEMPERATI VIRI FIGVRA CAP. XXIII.

TEMPERANTIA eſt mediocritas circa voluptates, & timores. Temperans eſt, qui ab abſtinentia voluptatis nullo dolore afficitur, nec gaudet quibus nõ oportet, neq; vllis, quàm diximus re vehementer oblectatur, nec cupit magis, quam decet, neque quando non decet. Aſſectãtur temperantiam pudor, reuerentia, & moderatio. Sed veteres Phyſiognomones neque figuram, neque temperati ſigna poſuerunt, opinantes quod homines optimæ, & laudabilis naturæ beneſenſati, & probi viri huiuſmodi forent, nos ne hic locus vacuus temperantiæ vacaret, ſigna, quæ hic dicimus, ex mediocritate collegimus.

Temperati. Ex ſignorum mediocritate.

Medij capilli inter raros, & denſos. Anhelitus temperatus. Frons media inter tranquillam, & nebuloſam. Os neque extenſum, neque planum. Collum ad dextram inclinatum. Pars quę vmbilicum, & pudenda interiacet, & hinc ad imum pectoris, & hinc ad iugulum æqualis ſit. Oculorum anguli breues. Oculorum pupillæ mediocres. Oculi magni, & ſplendidi. Circulus anguſtus niger, ſupra igneus in humidis oculis. Vel calculi ignei, albi, ſubalbicantes, pallidi igneis admixti, & ſanguinei in nigris oculis, vel extra rotæ circumferentiam nigredo igni admixta, vt longè nigros repræſentet.

DE IMPVDENTIS VIRI FIGVRA. CAP. XXIIII.

QVIA diximus intemperantiam ſectari impudentiam, & temperantiam pudorem, poſt earum tractationem, de impudentia dicemus. Verecundia virtus non eſt, ſiue habitus, ſed effectus quidam, ſic inuerecundia. Impudens eſt, qui turpia agendo non verecundatur, vt in Moralium Nicomachiorum libris Ariſt. dixit. In magnis verò ait, verecundiam virtutem eſſe, & mediocritatem inter pudentium, & ſtuporem, & inuerecundos eſſe, qui in actionibus, & colloquijs vbique, & apud omnes omnia loquuntur, vt cunque euenerint. Alibi verò inuerecundiam eſſe, qui nullam de ſe exiſtimationem moratur. Aliqui ſunt, qui hos effectus ad qualitates manifeſtas reducere volunt, & impudentes ſanguineos eſſe, pudentes verò phlegmaticos. Verum contrarium apparet: nam quæ hic Phyſiognomones ſigna

appo-

apponunt, non ſunt ſanguinei ſigna à medicis ſcripta, à nobis ſuperius enarrata, experientiaque contrarium teſtatur, cum ſanguineos pudibundos eſſe videmus, & exangues inuerecundos. Sed omnes ad ſigna proprietatum adducunt. Ariſt. Polem. & Adam. hanc figuram appoſuerunt.

Impudentis. Ad Coruos, & Canes.

Impudentia ad canes refertur ab authoribus, & canis verbo ab impudentibus inimicis conuicium fieri ſolet. Apud Homerum pro graui contumelia in aduerſarium dicitur. Oppianus libro de venatione canum impudentiam notat. Heſychius,& Varinus caninos valde impudentes vocant. Apud Heſiodum caninus pro inuerecundo, & impudẽtiſſimo. Canis oculum habere (inquit) Pollux apud Homerum,dicitur is, qui nimio plus impudens eſt. Ariſtogiton Cydimachi filius, canis vocabatur, propter audaciam. Cynici Philoſophi dicti ſunt ab ingenio canino, impudente, audace, contumace, non priuatim, ſed publicè, quem vellent, tamquam adlatrantes repræhendebant. Cibum enim in publicum ſummebant, & quæuis alia in hominum conſpectu faciebant. Atheneus aduerſus Cynicos ex Clearcho Solenſi dicebat, non frugalem, & abſtinentem vitam eos exerere, ſed re vera caninam, eoſque non ſagacitate, & ſenſu pollere, & fide, vt canes, ſed vitia adlatrandi, maledicendi, vorandi, & vitæ nuditatem diligenter imitari. Et cynomia, ideſt canina muſca, pro impudentiſſima ponitur ab ethymologo. Oculus apertus, ſplendidus. Palpebræ ſanguineæ, & craſſæ. Parum curuus.Spatulæ, ſurſuum eleuatæ. Figura non rectus, ſed parum pronus In motibus præceps. Corpore ſubrubeus. Color ſanguineus. Facie rotundus. Pectore ſurſum eleuatus. Sed Polem. corrigendus ex Adaman. nam hic tachitis ille vero pachitis, cum à ſe ſint admodum aliena. Subdunt mox. Craſſo naſo. Procaci intuitu, ideſt, qui aciem in tuam aciem dirigant, quos vulgo impudentes dicimus. Se itidemtidem in altum extollens. Colore fuluo. Voce acuta. Sed ego puto mendum in textu: nam non phonin oxin, ſed lophon dicerem: nam capite acutos, vt ſuo loco diximus, inuerecundos teſtati ſumus. Rhaſes ita depingit. Inuerecundus eſt,cuius oculi multum ſunt aperti, & foris prominentes,& acuti intuentes. Eius quoque palpebræ groſſæ. Statura autem eius non multum longa. Quando verò incedit,pectus parum anterius tendit. Cuius præterea ſpatulæ eleuatæ ſunt. Motus feſtinus. Color ruffus, multum habens ſanguinem. Facies rotunda. Thorax parum gibboſus. De ſuis inſuper ſignificationibus eſt, quod oculi multum aperiuntur, & ſunt acute intuentes. Eſt enim multum loquax. Addimus nos.Caput in verticem protenſum. Capilli valde ruffi.Supercilia oblonga. Naſus ſtatim à fronte aduncus. Facies oblonga, vel plana. Riſus altus, vel cum tuſſi, vel cum ſpirandi difficultate. Suræ craſceſcentes. Pectus glabrum. Pedum digiti curui, & vngues curui. Celeri greſſu ambulantes. Oculi igniti, vel magni, vel liuidi, vel multum prominentes. Vel ſe ſe aperientes, ſicci, ſplendentes, puri luminis. Vel ſtantes ſubrubri, magni, infra ſpectantes.Vel ſtantes, & ſupercilia eleuantes, & ſuſpirantes.

DE VERECVNDI VIRI FIGVRA. CAP. XXV.

VERECVNDIA media eſt inter impudentiam, & ſtupotem, verecundus eſt,qui apparentes quaſdam de ſe extimationes modeſtè moratur. Cocles ſatis inconſideratè verecundi ſigna cum inuerecundi confundit. Et vt rem accõmodet verbis; proh Deum immortalem quantas ineptias fundit. Ariſtot. Pol.& Adam.Hanc figuram appoſuerunt eiſque coſinos eſt.

Verecundi.

In motibus, & loquela tardus. Sed Pol. textus hic defectuus eſt. Vox grauis,& ſpiritus plena. Oculus hilaris, non ſplendidus, niger non valde apertus, nec omnino clauſus. Conniuens tardè. Sed Pol.& Adam.Oculus charopus.non ſplendidus,humidi aſpectus. Et palpebras nec celeri, nec tardo motu mouet, ſed mediocriter. Rubore plenus. Sed aduertant lectores quæſo petream,& ſalebroſam. Polem. interpretationem. Addimus nos.Corpore inclinati. Au-

res rubidæ. Oculi obſcuri, humidi, iuſtæ magnitudinis, vel recte ſe claudentes, humidi, caſtigatæ magnitudinis, & ſplendentes cum læui fronte.

DE TRISTIS VIRI FIGVRA. CAP. XXVI.

CVM in hominum congreſſibus accidat, vt ioco vtamur, ſunt qui exceſſu vtantur, ideſt, ridiculis excedant, & ſcurræ, & importuni dicantur, quia ridicula penitus affectant, & ſtudeant riſum mouere, quos, quia eorum phyſiognomones non meminerint, omittimus. Sunt qui ne ipſi ridicula dicant, neque alios dicentes æquo animo patiantur, ruſtici, & duri dicuntur. De huiuſmodi triſtibus, & agreſtibus Ariſtot. iconem appoſuit, ſic etiam Pol. & Adaman. & nos alia, & his ſigna colligemus. Triſtitia ex humore melancholico proficiſcitur, vt dicant medici, qui aliquãdo propter intenſum dolorem, per morbum, vel continuum ſtudiũ naſcitur. Sunt, & melancholici terreſtres ſicci: ad quos Poetæ ſatis lepide alluſerunt. Siquidem figurant Acherontis, & terræ filiam, ſtyx interpretatur triſtitia. Acherontis, ideſt, ſine gaudio filia: nam qui gaudio carent, in triſtitiam labuntur. Terra illi attribuitur mater; quia flumina per terram labuntur. Triſtes Saturno adſcribuntur, finguntque Saturnum tardum, ſtolidum, melancholicum, frigidum, & ſiccum, comeſtorem, auarum, pauperem, ad inopiam vſque, malicioſum, inuidum, ingenio valentem; ſeductorem, in periculis audacem, conuerſationis paucæ, ſuperbum, ſimulatorẽ, iactatorẽ, cogitationis plurimæ, profundi conſilij, tardum ad irã, ſed irreuocabilem, & bonum nemini cupientem, & cætera: quæ ex complexione eueniunt.

Triſtes, ad Apparentiam.

Facies rugoſa. Sed Pol. & Adam. Frons rugoſa. Macer, facie gracilis. Oculi confracti: nam oculorum confractiones demiſſum demonſtrant, & triſtem. In figura humilis. In motibus remiſſus, ſed Pol. & Adam, Mouentur, & cogitabundi, vbi corrigendus eſt vteriuſque textus, habent enim y petini, ſed accommodandus i perini. Addunt ijdem ſupercilia extenſa. Sed Adamantius auerſa. Palpebræ extenſæ. Addimus nos. Capilli obſcuri. Frons triſtis. Supercilia coniuncta. Gutturis vertebra prominens. Vox debilis, & flebilis. Spiritus denſus, altus, & agilis.

Ruſtici.

Capilli flaui ſubalbicantes. Vox clara. Spiritus fortis, velox, & ſpiſſus. Nares patulæ. Oculi cæſij, crocei. Calculi æquales in fuluis oculis oculis. Magni, & commoti micantes, quales iratis ſolent, & palpebris apertis patuli. Vel ſe claudentes cum fronte aſpera, & ſupercilijs obliquis, & palpebris duris, & concretis. Vel triſtes, aridi, frons aſpera, & intentus obtutus cũ rectis palpebris.

DE AMARI VIRI FIGVRA. CAP. XXVII.

ARISTOT. cæterique phyſiognomones pictu ſcilicet, amari viri figuram appoſuerunt. Sed ſecundo Rethoricorum Amarum hominem faceto opponit: nam Amarum contrariũ dicit. Ideſt non mouens riſum. ideſt inſuauem, & agreſtem virum. Nos eius figuram apponimus: quia videtur eum triſtis hominis figura maximè conuenire.

Amari.

Facie remiſſus. Nigri coloris. ſed Polem. habet pallidi. Adam. ſubpallidi. Macer quo idem caret. Sed Ariſtotelicus textus ex Polemone corrigatur, qui habet ichnos pro iſchnos quæ faciem circa, glabra. Facies rugoſa. Sed Adamant. frons rugoſa. Non carnoſus. Recti crinis,

crinis, & nigri. Sed id Adam.non habet. Addunt Pol.& Adam. Aſperè,& ſiocè intuetur. Sed corrige Polem. textum trachi non pachi Loquela, & anhelatio vehemens. Sed corrige Polemonem, qui habet en to aſtenin pro amænin & ſuo loco repone. Manus ſæpè concutit, & fricat, & pedes velociter inſilit. Addimus nos. Spiritus fortis, velox, & ſpiſſus, & corpus, & pectus macrum.

Suſpicioſi.

Quia ſemper cum triſtibus, infidis, & timidis ſuſpicioſi conueniunt, quæ ſigna ex his collegimus, hic addimus. Vox dulcis, vel debilis, & flebilis. Gutturis verteba prominens. Oculi ſplendentes, fului. Vel ſe mouentes, turbati.

DE IVCVNDI VIRI FIGVRA. CAP. XXVIII.

FACETVDO eſt in congreſſibus moderatio quædam dicendi, & audiendi ea, quæ oportet, & ſicut oportet. Vrbani ea dextri hominis eſt ea audire, & dicere, quæ probo, & ingenuo viro conueniunt. In ridiculis verborum obſcentas riſum facit, in hoc obſcenitatis ſuſpirio tantum. Vnde & iucundi ſunt. Phyſici hanc naturam à ſanguine, & ſpirituum claritate proficiſci dixerunt, alij à priuatione humoris melancholici. Alij à pauca conſideratione, vnde ſtulti. Ariſt, Pol.& Adam. hanc figuram appoſuerunt, & euthimus vocant. Cocles ſatis ineptæ hoc caput ornato adſcribit, & dum à vero ſenſu diſtorquet verba, cõculcat, & peruertit omnia.

Iucundi. Ad complexiones.

Frons magna, carnoſa, & lenis. Sed Polem.& Adamantius, frons plana, & tota facies carnoſior. Quæ circa oculos humiliora, vt facies ſomniculoſa videatur. Neque intensè aſpiciens, nequè remiſsè. Sed Pol.& Adaman. Oculi humidi, ſplendentes, ſicut aſpicientes, & Adam. habet non aſpicientes. In motibus tardus. Figura, & mos, qui eſt in facie, non præceps, ſed bonus videtur. Inſuper addunt. Vox blanda. Addimus nos. Frons hilaris. Vultus iucundus. Metaphrenum placide teres.

DE ARROGANTIS VIRI FIGVRA. CAP. XXIX.

NVNC de veracitate. Verax medius eſt inter arrogantem, & ſimulatore Dicamus primo de arroganti. Arrogans eſt is, quem illuſtria quædam, vel non habet, vel maiora, quam habeat fingit, & ſibi vendicat: nam qui maiora, quàm habet, fingit, quia mendacio gaudet, prauus eſt, vel potius vanus, minus autem, ſi gloriæ, aut honoris cauſa id facit. Alibi hos Ariſtot. iactabundos vocat.

Arrogantes.

Guttur aſperum. Riſus cum irriſione.

Iactabundi.

Collum craſſum, & longum. Pedum digiti longi, graciles.

Vani, ſublimia cogitantes. Ad aues.

Inferius labium ſupereminens. Acuta vox cum clangore. Guttur aſperum, & vertebra

prominens. Methaphrenum piloſum. Oculi claudentes, ſurſum abeuntes, & ſtantes ſubfluidi.

DE SIMVLATORIS VIRI FIGVRA. CAP. XXX.

ALTERVM extremum diſſimulatio eſt. Diſſimulator eſt, qui quæ ſibi inſunt, vel negat, vel diminuit. Interdum diſſimulatores elegantes ſũt, cum non quæſtus gratia, id faciant, ſed vt euitent importunitatem, ac faſtum, atque hi illuſtria, & clara ſolent recuſare, vt Socrates faciebat Sed qui parua, & manifeſta diſſimulat, verſutè glorioſi dicuntur, & contemnendi ſunt. Ariſt. & ab eo Pol. & Adam. hanc figuram concinnarunt ſimulatoris, & contraria conſulentis.

Simulatores. Ad Simiam. Et ad apparentiam.

Quæ circa faciem pinguia. Quæ circa oculos rugoſa. Facies ſomniculoſa de more videtur. Addunt inſuper ſequaces. Aſpectu eleganti. Voce remiſſa. Inceſſu bene verſatili, mouetúrque continuo motu. Addimus nos. Supercilia ad tempora inflexa. Ambulantes modò citò, modo tardo ingreſſu. Oculi ſplendentes, concaui, & parui.

DE MENDACIS VIRI FIGVRA CAP. XXXI.

DIXIMVS de iis, qui mentiuntur, ea affirmando quæ ipſis non ſunt, ſiue de iis, qui abſcondunt, quæ ipſis inſunt. Nunc verò de mendacibus, quorum ingens numerus. Homerus in Vliſſem loquentem in Iudicio Achillem.

O multum generosè doli fabricatur Vliſſes,
Conuenit intrepidè me veſtra refellere dicta,
Vt fieri debere puto, fallacibus ipſum
Ne mẽ figmentis hinc obtundatis, & illhinc:
Is magis eſt quoniam quàm nigri ianua Ditis
Infernus nobis, aliud qui pectore claudit
In ſe palam profert aliud quodcunque videtur.

Mendaces.

Facies carnoſa. Naſus in medio latus, declinans ad ſummitatem. Bucca riſibilis, vel riſus cum deriſione. Loquela velox, & gracilis. Vel è naribus efflata. Gibboſus. Supercilia inclinata deorſum. Et intuentur quaſi latenter. Cilia inferius arcuata. Vel ad vnam partem. Oculi ridentes, hilares. Vel calculi cærulei, & flaui, æquidiſtantes circa pupillam, adinuicem currentes, in oculis variis.

DE VERACIS VIRI FIGVRA. CAP. XXXII.

VERAX is eſt, qui tam verbis, quàm re ea ipſa, quæ ipſis inſunt, neque maiora, neque minora eſſe confitetur, ac tàm vita, quàm verbis verax eſt, & non de eo intelligi volumus, qui in pactionibus verum dicit. (Id enim eſt alterius virtutis.) Sed de eo, qui propterea verum dicit, quia talis ex habitu eſt, & merito probus eſt, etſi vbi nihil refert, verum dicit, multo magis, vbi refert, id faciet, nemo huiuſmodi figuræ meminit. Idem Homerus in ſuperioribus carminibus Achillem veracem introducit.

Veracis.

Facies mediocris, in genis, & tẽporibus ad pinguedinẽ vergẽs vox media inter grauẽ, & acutã.

DE

DE ADVLATORIS VIRI FIGVRA CAP. XXXIII.

IN congreſſibus quoque, conuictu, ſermonum, & negotiorum communitate, alij placidi ſunt, & obſequioſi, alij omnia in gratiam laudant, nullaque in re aduerſantur. Sed minimè moleſtos ſe eſſe exiſtimant, oportere ijs, quibus cũ habent conſuetudinem. Sed qui id agunt, nulla alia de cauſa, niſi vt iucundus ſit, placidus, & obſequioſus eſt. Si ut emolumentum aliquod adipiſcantur, adulator. Huiuſmodi antiquiores non meminerũtur,

Obſequioſi, faciles.

Oculi ſe claudentes, recti, iuſtæ magnitudinis, ſplendentes in læui fronte, humidi. Vel non conniuentes, placidi intuentes, humidi.

Adulatores.

Facies parua. Frons ſerena, exporrecta. Ambulantes corporibus circum torquentes ſe, & inclinantes. Oculi parui, vari.

DE MOLESTI VIRI FIGVRA. CAP. XXXIIII.

ALII ſunt è contrario, qui omnibus aduerſantur, nullamque ſibi habendam rationem putant, ne moleſti ſint, qui moroſi, & litigioſi nuncupantur, cuius habitus, vt ſuperior vituperabilis eſt.

Moleſti.

Frons tetra. Oculi deorſum verſi, ſupplices. Breui ac celeri paſſu ambulantes.

Pertinaces.

Caput ſatis protenſum. Frons alta. Nares patulæ. Collum firmum, & immobile. Vel craſſum, & longum.

Litigioſi.

Frons lenis. Facies plana.

Importuni.

Frons carnoſa. Lingua velox.

DE INVIDI VIRI FIGVRA CAP. XXXX.

SEQVI deberet grauis viri figura, quæ inter iam dicta duo extrema media erat. Sed quia illius ſigna maiores noſtri non appoſuerunt, omiſimus. Sequitur indignatio, ſed prius de inuidentia, & maleuolentia ipſius extrema, quæ ſub vituperatione cadunt. Inuidus eſt, qui triſtatur, cum quempiam prorſus, ſiuè dignum, ſiuè indignum benè agere viderit. Hanc figuram Polem. appoſuit.

Inuidi. Ad Canes.

Terreſtris herinaceus inter animalia inuida conſertur ab Aeliano, ſtatim enim vt capitur, vrina

vrina ſua reddita tergus ſuum conſpergit, cuius vi perſuſum, corrumpitur, & quod futurum erat ad multa vtile, inutile reddit. Sic de ſtellione, lynce, rubeta, & cæteris dixit antiquitas, ſed mihi viles, & aniles perſuaſiones videntur, ſed potius metu, cum capiendus eſt erinaceus vrinam reddere videtur, potius canis verè inuidus videtur. Qui ſiniſtra dextris maiora habuerint. Quibus ſupercilia ad genas dimittuntur. Addimus nos. Facies plana. Aures oblongæ, & anguſtæ. Genæ graciles, vel craſſæ ab oculis diſtantes. Faciei color ſubliuidus. Os cauum. Dentes longi, acuti, rari, fortes. Vox dulcis. Loquela acuta, & debilis. Metaphrenum valde curuum. Humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Vlnæ, quæ ad genua non perueniant, ſed cogāt caput occurrere manibus. Oculi caui, exigui, vel ſurſum euntes, pallidi.

Inuidi figura ad effectu, ab Ouidio deſcripta.

Paſſuque incedit in erti
Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentès,
Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.

DE IMPII VIRI FIGVRA. CAP. XXXVI.

INVIDO par impius, ſiue maleuolus, quippe quis lætatur quod qui malè agat, ſiuè diguus, ſiuè indignus ſit.

Impij.

Tempora caua. Supercilia coniuncta, piloſaque. Oris vaſta diſſectio. Dentes longi, acuti, rari, fortes. Oculi concaui, parui. Vel magni, & commoti, micantes, iracundis ſimiles, palpebris apertis patuli. Vel ſurſum euntes patuli. Vel deorſum euntes ſupplices. Vel vibrantes circumturgentes. Vel ſplendentes, parui, concaui.

Maleuoli.

Vlnæ breuiores, quæ ad genua non perueniant, ſed inter edendum cogant caput occurrere manibus. Celeri, & breui greſſu ambulantes.

DE MISERICORDIS VIRI FIGVRA. CAP. XXXVII.

INTER extrema iam dicta vituperatione digna medium eſt indignatio. Eſt autem indignatio quædam ægrimonia de bonis, quæ indigna alicui aliquo pacto eueniunt, eademque eſt triſtatio, ſi quem viderit indignè malis afflictatum. Si ad temperaturam referre licèt, videntur complexione temperati miſericordes eſſe; cuius tamen Ariſt. oppoſuit, & miſericordes dicit ſapientes timidos, & ornatos.

Miſericordes.

Pulchri. Albicolores. Habentes oculos pingues, & nares ſurſum diſtantes. Et ſemper plorant. Amatores mulierum. Genitores fęminarum. Et circa mores in amorem propenſi, ſemper memores. Ingenioſi, & callidi. Addimus nos. Supercilia in rectum extenſa. Oculi ridibundi, humidi. Palpebræ remiſſæ. Frons longa ad tempora vtrinque producta. Vel triſtes. Supercilia compreſſa, & frons demiſſa, & auſtera.

Indignabundi.

Vox grauis in principio, in fine acuta. Vel acuta, & intēſa. Dētes mixti, lati, ſtricti, raris, & ſpiſſi.

DE INIVRIOSI VIRI FIGVRA CAP. XXXVIII.

SVESSANVS hic increpat græcanicarum literarũ imperitos, qui præſens caput iniuriarum amatoribus inſcripſerunt; cum potius munerum amatoribus inſcribere debuiſſent, cum ipſe hic, & vniuerſo hoc libro græcarum litterarum imperitia, omnia diſtorqueat, dilaniet, & nculcet. Nec aduertit ſigna, quæ amatori iniuriarum cõpetunt, eſſe iam iracundi, impetuoſi, & ferè calidi hominis. Sed Græcus Ariſtot. textus corruptus eſt, & ſigna, quę ſparſim toto opere iniuriarum amatori diſſeminata ſunt, hinc in vnam figuram Ariſt. & Polem. collegerunt.

Iniurij. Ad Canes.

Superius labrum eleuatum. Forma præceps, ſiuè proteruus, & temerarius. Addimus nos. Collum erectum. Ceruix Craſſa, vel aſpera, & vertebra eius ſupereminens. Facies oblonga. Loquela grauis, & debilis. Tardo greſſu ambulantes. Manentes in vijs, circumcirca aſpicientes. Aequales calculi inſuluis oculis.

DE TALORVM AMATORIS VIRI FIGVRA. CAP. XXXIX.

FIGVRAS appoſuit Ariſt. in ſuis Phyognom. amatoris talorum, gloriæ, & ſaltationis, ſed temporis iniuria exciderunt, ſolum tituli, ſiuè capita remãſerunt, non ſigna. Sed Pol. & Adam. qni optimè Ariſt. deſcripſerunt, & paraphraſibus ornarunt, cum iunioris fuerint, temporum iniurias ſenſerunt. Sed Polemon philocamos Adaman. philocibos habet. Sic Ariſt. priſtino candori reſtituerunt. In Polem. cum figura lucricupidi implicitum eſt. Sed Atiſt. habet amatores taborum, vt etiam Adam. Sed Pol. philocomos, vel philocamos: nam comos aleæ ludus eſt, & comi ebrietatis, & intemperantiæ feſtum, vel procacium iuuenum contubernium, ſiuè comicos dicax, quod mihi valde arridet, cum huiuſmodi figuræ ſigna, quæ afferunt, callidi viri ſint.

Amatoris talorum.

Denſi capilli, erecti, & nigri. Denſa barba, & hirſuta tempora. Sed Polemon pro erectis capillis, recti menti dixit: ob id textus corrigendus. Oculus pinguis, ſplendidus, & lucidus. Hęc figura inquit Adamant. eſt amatoris talorum, choreæ, & vini. Sed corrigendus eſt Adamantij textus ex Polemone. Addimus nos. Oculi ſurſum euntes, magni, ſubrubri.

Ama-

Amatores venationis. Ad canes venaticos. Adducimus hic Adonis imaginem: qualis Romæ marmorea vrſitur: contemplare venatoris figuram.



Libitum eſt, ne ſigna hæc amatoris venationis, ferarumque diſpereant, hic addere. Lymbi teretes, longi. Oculi ſurſum euntes, magni, & ſubrubri.

DE LOQVACIS VIRI FIGVRA. CAP. XXXXI.

SI iam propè finem non eſſem, profectò à ſuſcepto opere deſtitiſſem, ita me deprauationes, mutilationes, & monſtruoſæ ſcriptorum deterrent interpretationes, vt vix verſum reperiam, in quo non tot errores, quot verba ſint. Ariſt. textus qui ſomnolenti figuram habet, intra ſe implicitam habet dicacis figuram. Vti admonet nos Polemonis textus, qui ſeparatum habet caput, & ſigna etiam diuerſa ſunt, namquè ſomnolenti nullo pacto dicaces ſunt.

Loquacis. Ad Aues, & ranas.

Ranis ab authoribus tribuitur loquacitas, aſſidue enim obganniunt, & odioſam illam cantionem iterant ſine fine. Forma pulchri. Piloſi circa ventrem. Addit Pol. Superiora maiora habent. Aures magnæ, & arrectæ. Naſus rectus, vel in medio latus, declinans ad ſummitatem. Genæ oblongæ, color faciei mellinus. Anhelantes, vt qui curſum defatigati. Mentum oblongum. Guttur aſperum. Manus graciles, & tortuoſæ. Digiti longi, graciles. Coſtæ tumidæ.

Stultiloqui. Ad Aues.

Genæ oblongæ. Os exertum. Coſtæ prætumidæ. Oculi ſurſum euntes, ſubrubri, magni.

Sonori. Ad Aues.

Collum gracile, & longum.

Clamoſi. Ad Canes.

Superius labium, & gengiuæ prominentes.

Eloquentes.

Vox grauis, & ſonora.

INEFFICACIS, ET EFFICACIS VIRI FIGVRA. CAP. XXXXII.

NVNC inefficacis viri figuram, quam ex Ariſt. aliiſque collegimus, in negocijs peragendis apponemus, inefficaces ſequũtur dominiũ phlegmatis.

Inefficaces.

Corpore parui, ſiccis, carnibus, & colore calidum innuente præditi. Vel magni corpore, carne humida, & colore humidum innuente. Vel breui greſſu ambulantes. Vel breui, & tardo. Vel breui, & celeri.

Efficaces.

Corpore parui, humidis carnibus, & colore humidum innuente præditi. Vel corpore magni, & duris carnibus, & colore ſiccum innuente. Vel mediocri corpore, carne, & colore, temperaturam bonam innuente. Vel ambulantes longo greſſu, vel longo, & tardo, vel longo, & celeri, vel celeri. Oculi tarde ſe mouentes.

Præcipites: calidi.

Corpore parui. Corpus valdè paruum. Capillorum color flauus rubeus. Lingua velox. Carnis color rubeus. Ambulantes celeri greſſu. Oculi ſplendentes cæſij. Sanguinei, vel ſplendentes toruè intuentes.

Circumſpecti in operibus.

Facies macilenta.

Solliciti.

Facies macilenta. Oculi aperti obſcuri, humidi, vel non conniuentes, humidi, placide intuentes.

Laborioſi.

Facies oſſea.

DE FATVI IMPROBI VIRI FIGVRA. CAP. XXXXIII.

IAM hominum figuras virtuoſorum, vitioſorumque deſcripſimus, reliquum eſt prius, quàm operi coronidem imponamus, de ea virtute ſermonem habere, quæ virtutes omnes excellit, & de eo vitio, quod vitium omne ſuperat, imò eſt vitiorum omnium ſentina, ferinum dictum, vel beluinum. De hoc prius ſermonem habebimus. Ferinum hoc vitium cum in hominibus præualet, homines ſimilis feris efficit. Sed vt melius, quæ dicamus percipiantur, ſcitote quod homo locatus eſt à ſummo Deo in confinio ſupremarum intelligentiarum, & brutorum: nam ob intellectum illis aſſimilatur, ob ſenſum beluis. Si vitijs imbutus, non beluis ſimilis, quæ vitia fugiendi electione carent, erit, ſed brutis peior, & hic non homo, ſed ferinus, & beluinus dicitur, vt qui omni abdicata ratione, humanis carnibus veſcatur, cum filijs coeat, filios trucidet, eoſque parentibus eſui apponat, vt Thieſtes, Tantali, & Athrei. Antiqui Phyſiognom. hos ſtultos fatuos vocant, ſigna ſimul colligentes ſtultitiæ, malitiæ, & agreſteitatis. Inquiunt enim. Quemadmodum feræ eiuſdē generis aliæ cicures, aliæ agreſtes ſunt, cicures mitiorum morum, placidorumque ſunt, agreſtes aſperiorum, peiorumque, vt in capris ſilueſtribus, ouibus, equis, aſinis, & cæteris eiuſmodi animalibus videre licet, ita enim in hominibus deſtinguere licet, vt cum mores ſigna ſequantur, ſingula ſigna iuxta huiuſmodi diſcrimen apponere. Nam alij homines ſigna hæc ferociora, agreſtiora, vehementioraque habent, alij mitiora, vrbanioraque. Signorum diſcrimina in lenitate, & aſperitate, mollitie, & duritie, ſiccitate, & humiditate diſtinguere oportet, & ex ijs agreſtes, & mites mores, iniuſtitiam, & iuſtitiam, temperantiam, & incontinentiam agnoſcemus, vt ex hominibus, qui agreſtes, vel qui vrbaniores fuerint agnoſcamus. Hæc ex Polem. & Adam. verbis, vt potuimus interpretati ſumus. Nunc ſigna fatui improbi, ideſt agreſtis, & peſſimi hominis apponemus, eumque ad vrſos, vel ſi quæ ſunt ſæuiora, peſſimaque animalia referamus, vrſos enim fatuos, aſtutos, ſæuos, pernicioſos, perfidos, & fraudolentes eſſe ſcribunt feritate, cæteras beſtias ſuperare Philoſtratus ſcribit. Ouidius.

Quod niſi pondus iners, ſtolidæque ferocia mentis?

Vtcunque manſuefacto (quod valde malignum, & fraudolētum ſit animal, & ſubinde ad ingenium redeat) minimè fidendum eſt, quod miſerabiles ſæpè caſus oſtenderunt.



Fatui improbi. Ad Vrſos.

Capilli rigidi. Sed Polemon id non habet. Caput durum, & acuminatum. Sed Adaman. anguſtum, & acutum habet, & melius. Aures magnitudine nimia, & ſubflaceidæ. Ceruix, & collum rotundum. Tali acuti. Sed Adam. hoc non habet, & puto mendum in Polem. cum ſuo loco de pedibus loquatur. Frons dura, & aſpera, nec tale Adam. habet. Oculi obſcuri, parui, ſicci, concaui, profluentes, intenti aciem dirigentes. Malæ anguſtæ, oblongæque. Mentum longum. Sed ego paruum puto, ad ſerpentes relatum. Os loquax, longum, apertum, vt quaſi bifida facies videatur. Incuruus. Ventricoſus. Craſſis lacertis. Pedum, manuumque extrema (Polem. habet articuli) oblonga, pinguia, & dura. Colore ſubpallidus, vt excitatus à ſomno, & crapula videatur. Vox balans, turpis, puſilla, & ferox. Sed Adaman. non habet turpis. Rhaſis: Figura viri peſſimorum morum, hæc erit. Facies fœda. Colorem cum quadam obſcuritate rubeum habens. Cutis faciei ſicca. Totius corporis macies rugoſa. Facies, ac capillorum nigredo, & lenitas. Auicenna ſignum refert hominis vnius contrariæ complexionis, & corporis compoſitio diſſimilis, & eum malum ingenio, intellectuque. Magnum habet ventrem. Digitos curtos. Faciem, & caput rotundum. Staturam magnam, & paruam in facie, & fronte. Carnis multitudo, etiam in collo, & pedibus. Eius facies mediæ ſphęræ ſimilis. Ipſius mandibulæ magnę. Caput, & frons rotunda. Facies valde longa. Et collum vehementer groſſum. Et in oculis motus tarditatem, ait omnibus hominibus bonitate remotior.

Ferini. Ad feras.

Capilli denſi. Rufus plus nimio capillorum color. Genę piloſę. Dorſum piloſum. Humeri eleuati. Pedes breues, & pingues. Vngues curui, anguſti, & longi, vel carnoſi. Digiti breues, & craſſi. Oculi cęſij, crocei, ſupercilia concreta coniuncta.

Peſſimi moris.

Naſus ad faciem obliquus. Facies deformis, vel parua, & crocea, imberbis. Loquela ſubflacida. Humeri extenuati, & acuti verticis. Magni oculi, & commori micantes, aſpicientesque, vt irati ſolent, & palpebras referent, & ſubalbicantes fuerint, & circa calculi crocei igneis admixti, cum alijs cęſijs. Vel ignei calculi rotundi, ſed ignea grana quadrangulari forma inſtar, ignis ſublucentia, & pręter hęc calculi pallidi igneis permixti, & alij cęſij, & circuli ſanguinei & cęrulei pupillam ambiant, vel oculi ſplendentes, nigri, ſubridentes, vel ſplendentes, ex ijs funiculus imminet, & cilia aſpera, & palpebrę erectę, & aſpectus trux, & amarus, vel oculi ſe mouentes parui, & palpebris mobilibus. Vel ridentes, ſicci ſubaſpicientes.

Nefarij.

Pupillarum orbes inęquales, vel pupillarũ orbes eodem modo circumcurrentes, vel conuerſi coniunctim ſe mouentes. Vel orbes maculoſi nigris maculis, & tubidis.

DE HEROICI VIRI FIGVRA. CAP. XXXXIIII.

NVNC de virtute ea dicemus, quę virtutum omnium cumulus dicitur, quę ſupra nos eſt, & Heroicam dicunt, & diuinam. Hęc maximè opponitur uitio, quod ſuprà diximus. Hęc virtus cum humanam naturam, & conditionem excellat, efficit homines, in quibus reperitur, ferè diuinis intelligentijs ſimiles, nam homo, quum tantarum virtutum plenus eſt, videtur humanitatem ſuperare, ſed non poteſt intelligentijs, vel angelis ſimilis dici, quos morales virtutes non decent, cum morales virtutes omnes excedant. Sed dicitur Heros, vel Semideus, vt antiquis temporibus pręfulſit Mercurius, Herculis, cęterique, & Homerus introducit Priamum de Hectore loquentem, eo quòd valdè erat bonus.

Non hominis mortalis filius ille
Eſſe videbatur, ſed magna ſtirpe Deorum.

Et Lacones cum aliquem valdè admirantur, diuinus, inquiunt, vir eſt. Vtrique inter homines rari ſunt, illi inter barbaros reperiri poſſunt.

NAEVI, VEL SIGNA IN FACIE APPARENTIA, IN QVA CORPORIS *parte reperiantur præſagiri. Cap. XXXXV.*

NON alienum à noſtro propoſito duximus, hic aliqua de nęuis inſerere, ſiue de ſignis, quę in facie apparent, & in qua abdita corporis parte correſpondeãt, nõ quippe inutile, iucundũq; iudicaui, quæ etſi falſa expertus eſſẽ, fortaſſe alijs tradere deſtitiſſem. Aliqua de his à veteribus ſcriptoribus deſcribuntur, ſed inter ſe varia, & repugnantia, nec experientię reſpondentia.

Aſpice ſemiuiri figuram, in qua vtriuſque ſexus næuos valeas indicare, lineis à facie ad corporis partes reſpondentibus.



Aſtrologi faciei partes planetis diſtribuunt, oculos luminaribus, naſum Veneri, & cæteras cæteris. Et hos ſignare corporis partes eas ſub ſignis, quibus dominantur, conſtitutas, quæ etſi veritatem aliquam ſubolere videantur: falſa tamen, & vana comperimus. Inter quos Hali Abhenragel Arabs aliqua ſcripſit, Melampus Græcus, aliqua etiam cir-

circumferuntur ſub nomine Merlini Britannici. Sed mannenſium erroribus adeò depra-
uara, vt nil lucis ex eis nanciſci potuimus, & quotquot videre contingerit, vanos omnes, &
fallaces comperimus. Tandem ad experientiam nos contulimus, humana corpora obſer-
uantes, vt qui ſingulares neuos in facie, & qui plurimos haberent, & in quibus ſæpius
corporis partibus reſponderent, ita vt potuimus accommodauimus. Conſiderauimus iam
quandam eſſe proportionem inter faciei, & totius corporis partes, & ſibi inuicem reſpon-
dere, & in quantitate, & qualitate, ſic etiam ſignis. Naſum videmus præputio reſpon-
dere, vt quibus longus, obtuſus, breuis, vel acutus eſſet, eadem & mutonis forma, ſic
etiam nares, teſticulis. Labia, & oris ſciſſio naturæ oſtij limitibus reſpondent. Facies
imo ventri, & natibus, vt quibus carnoſa, & corpulenta, tenuis, vel ſtrigoſa eſſet, eaſ-
dem ſimiles habere contingerit. Collum cum cruribus, & brachijs eandem ſubeunt ra-
tionem, aures coſtis, oculum ano, vt ita pars in facie, quæ huiuſmodi ſignis imprimeretur, &
corporis partes, quæ illis correſpondent, iiſdem etiam ſignarentur. Sed ad rem acceda-
mus. Halì Abhenrágel librō De Iudicijs ait. Si in fronte næuus fuerit, alium etiam in pe-
ctore futurum iudica. Sed de qua frontis parte loquatur, non dicit. Merlinus medium dex-
træ partis ſignat, & dexteram pectoris partem ſignare dicit, vt ſiniſtra ſiniſtram. Ego in
ſuprema frontis parte affirmarem, ſupra oculos: nam ſupremā frontis partē upremam pecto-
ris poſſidere æquum eſt. Et id magis veritati reperi conſonum. Quod ſi alter paulò ſub
eo fuerit, videlicet in medio latitudinis, & alter ſub mammis erit. Merlinus, paulò infe-
rius ſignat, quod puto accidiſſe ex manuenſium errore. Si in dextra parte ad aures ac-
cedat, in latere erit, in ſiniſtra, in humeris è regione pectoris. Quod ſi alter plus ſuperci-
lijs accedet, & in immo ventre alterum præfigurat. vt ſi videlicet cilium attingerit, in pe-
ctine erit. Sed Halì in pectore tutò eſſe dixit. Oſtendit experientia in imo ventre eſſe;
Quod ſi in ſiniſtra parte circa aures erit: in natibus ſignabitur. Sed qui in aluo ſignatus
erit, Melampus Græcus gulonem, & voracem ſignificare. Si verò inter cilium, & ſuper
cilium, ſimiliter & inter vmbilicum & virilia Halì dixit reperiri alterum: ego autem in imo
pectore. Nunc de naſo loquemur, qui vt diximus ſcroto reſpondet, vnde ſi in frontis ra-
dice, vt in cauitate illa naſi fuerit, neuus & in præputio alter erit. Ob id Halì ſi in
fronte apparebit, etiam in teſtibus videbitur. Sed non explicauit in qua frontis parte,
vbi intelligendum in ima fronte, in principio naſi. In naſi ſummitate, alterum in præ-
putio figurat. Halì dicit, ſi in nare næuum, vel ſignum qui habuerit, & in genitali, ſci-
licet in glandis circuitu habebit, & in ſiniſtro pectore, & in latere etiam. Sed per nares
naſi ſummum intelligere voluit, quod ex arabica interpretatione vertens quis, facilè erra-
re potuit. Melampus: ſi in naſo, vel in oculo conſpectus fuerit, etiam ad venerea pro-
penſum plus nimio feretur, quod ſi fœminæ in naſo obliquè ſteterit, etiam in abditis ha-
bebit, & inexplebilibis erit coitus. In naribus næuus, in teſticulis ſignat. Sicut in fine
naſi nares, in fine ſcroti teſtes. Halì: ſi in aure fuerit, & in fæmore idem ſortietur. Ego
aurem brachijs reſpondere dicerem, & fæmoribus. Et ſi circa tempora in ſpatulis ſignat.
At ſi in naribus alius conſpicuus erit: in vlnis inter cubitum, & humeros habere teſtatur
Halì. Sed ego non verè ſub naribus dicerem, ſed è regione interſtitiioris, & naſi, & cir-
ca aures. Hæc enim regio brachia ſignat, & vlnas. In labijs verò fæminæ conſpectus in
naturæ hoſtij limine alius reperietur, dicit Halì. In Hominibus teſticulos ſignari comperi.
Sed gulones, & cæniperas eſſe teſtantur, inquit Melampus. E regione verò oris, maxil-
lam verſus, moſtrat alterum in cinctura. Genæ natibus reſpondent. Si in gena dextræ
partis erit næuus ſub oculis, in natibus erit, in ſiniſtra, ſub renibus: ſemper ſiniſtra pars
dorſum ſignificat. Mentum quia pars ima faciei eſt, imæ pedum parti reſpondet, ob id
mentum pedes oſtendit. Pars circa aures fæmora oſtendit. Halì verò: in mento vnus, alter in
lienis parte erit. Sed in liene, vel ſub aluo indicat valetudinarium Melampus: collum
cum cruribus eandem ſubit correſpondentiam. Sic etiam brachia, & pedes. Halì. Si ve-
rò ſub gula apparuerit, & in dextro pectoris latere erit alter. At Melampus ait; vbi de-
finit venter. Hali etiam inquit. In manibus verò vnum, alterum in genitali indicat.
Sed næuus in manibus virorum, mulierumque in ſobole fœcundos dicit, ſed fæminā fœminas,
vir viros generabit. In ſuperiori verò parte, qua cor ſitum eſt, neuus in mare, vel in pu-
pilla in fæmina, facinoroſum iudicare poteris In fæminæ dextro genu næuus, probitatis
ſignum, in ſiniſtro fœcunditatis. Sciendum præterea in dextra corporis parte ſigna proba-
ri, contrarium in ſiniſtra.

IO. BAPTISTAE PORTAE NEAPOLITANI
DE HVMANA PHYSIOGNOMONIA
LIBER SEXTVS.

PROEMIVM.

SATIS ſuper quam iam ſuperioribus libris oſtendimus, quomodo ex apparentibus ex facie ſignis animi mores, naturæ penetrabilibus occluſi, noſcerentur, & patefierent. Res ſatis digna admirandaque. Sed maior res ſupereſt, noua, optandaque, quomodo ſcilicet præcognitis aliorum vitijs, ſuiſque, non ſolum mederi, ſed etiã extirpare condiſcat. Quid enim proderit ſe ipſum noſcere, ſi quæ mala in te noueris, ea in melius conuertere non valueris? Sed id non perſuaſionibus, varijſque animaduerſionibus, vt morales Philoſophi in eorum libris facere ſunt conati. Sed naturalibus medelis, humores purgando, lapidum, herbarum, rerumque aliarũ virtutibus, occultiſque proprietatibus. Non quòd vitia moralia vis aliqua naturalis ſanet, aut extirpet, ſed ꝙ eos expurget, minuat, aut augeat humores, quibus excreſcũt, mitigantur paſſiones, q̃ nos vitia incliuant: quod ſolum hac in re præſtare poteſt, naturales remediũ. Pythagoras, & Plato tentarunt, ſed non perfecerunt, quod etiam etſi extarent volumina, fortaſſe hoc onere leuaremur. Galenus ſe id percallere faſſus eſt, rationem autem non tradidit, libro enim quod animi mores corporis temperaturam ſequantur; ait. Ergo nunc quoque veluti reſipientes ij, qui in alimenti hos modeſtiores fieri, Illos proteruiores, quoſdam nequiores, alios temperatiores, & audentes, & ignauos, & manſuetos, & lenes, & litigioſos, & pertinaces fieri poſſe ægrè concedunt, accedant ad me, quibus veſci, quæ bibere eos oporteat edocentur. Nam & ad moralem philoſophiam proficeret plurimum, & parui ratiocinatricis facultates ad virtutem prouehunt, vtique tùm ſolertiores, memoriaque valentiores, tum ſtudioſiores, prudentioreſque effecti. Eos etiam præter cibos, & potus, ventos quoque ipſos, & ambiẽtis aeris temperationes, qualia item loca eligere, & qualia fugere conueniat, docebo. Sed quis ſanæ mentis compos id fieri faciliter poſſe verebitur? Si videmus animam calida corporis temperie deſtrare, eademque refrigerata ad ſua munia redire?

QVOMODO IGNARVS HOMO PRVDENS, ET SAPIENS fieri poſſit. Cap. I.

EDOCTVRVS quomodo homo ſapiens, vel prudens fieri poſſit naturalibus remedijs, oportet prius inueſtigare, prudentia in qua corporis parte, & temperie locetur, vt opportuna remedia poſſine propinari. Prudentiam igitur (varias aliquorum philoſophorum diſceptationes relinquendo) in cerebro ſuam regiam habere fatendum eſt, & vt cerebrum ſuum munus rectè obire poſſit, optima oportet conſtet figura, & ſufficienti quantitate, & proprio temperamento, atque pura, & ſubtili ſubſtantia, ſed qualis figura, & quantitas eſſe debeat: iam ſuperioribus libris tractatum eſt, nec ipſæ immutari non poſſunt, vt ab ipſo conditore efformatæ ſunt, at temperamentum immutare poſſumus, & eius ſubſtantiam rectificare. Hic igitur inſiſtendum. Sed prius inueſtigandum eſt, quæ ſit eius propria qualitas, & quibus gradi-

gradibus intendamus, id quod ex naturalibus obſeruationibus perquirendum duximus. Alibi probauimus animum in corpus omni perfectione cumulatum delabi, & ijs, vti preparata reperit, vtitur inſtrumentis, at in infantia, & pueritia ſuperflua humiditate obruta, caliditateque hebeſcit, deliteſcitque. In virilitate deinde, vbi calor humiditatem conſumpſerit, rectè ſuo fungitur munere, cuius temperies calida, & ſicca eſt, ſed ſenio adueniente, quod frigidum, ſiccumque eſt, tunc ſapit, & prudentiſsimus eſt. Videtur igitur prudentiã in frigiditate, & cerebri ſiccitate conſiſtere. Q̃d in humiditate non immoretur, hoc alio argumento reddimur certiores. Quoſcunque homines rudes, hebetes, & indociles videmus, ex ſuperflua humiditate, qua conſtat euenire cognoſcimus, quibus ſi feruens æſtus acceſſerit, in frenesim, & dilirium incidunt, doctiores fiunt, & de varijs loquuntur ſcientijs, & futura vaticinantur. Animalium omnium rudiſsimum eſt ſus, quod omnium humidiſsimum ſit. Pindarus poeta Beotios ſtultiſsimos tradit, quod in humidis locis habitantes, humidiſsimi fiunt, & porcis comparat. Populi hebetes & rudes, qui Beotij dicuntur, prius porci dicebantur. Magnates verò quia ocioſi ſunt, humidi fiunt, ob id plerumque rudes, at qui varijs agitantur fortunis, induſtrij ſunt, exiccat enim vigilantia, labor, & exercitium humiditatem. Præterea qui in Septentrione degunt, ob nimiam cæli frigiditatem cerebrum eorum nimia redundat humiditate, imperiti, & rudes ſunt. Contra ſub zona torrida, ob intenſum calorem, calidi ſunt, & ſolertes. Plato animam noſtram prudentiſsimam eſſe dicit, at in corpus dilatam, in pueritia ob nimiam humiditatem, rudiſsimam, ab ætatis curriculo ſicciorem factam, prudentiorem fieri. Ariſtoteles ea animalia prudentiſsima dixit, quæ frigida, & ſicca ſunt. Vt apes, & formicæ, quæ in prudentia cum hominibus videntur concurrere. Ex ſiccitate igitur ſine dubio prudentia in cerebro oritur, ſed verum ex caliditate, vel frigiditate inueſtigare conandum. Cuncti in philoſophia proceres viri in hoc cõueniunt, potius in frigiditate, quàm cerebri caliditate conſtitui: nam videmus melancholichos maxima prudentia conſtare, & hæc frigida, & ſicca eſt. Sed melancholiæ duæ ſpecies, alterã fęx ſanguinis, frigida, ſiccaque, ex craſſa ſubſtantia conſtituta; hæc ſtupidos, & ignaros efficit, altera eſt atrabilis, aut cholera aduſta, quæ homines ſapientiſsimos reddit, & hæc varia ſuſcipit temperamenta: nam aliquando frigefacit, aliquando calefacit, ſemper autem exiſiccat, hæc ſplendet in atro, vt gagates lapis. De hac loquens Heraclitus dixit. Splendor ſiccus anima ſapientior. quem ſplendorem prima melancholiæ ſpecies non habet, ſed atrum hebeſcentem. Indiget anima luce, vt ipſi inquiunt, vt ea in nigredine rerum figuras inſpicere poſsit. Ariſtotiles Melancholiam frigidam, & ſiccam eſſe pro temperamento intellectus, calidam vero pro temperamento imaginatiuæ, ſunt enim varij, & inæquales effectus ob coleram aduſtam, quæ varia, & inæqualis eſt. Signa quibus eiuſmodi tẽperiem calidam, & ſiccã cognoſcere poſſumus intellectus, hæc ſunt, Color vultus cinereus, vel pallidus, capilli nigri, caluescentes, graciles, rugoſi, hirſuti, venæ latæ, & ipſi affabiles, & comitate delectabiles. Sed idem temperamentum luxurioſos, ſuperbos, calidos, veteratores, maleficos, vitioſos, vindictæ cupidos facit. Sicce verò, & frigidæ temperiei ſigna, caſtitas, timor Dei, charitas, miſericordia, & peccatorũ pænitentia. Ariſtotelis verò in ſanguinem prudentiam reperiri; ſanguis qui tenuior, atque frigidor eſt; vim ſentiendi, intelligendique obtinet pleniorem. Hoc idem diſcrimen habetur, ijs quoque, qui ſanguini proportione reſpondent. Apes enim & eiuſmodi animãtia ingenioſiora multis ſanguine preditis ſunt. Nec non inter ea, quæ ſanguinem habent, ingenioſiora ſuis contrarijs ſunt, quæ ſanguinem habẽt frigidiorem, & tenuiorem. Sed quæ calidum, tenuem, & ſincerum habent, vna cum viribus corporis ingenio valent. Eſt ſanguis, qui ſpiſſatur, & qui aqueus eſt & frigidior, qui ſpiſſatur terreus eſt, qui aqueus dureſcere non poteſt, vnde animalia, quæ talem obtinent ſanguinem, ſapientiora ſunt, ſed non ſanguinis frigiditate, ſed tenuitate euenit, & munditia: nam humor, qui tenuior & ſiccior eſt, ſenſum nobiliorem habet; vnde nulla ex ijs, quæ ſanguine vacant animalia, prudentiora ſunt ſanguinem habentibus. At Galenus animæ aciem per ſuccum bilis fieri; per melancholiam, conſtantiam, firmitatemque, per ſanguinem animi ſimplicitatem, & ſtoliditatem. Vt igitur ad remedia accedamus, ſi cerebrum nimia humiditate redũdat, illud purgare oportet, vt ſuo recte officio poſsit vti, deinde vt aere puriore, & ſicciore habitet, & vti aquis tennioribus, & ſinceris: nam ad id multum habent momenti. Hyppocrates libro de aere, aquis, & locis dicit. In regionibus, vbi terra eſt craſſa, mollis, & aquoſa, & aquæ valde ſublimes, vt æſtate calidæ & hyeme frigidæ, ibi homines ad artes tractandas craſſi, vbi autem regio nuda, munita, & aſpera, quæque a frigore hyberno præmatur, & à ſole æſtiuo exurantur, ad artes acutiores, & plus ſolertes. Galenus ſub Septentrione degentes animo eſſe contrario effectos ijs, qui torridam Zonam inhabitant, & qui inter hos medij regionem benè temperatã

ccíunt

colunt, & ingenij felicitate, & prudentia illis hominibus præſtantiores. Idemque. Quando cerebrũ optimè temperatum eſt, optimè diſcurrit, & philoſophatur, at ſi plus nimio caleſcit, feruet, & delirat, ſi nimio plus riget, hebeſcit, & torpet. Igitur ſi locis frigidis immoratur, friget cerebrum. ſi calidis, caleſcit, vnde ſi temperatis degerit, vbi calor à frigore non ſuperatur, nec ſiccitas ab humiditate, fit homo ingenioſus, & prudens. Vnde admirabile viſum eſt in Scythia Anacharſis naſceretur, & Athenis Melicerides ſtolidus. Sunt enim Athenarum loca ſterilia, frigoſaque, & in ijs impoſſibile fore poſſe hominem imperitum reperiri. Plato locum ad prudentiã iuuare, oblædereq; contra corporis ægritudinem aſſerit, in principio Timæi. Vniuerſam hanc coordinationem, Deus, inquit, coaptauit, & mediam in ea partium animi temperiẽ ordinauit, quod prudentiſſimos viros laturam videret. Maximam vim habet cælum in gignendis, ſeruandiſque ingenijs. Athenienſes acumine ingenij multo præſtiterunt Thebanis, quod hi craſſo, & madenti, illi vero puriore cælo fruerentur. Indiam, inquit, Diodorus multa ex parte homines ingenio præditos, & aerem habere, quod aerem ducant purum, & aquam ſaluberrimam bibant. Maximam habet præterea vim cibus in ingenijs reficiendis, producendiſq;. Plato eodẽ loco. Diuerſis in locis ob aquam, & alimentum ex terra prodiens, non ſolum in corporibus melius, ac deterius, ſed in animis quoque parere non minus poteſt. Demonſtrat Galenus alimentum ad animi facultates maximum momentum habere, ac præſtantiore animo, & deteriore fieri poſſe arbitratur, mutatur enim temperies cibo, vnde & cerebrum, & cor calidius, & frigidius, quàm antea fuerunt, redduntur. Sic ſiccius, humidiuſque. Vnde modeſtiores aliqui, & proteruiores, ſicegnari, audentes, hebetes, & perſpicaces. Ad hæc Cicero. Etenim videre licet acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit purus, & tenuis, quàm illorum qui vtantur craſſo cælo, atque concreto. Quin etiam cibo, quo vtare, intereſſe aliquid ad mentis aciem putant. Sed quibus cibis vtamur, docet Phyſiognomonia. Scilicet ſcobem dentis elephanti in mellicrato potam, cor ſimiæ aſſũ, & aridum, oua anſerum, cornu ceruinum, vpupæ linguam, perdicis fel, & galli carnem, caſtoreum illitum, & fel gruum. Refert & optimum vinum potare. Inquit enim Rufus. Vinum non ſolum humanam naturam iuuare, verùm turbidum ingenium clarificare, tenebras, fumoſitates in corde, cerebro expoliri, & alia quamplurima optima facere. Contrà vitandæ ſunt carnes aſinorum, caponum, camelorum & eiuſmodi ſimiliũ. Galenus libro De theriaca ad Piſonem, compertum eſſe dicit, theriacam & ad animi prudentiam, & ad ingenij acumen haud parum conducere, quandoquidem & ſenſus, & actiones ſuas fortiter obire faciat. & mentem à vaporibus corporis liberando, ſolertem magis reddit. Alectorius Smaragdus, & Chalcidonius portati, ingenium acuunt, ornatum, verbis diſertum, & facundum reddunt.

OBLIVIOSOS VIROS QVOMODO MEMORES REDDAMVS.

Cap.

MEMORIAM in humida cerebri temperatura conſiſtere conſentaneum eſt, humida enim mollia ſunt, in mollibus, vt in cera, res facilius imprimuntur, oportet enim in cerebro, vt in eo facilè rerum phantaſmata deſignantur. Vt ſi eatum memoria recolere cordi fuerit, præſto adſint, ſi enim dura eſſet illius conſtitutio, difficilius imprimerentur. Quod igitur in humiditate memoria conſiſtat, his argumentis nobis perſuademus. Videmus enim in puericia meliusdecta, vel audita memoriæ mandari, quia tunc humidiſſimum cerebrum, in ætate prouectiori, quia reſiccatur, difficilioris: in ſenecta verò quia humiditas abſumpta, & reſiccata eſt, ægerrime reminiſci. Præterea ſummo manè molius memoriæ mandamus, quàm ſero: nam mane cerebrum humidum eſt, humefecit enim præteritum ſomnum, ſerò verò diurna vigilia exiccatur. Quod verò ſomnum cerebrum humefaciat, Hippocrates, & Ariſtoteles literis mandarunt. Hæc quæ hic dicimus, contraria ſunt eorum, quæ ſuperiori cap. diximus, nam intellectus in ſiccitate, memoria verò in humiditate conſiſtit: ob id, qui memoria præſtant, intellectu ferè carent, quum difficillimum ſit vno eodemque tempore cerebrum humidum, ſiccumque eſſe. Sed memoria triplex, in triplici cerebri differentia reperitur nam vel humidum valde erit, & tunc memoria illico apprendit, & illico delabitur, vel ſicciſſimũ eſt, & tunc difficiliter recipit, & ægerrime dimittit, vel in humiditate mediocriter ſe habet, etſi facilliter recipit, facilius retinet. In cerebro humiditas ex duplici cauſa gignitur, ex aere, & aqua,

aura

etſi ex aqua humeſcit, & illico recipit, illico dimittit, at ſi ex aere, non ſolum facilè recipit, ſed facilius quoque retinet, pingue enim tenax eſt, & facilè admiſſa retinet. Signa quibus hæc in homine cognoſcantur, ex aere, ſunt capitis & capillorum pinguedo, at ſi ex aqua, ex capillorum mollitie, & prolixitate. Memoria igitur, quæ mediocriter humida eſt, præſtantiſsima, quæ ſicca eſt, peſſima. Mediocri humiditate prædita animalia id demonſtrant, vt columba, quæ adeò optimæ memoriæ eſt, vt in India pro internuncijs vtantur: nam à ſiccis pullis abſtracta, & longius ducta, dimiſſaque, ad eos quàm citiſſimè regreditur. Quod in ſiccis animalibus contrarium videmus: coruus, ſiccum animal, & obliuioſum; ex arca dimiſſum regredi non meminit, redijt autem columba. Si frigus cũ humiditate coniungatur, ſoporem, & ſtuporem affert, frigus ſine humiditate memoriæ nocet. Quando igitur, vel perijt, vel grauiter læſa eſt, memoria, frigida omninò intemperies eſt, quo circa calefacere ipſam oportet, aut exiccare, vel humefacere non neceſſarium eſt, ſed ſi humiditati copuletur, arefacere, ſi ariditati madefacere. Cæterum ſi inter has medium obtinet, ipſum conſeruare oportet. Nouit Galenus quendam, qui ob laborem in ſtudijs, atque vigilijs memoriam pene amiſerat, læſa etiam ratione. Item agricolam, qui ob labores, quos vites colendo ſubierat, & ob tenuem victum, eodẽ morbo affectus eſt, atque ijs exiccantibus, & calorificis lædebatur, madefacientibus, & calefacientibus haud mediocriter iuuabantur. Plato acidas, & ſalſas pituitas, & quicunque amari, & biliosi humores corpus purgantes, & halitum cerebro immittentes, obliuiones, & hebetudines inducunt. Cura erit, primo euacuare materiam impedientem, poſtea ſumere cerebrum confortantia, vltimo cuſtodire eam ab eis, quæ impediunt. Plurimum valet confectio anacardina, & ſumere coriandrum præparatum poſt cibum, & mandere maſtichen cum zinzibero, ieiunio ſtomacho, nam prohibet eleuare fumum ad cerebrum, & caput purgat ad humore phlegmatico, pliris, vel dianthos cum moſco, vuæ paſſæ, & myrobolani conditi. Lauare pedes ieiunio ſtomacho in aqua decoctionis meliſſæ, fœniculi, maioranæ, ſaluiæ, lauri, anthos, & chamæmeli, & bis in menſe lauare caput cum lixiuio, in quo bullierint prædictæ herbæ ieiuno ſtomaco. Poſt cibum ſumere res ſtipticas in modica quantitate, vt auellanæ ſiccę, caſtaneæ, ficus ſiccæ, meliſſa, gallitricus, & ſimilia, quæ prohibent eleuationem fumi ad cerebrum, vitare carnem vaccinam, quæ ſua proprietate memoriam deſtruit, fumoſos cibos, vt allia, porrus, cæpas, & legumina. Sic nimium ſomnum, & vigilias. Et quia iam vulgatum eſt, in poſtica capitis parte habitare, eiuſmodi linimento linatur. Recipe radicum rutæ, valerianæ, caſtorei, linguæ auis dragmas duas, in tenues puluceres redigantur, miſceanturque, mox recipe euphragiæ, verbenæ vncias quatuor, medullæ anacardi vncias tres, axungiæ quantum ſufficit, & ponantur in pyxide ſtannea, & liquida perungatur.

QVOMODO EX INIVSTO HOMINE IVSTVM REDDAMVS

hoc eſt, quomodo eum, qui inæqualitate humorum laborat, ad eorumdem proportionem, & æqualitatem reſtituamus. Cap. III.

IVSTVM hominem fieri poſſe in ſenſu in quo loquimur, etſi nõ ita natus ſit, non ibimus inficias: nam pleroſque legimus conatu, & medelis iuſtiores euaſiſſe. Eupolis Ariſtidem illum, qui dictus eſt iuſtus, Niciæ interroganti quonammodo iuſtum euaſiſſet, probe, grauiterque reſpondentem induxit. Naturæ quidem primum maximumque munus fuiſſe, deinde verò ſe prompto animo naturam ſuam adiuuiſſe. Dicebãt veteres iuſtitiam eſſe animæ ſanitatem: nam ſicut ſi in corpore ſinguli humores proportionem tenuerint, ac moderamen cuſtodirent, inde ſanum dici, etſi coaptata partiũ concinnatio temperiei corporis reſponderit, ſi igitur cuncta corporis membra incolumiter, & decenter ſe habent, & magnitudo, color, & totius corporis facies, ſtatura, & lineamenta vniuerſaque corporis compoſitio concinna, & decor, et venuſtas non deſit, iuſtum hominem efficiunt. Si igitur iniuſtus fuerit homo, ad iram, concupiſcentias, & ambitiones pronus fuerit, & hæc vitia ex prauo corporis temperamento proueniant, noſter erit conatus, vt corporis humores ad libellam exæquentur, & inter ſe bene compoſiti omnium virtutum hominem compotem reddant: nam optimè conſtituta corporis ſanitate, & anima quodammodo conualeſcit, varijſque virtutibus efflorescit. Sed quomodo corpus ad id temperamentum reddamus, ex Medicorum ſcolæ condiſcemus, quibus hanc curam relegamus. Etſi id difficillimũ eſſe à Galeno didicimus, tamen vt melius fieri poſſit, vt medicinæ vis ſe extendit, facere procuremus. Inde eiuſmodi hominem optimis cibis nutriemus

mus

mus dulcibus, & delicatis, & optimi temperamenti, & aqua, quam potare debebit, tenuis ſic, clara, & minimè vitioſa: nam & ea hominem nutrit. Mox purgato aere viuat: nam cibus primùm, mox aqua, poſtremò aer temperamentum peruertere poſſunt. Galenus libro De theriaca ad Piſonem dixit: Theriacam optimum temperamentum corpori inducere, & ei bonam valetudinem conſeruare. Idem lac caprinum cum melle manſum ciborum omnium optimum prædicat: nam temperatum eſt: in eo frigus non excedit calorem, nec humidum ſiccum, & ex lacte butyrum, vt Homerus laudat. Strabo Galactophagos abios, & iuſtiſſimos vocant, quod ex lacte nutriantur, & locis tenuibus purgatis circa Septentrionem viuant, ex eoque optimo temperamento longæuos dicit, ſiue abios. Vbi in membris pauca diſcrepantia, ibi & optimum temperamentum.

QVOMODO MELANCHOLICOS, ET MANIACOS SANOS, *& hilares reddemus.* Cap. LIII.

MELANCHOLICORVM multæ ſpecies, alij enim metituloſi, obſtupidi, miſerabiles, ac lachrimoſi, quærenteſque ſolitudinem, quam ſpeciem Græci Myſantropiam vocant. Alij ſe animalia eſſe, & earum actus, & voces imitatur, alii vaſa fictilia, timentque ne rumpantur, aliqui ſuſpicantur virulentum medicamentum accepiſſe, firmamque induunt ſuſpicionem, quod monſtruoſa, & abhominabilia vomant. Sunt qui amiciſſimos metuant, alij in lucē prodire verentur, ſed tenebris ſe immergunt, alij humida fugiunt, & tandem (vt paucis perſtringam) melancholicę amentiæ multæ ſunt, & particulares ſunt phantaſiæ, at vnum eſt commune omnibus, metus, & deſipientia. Qui hoc morbo præcipuè affliguntur, ſunt graciles, cōnjuentibus oculis, & prominentibus labris, vt plurimum, craſſis, ob ſpirituum denſitatem fuſci coloris, ob atri humoris ad cutim effuſionem, hirſuti, ob craſſarum ſuperfluitatum multitudinem, velocis linguæ, autipi, blæſi, balbique, gracileſque vocis, vi retenta linguæ, nam motuum firmitudinem ob ſpirituum ſunt, omne autem impetu; & valido motu hæſitat ſtatim, euaduntque melancholici, vel ob nimias vigilias, curas, & ſollicitudines, uel prauorum ciborū eſu, aut hemorroidum, aut menſtruorum ſuppreſſione: humor ipſe melancholicus, vel cerebrum ipſum, vel vniuerſum ſanguinem, vel præcordia, quę ſpecies flatulenta eſt, diramque auram in cerebrum eructat. Exuritur quoque flaua bilis ſupra modum, & in nigrum mutatur, ex qua inſaniæ ſpecies mania naſcitur, belluarumque modo hominem efferum reddit. Sed ad curationes accedamus, narremuſque primo quæ Medicorum ſchola ipſa afferat. Si cerebrum ſolum effectum ſit (ſigna quibus cognoſces, inferius indicabimus) iugibus lauachris, optimis cibis, & humidis ex animi hilaritate curabis. Si morbus in initio eſt, at ſi inualuit, potiora aggredienda ſunt remedia, purgandumque per initia aloe, & epythimo quotidie pauxillo ex hiſumptu, quo aluum ſubducat. Poſt purgationes abſinthium propinabitur, vel ſuccum, vel decoctum, & cubitum ituro, acetum acerrimum, præſertim ſiin eo ſcylla, polium, vel tenuis ariſtolochia permiſceatur. Quū verò opinabere vniuerſum corpus humorem occupaſſe, cognoſces ex his ſignis. Nigri, & hirſuti ſunt, venaſque latiores habent, interdum & homines ruſi coloris in melancholicam temperaturam deueniunt, & ij, qui fuluo ſunt colore, præſertim, ſi vigilijs, laboribus plurimis, ſollicitudinibus, victu tenui, & melancholicis cibis ſe diu expoſuerint. A ſanguinis miſſione incipiendum eſt in anchone præſertim, quibus conſueuit corpus excerni, & ſanguinis inhibitæ ſint excretionès, & mulieribus ſi menſtrua defecerint, quilibet pro viribus exaniendus: poſt purgabitur ſylueſtri cucurbita, vel nigro ueratro, & ſi hemorrhoides, aut menſes ſuppreſſi, illas aperiemus, hos proritabimus. At ſi præcordia læſa ſint, ſufflationes ventoſæ demonſtrabunt, commorionęs inteſtinorū, ructus acidi, & foementes, humidis exalationibus oculos effundi videntur, & quæ attolluntur in cerebrum ab exhalatione melancholica, atra gignit ſpectra, quæ in animi collabuntur ſententiam. Fruantur igitur ipſi præcordia, rutæ decocto, anthemi, pulegij, agni ſeminis, fructus lauri, flatus enim diſcutiunt, & dolores leniunt oleo incocta, & affectæ parti applicata. Poteris & admouere cataplaſmata ex aniſo cumino, & apio, cypero, iride, & libanotide. Vitanda quæ atram bilem generant, vt vina craſſa, & nigra, & carnes bubulæ, ceruinæ, lenticula, braſſica, cochleæ, & cætera, quæ in Medicorū libris reperies. Mania conſimilem purgationem recipit, propria verò ſi roſaceo vel oxirrhodino ipſorum caput perfundatur, picra purgabitur, hirundinibus in capite vtemur, iuuat hyppomarathri radix, ſemen eius aquæ potui. Inſuper brioniæ radicis dragma, & aqua quotidie aſſumpta,

pta, & ſi eiuſmodi purgantia medicamenta timuerit, miſcenda ſunt ipſis veſcentibus, cibis, vel potionibus adijcienda. Adamas geſtatus proderit; iaſpis, & chryſolithus, chelidonius, gagates, & alia, quæ in Phyſiognomicis diximus. Cynanthropiæ, & Lycanthropiæ ægritudine detenti, menſe Februario noctu domo egreſſi lupos, & canes imitantur, vſque dies illuceſcat; vaganturque circa ſepulchra. Ipſorum comites notæ ſunt, facies pallida, oculi ad videndum imbecilles, ſicci, lingua aridiſſima, nulla in ore ſaliua; ſitis immodica, crurum irremediabili languore detinentur. Curabis, tempore ſignificante ipſa imminere, venam ſecando, & ſanguinem detrahendo vſque ad deficientem animum, victum ſuggeres languenti boni ſucci, pulmentorum vtantur dulcibus iuſculis, ſero lactis, vſque ad tres dies purgabis ex colocynthide, hiera, iterum ac tertio theriacam quoque ex viperis propinato, & reliqua, quæ ad melancholicam ſunt dicta.

QVOMODO LAETOS MAESTOS HOMINES REDDAMVS.

Cap. V.

QVIA animi accidentia corpus efficaciter mutant, & alterant, inde triſtitia vitari omninò debet; quia manifeſtè corpus infrigidat, & exſiccat, & propterea maciem, & extenuationem inducit, cor conſtringit, ſpiritus obtenebrat, ingenium hebetat, obtundit memoriam, apprehenſionem impedit, & iudicium obſcurat, & ad mentis pulchritudinem reformandam profliganda eſt. Primo non debet curis, & ſollicitudinibus diſtrahi, & præcipuè quæ cor, & cerebrum angunt; ſed gaudio, & honeſto ſolatio vacare deberet, vt ſpiritus recreetur, & animus refloreat. Hegeſippus auctor eſt, Herodem ab vxoris Mariamnæ mortem, quam interfici mandauerat, tanta triſtitia affectum, vt in grauem corporis ægritudinem inciderit, ſic ſuorum Medicorum ſuaſu, ſe ſe in ſyluarum ſecretis addidorit, & refuſo paulatim vigore, & venationibus recreatus ſimul, & corporis, & animi ſalubritatem receperit. Deinde propinandum eſt vinũ crocatum, & bugloſſatum, ſcilicet, in quo radices bene lotæ die ac nocte extiterint, vel ſyrupus eius. Et ex inuentionibus ſapientum eſt conſiderare coquinam paratam ei vaſe auri, vel in eius decoctione ipſius laminas infunt, & potare vinum, in quo eius laminæ extinctæ ſint. Vtiliſſimum eſt diamaſtices, & ambra, & margarita cóſert cardiacis, & timoroſis, & cordis ſanguinem propriè clarum reddit. Proderit quoque guſtare magnetem cum croco, & corallum ſuſpenſum ſupra os ſtomachi, & ſi quis mane vicis aquam cum Sacharo dragmam vnam abſorpſerit: & expulit triſtitiam. Achaas iubet dare dragmas duas aloes ſæpius ad triſtitiam curandam. Et Galenus ſtyracem potatum multam triſtitiam diſcutere dicit. Sed vini potus triſtitias omnes, & tædium aufert, & dicebat Zeno, quemadmodum lupini aqua macerati dulces euadunt, ita & ſe à vino affici. Radicem quoque œnopiam ad id valere tradidit Poeta.

Infundit vino medicamentum vnde bibebat,
Luctum, iramque fugans, obliuiumque malorum.

Helena Thelemacum, cui lachrimas excuſſerat, vt lætitiam ingereret, panacem iniecit vino, efficax re vera mœroris auxilium.

QVOMODO AMANTES SINE AMORE REDDAMVS.

Cap. VI.

CADMVS Mileſius librum de abolendo amore ſcripſit, vt ex Suidæ collectaneis habetur; nos quia eo caremus ex Græcorum, & Arabum comentarijs, & latinorum probata adhuc adducemus experimenta. Eſt igitur, amor nimius animi effectus, vel aſſidua cogitatio animo, & oculis incumbens ſupra delectabile, cum ſpe potiundi. Eſtque hæc ægritudo atræ bilis affinis, cuius notas has opinaberis. Oculi profundi, & non lachrimabiles, & cum omnes corporis partes non collabantur, ſolum hi concidunt. Eiuſque ſpiritus interceptus, & ſubſultat, variæque aut depreſſæ, aut clarior, prout

ex animi æſtuantis fortuna, & conditione contingit. Siquidem affectus is miris modis permutatur, nunc lætus, nunc lachrimabilis, nunc hilaris, nunc ſpem, metum, audaciam, & pauorem præſeferat, nec diù perſpicere poſſit, eo præcipuè tempore, quo de ipſa amata referuntur. Membra ipſis arida, & præter modum pallida, venæ, & arteriæ nullum neque ordinem, neque æqualitatē ſeruāt, iuſque deq; habēt, prout ſe mētis æſtus agitatur, & tunc maximē perſpicitur ſicubi de re amata, aut præſentia, aut mentio incidat. Vnde à ſolertiſſimis Medicis, etiam deprehendi poſſit, quod ametur, etſi callidè diſſimuletur. Hoc modo Eraſiſtratum priuignum ſuam nouercam amantem deprehendiſſe ſcribit. Et Galenus puellam Pyladis amore laborantem. Cura erit vt ſimul coniungatur, ſi poſſibile eſt: nam ſic potiſſimum ſæuiēs morbus abolelur; ſin minus, alijs remedijs occurrendum, quibus iſta animi tabēs tollatur: nam niſi procul fiat, melancoliā parit, in poſterum præparatur animus ad maniam; & quod peius ad mortē. Vnde cum diximus aſſiduam eſſe animi cogitationem, & intenſam, primo eius animus ab his cogitationibus abſtrahendus; ægrum ducendo ad balnea, potationes, ludos, fabulaſque ad intuitus pulchrarum, ac delectabilium rerum, vel puellarum. Nonnullis metum incutere conuenit, alijs obiurgandi pro vitæ ratione, quam delegerint, vel in aliam grauiorem curam animum adhibendo, quouſque inſidens ille mentis feruor, & cogitatio intepeſcat. Et quia diximus eſſe cum ſpe rem amatam potiundi. Spes illa tollēda primo eſt. Hoc modo. Chaldæi Fauſtinæ vehementem amorem ſoluerunt. Erat Fauſtina Antonini Pij Imperatoris filia, & Marci Philoſophi vxor, quæ gladiatoris nimio ardore tabeſcebat; Imperator Marcus hoc Chaldæis, & Mathematicis expoſuit, qui mirifico prorſus eam à tanto amoris contagio redimerunt. Occiſo gladiatore, quem ipſa maximè deperiebat, eiuſque cruore epoto, ſtatim cum ſuo viro concubuit, ipſa quidem ab ea amoris tabe liberata eſt, ex eo concubitu natus eſt mox Commodus, qui Romanum Imperium ſæuiſſimis cædibus, vt ſanguinarius homo adeò atteruit, vt gladiatoris nomen meruerit. Nos alibi aliam amoris cauſam diximus. Iuuenes enim ſubtili, claro, calido, dulcique ſanguine præditi ſunt, taleſque dant ſpiritus, cum à cordis calore à puriori ſanguine exoriantur, & quia leuiſſimi in altiores corporis parte euolant, & per oculos procidunt, iaculantúrque, qui maximè foraminoſi, & venuleni ſunt, omniumque partium nitidiſſimi, & cum ſpiritu ipſo vnà vis ignea quædam radijs emittitur, & ad occurſantis oculos perueniens, eos transuerberat, & propriam ſedem quærens (quum à corde exoriantur) percuſſi, hominis præcordia afficit, ſic in ipſis cordis marginibus cogitur in ſanguinem, peregrinus hic ſanguis reliquum tabe conficit, vnde ægrotat, eatenus ægritudine illa permanente, quatenus vis tabidi ſanguinis in membris viget. Quod ſanguinis affectio ſit, ex nunquam interpollari cognoſcitur febri, quæ ſi in bili, vel pituita eſſet, per interualla ſedaretur. Sic venuſta ſpectrum formæ amantis cordi reſidet, & ab eo trahitur, vt vulnerati ſanguis ad vulnerantem trahitur. Rectè hoc innuit Lucretius.

Idque petit corpus mens vnde eſt ſaucia Amore,
Namque omnes plerunque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu.

Idem etiam Apuleius expreſſit. Iſti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi, acerrimum meis medullis commouent incendium. Cuius amoris hæc alexiteria remedia, & noxius humor foris eijciatur, ſic ſanguis, ſudor, & largius omnia excrementa, vt vnà noxia eijciatur aura, ſemen eijcitur.

Et iacere humorem, collectum in corpore quaque.
Nec retinere ſemen conceptum vulnus amore,
Et ſeruare ſibi curam, certumque dolorem,
Vlcus enim viueſcit, inueteraſcitque alendo,
Inque dies gliſcit feruor, atque ærumna graueſcit.
Et non prima nouis conturbes vulnera plagis,
Vulgiuagaque vagus Venere ante recentia cures,
Et alio poſſis animi traducere motus.

Diximus quoq; debere deformia amatæ omnia reſpicere, vt amatæ odium inducat. Vnde antiquitus in amantis calceum ſtercus amatæ ponebātur, nam vbi odor fœdus perſentitur, ſoluitur amor, cum odioſa res ſit, & ab Ouidio edocetur.

Illa

Illa tuas reddent Phineu medicamine menſas,
Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo eſt.

Plinius chamæleontis, rubetæ, & multis uim eſſe dixit amorem labefactandi, & alia quæ diximus in Phyſiognomonicis.

LVXVRIOSI QVOMODO LIBIDINIS ARDOREM TEMPERARE valeant. Cap. XV. Lib. I.

PLATO, poſtquam in vitia quædam animam incidere ex prauis corporis humoribus confeſſus eſt; dixit, quod qui multo ſemine, & fluido abundant, quaſi arbor ſuapte natura fructuum proueniens luxurians, quia libidinibus maximas voluptates conſequuntur, ferè in ijs inſaniunt; obtinentque ægrum; atque inſipientem animum ex corporis contagione. At reverà Veneris intemperantia, magna ex parte, ob habitum vnius generis oſſium raritatis influxum, atque humectantem in corpore, morbus animi facta eſt. Ob id nemo ſponte malus, ſed ob corporis prauum habitum, rudemque educationem fit malus, vt Plato ait in Timæo longè poſt medium, quam ſententiam iuxta explicationem ipſius Platonis paulò ante hęc verba, intellige; vt & nos libro primo, capit. ſexto, declarauimus. Qui ſemine exuberant, inquit Galenus; & à concubitu abſtinent, capitis grauitati, & inconcoctioni, febribus, & alijs morbis obnoxii ſunt. Quoſdam nouit, qui præ pudore à concubitu ſe abſtinentes torpidi, & pigri facti ſunt, alij mæſti, & timidi, vnde longè maiùs à retento ſemine, quàm ex menſtruis noxam contrahi poſſe dicit; præſertim in ijs, quibus ipſum prauioris ſucci, & copioſius eſt, & ocioſe viuunt. Etenim naturalis excernendi cupiditas neminem non ad excretionem vi quadam ſtimulat. Præterea libro de Anatomia viuorum, ſi germanus eſt; narrat flauam bilem, quæ in corpore cum ſanguine propter conuenientiã currere, eius proprietas in moribus eſt incõſtantia, furor, ſubtilitas, acuitas, ſolertia, audacia, eleuatio, deſiderium coitus, & memoria, & totum corpus ex eo conſequitur calorem, & ſiccitatem. Eſt & pituita, quæ aſcendendo ad cerebrum, ibi compreſſa, deſcendit ſicut ros ex aere, in moribus dat caſtitatem, pietatem, paucitatem deſiderij coitus. In motu, id, quod eſt pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas reſponſionis. Ad remedia autem deueniendo. Arnaldus in eo libro, qui docet regimen caſte viuentium, dixit. Et ſi venereus actus vtilis ſit ſanitati, non tamen neceſſarius. Primo quòd conſueti coire, non ſubito ſe abſtineant, ſed paulatim. Multum præſtat phlebotomia, & vomitus: nam ſemen minuunt: nam Pharmacia emittũt ſuperfluitates ad membra coitus. Accipiãt cibos parui nutrimenti, vtantur ſeminibus portulacæ, & agni caſti, & eiuſmodi ſimilibus. Portetur Saphirus, & Smaragdus, linantur vnguenta frigida circa renes, & lamina plumbea. Galenus circa cibos, vitanda ea eſſe iubet, quæ calida, & flatuoſa: nam omnia excitabilia tentiginis vim obtinent, ſed contrarijs vtenda, quæ infrigidant, & ventoſitatem non excitant. Ouidius cibos fugiendos, vtendoſque docet.

Ecce cibos etiam, medicinæ fungar, vt omni
Munere, quos fugias, quoſue ſequare dabo,
Daunius an Lybicis bulbus tibi miſſus ab oris.
Adueniat, Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces,
Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.
Vtilius ſumas acuentes lumine rutas,
Et quicquid Veneri corpora noſtra negat
Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
Spe breuius monitus expertere meis,
Vina parant animos Veneri, niſi plurima ſumas,
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero.

Hyppocrates libro De aere, aquis, & locis, ex inciſione venarum, quæ retro aures ſunt, Scythas ſteriles, & ad coitum impotentes dicit; & ab continua equitatione. Præterea in locis frigidis immorantes, humidis, & concauis humidiſſimi efficiuntur, & molles, & in eis coeundi deſide-

rium extinguitur. Semen diſperdunt lactuca, portulaca, cucumis, blitum, mora celſi, piſces, acetum, ſumach. Coquantur lenticulæ aquaticæ cũ ſemine lactucæ, & bibatur decoctio, & valde iuuat. Sed quæ Venerem accendant, & extinguant, & contra probroſam Venerem, multa leges in Phyſiognomonicis.

QVOMODO AEDACES TEMPERATOS, VINOSOS ABSTEMIOS reddamus. Cap. VIII.

EDACES multo calido præditos temperamento ſic iudicamus, ætate, tẽpore, & exercitio. Hippocrates de pueris loquẽs, ait, creſcẽtia corpora plus habent inſiti caloris, plurimo igitur egent alimento, ſin minus corpus digeritur, ſenibus exiguus ineſt calor, iccirco paucis fomentis egent. Senilis ætas, calore temporis progreſſu tabeſcente, frigida efficitur, ventres hyeme, & verè calidiſſimi. His igitur temporibus plura alimenta danda, ſiquidem inſitus calor multus, pluri indiget eſca. In vigilia extrinſecæ partes calidiores, internæ frigidiores, dormienti contraria eueniunt, argumento, quod dormientes pluribus ſtragulis, & capitis tegumento, quàm vigilantes egent, & ob concoctiones in dormientibus efficaciores. Reſpiratio in ſomno maior quia intus maior feruet calor. Diximus ingenitũ calorem concoctionis præcipuum eſſe opificem. Contra igitur in frigido, & ſicco temperamento minor concoctio, & cibi deſiderium ineſt, vnde augendo, minuendoque corporis calore, appetitus adeſt, & abeſt. Eadem ferè temperies ebrioſos reddit. Ad ebrietatem vitandam multa ſunt, & multa quoque ſcripſimus in Phyſiognomonicis. Galenus braſſicæ folia calida macerata, capitique circumpoſita, & obligata naturaliter ebrietati reſiſtunt. Vnde continuus eius eſus talem naturam amouebit. Sic lactuca et lens. Abſtinendum à glandibus palmarum, proprietatem quia quandam habẽt capitis dolorem inducendi. Vinum in quo anguilla ſuffocata ſit, potui exhibitum, vini odium parit. Idem præſtat, & vua inſerueſacta. Idem facit rana viridis. Philoſtratus in vita Apollonij. Quum quidam apud Indorum Sapientes conquereretur, filios quidem ſibi naſci, ſed eum primum vinum bibere cœpiſſent, omnes mori. Sic reſpondit Iarchas. Melius cum illis agi, quòd moriantur, ſi enim ſuperſtites eſſent, omnes euaſuros inſanos, quòd ex ſemine minus calido procreati eſſent. Vino igitur abſtinendum eſt filijs veſtris, ita vt ne cupiditate ipſius quidem moueantur. Si qui igitur filij poſthac naſcentur, obſeruare oportet, vbi noctua nidum faciat, & illius oua mediocriter elixata infanti comedenda præbere. Si enim illa comederint, priuſquam vinum biberit, vinum oderit, & modeſtius deget, quia temperatior fiet naturalis calor. Proditum eſt, ſi infantes noctuarum oua abſorpſerint, perpetuo vinum odiſſe, & id non modo non bibere, ſed & temulentos formidare. Præterea multi ti ſunt lapides, qui ſi ſecum ferantur ab ebrioſis, auxilium cognoſcent, vt Amethiſtus Dionyſius, & Aethites. In Phyſiognomonicis noſtris multa quoque adſunt remedia contra hunc morbum.

QVOMODO SOMNICVLOSOS, ET, SEGNES VIGILES, ET DILIGENTES reddamus. Cap. IX.

SOMNVS ex frigiditate, & humiditate cauſatur, ex contrarijs verò cauſis vigilia, ſcilicet, ex ſiccitate, & caliditate. Frigida animalia vt glis, vrſus, & ſerpens, & ſimilia ſomniculoſa ſunt, vt tota hyeme dormiant. Pueritia quia humida eſt, ſomnolenta eſt, & ſenectus, ob ariditatem, vigilijs vexatur. Hyeme & verè lõgiores ſomni, quia humidius, frigidiuſque tempus, ſic frigida medicamenta; & cibi ſomnum inducunt. Ad hæc non mediocri argumento ſunt capitis ardor, & refrigeratio: ſi quidem ardor vigilias, & refrigeratio ſoporem inducit. Biliosi, calidique morbi vigilias, deliria, phrenitidos, contra pituitoſi, frigidique, ignauiam, & ſoporem. Quippe quod ad vigiliam ſoporem, quæ per morbos pertinet, calida frigidaque intemperies primam ſibi vendicat facultatem, ſecundam arida, humidaque. Igitur omnia hæc argumento eſſe poſſunt ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam, frigiditatem priores partés, humiditatem

ſecun-

ſecundas obtinere. Proinde humiditas ſola abundans, profundos ſomnos, ſiccitas vigilias efficit. Igitur ſi humiditas præter modum exceſſerit, ſomnus; ſi in aridum conuertatur, vigiliæ inducuntur. Cæterum animantia, quæ frigidiori ſunt natura, per hyemem, ob frigoris vim, perinde ac mortua latitare ſolent, vt viperæ, ſi pertractentur, deferanturque, haud quaquam mordere, at per æſtatem ſub caniculæ feruore, quoniam vehementer æſtuant, furorem præſeferre videntur, vt ne vel vno quidem momento quieſcere poſſint. Nicander de Cenchride.

Non temerè offendas calcando Cenchridis artus,
Dum furiis agitur.

Qui igitur vitare ſomnum cupiet, & vigil euadere, primo humiditas præter naturam purganda eſt, deinde cibi fugiendi erunt frigidi, & qui ſoporem inducunt, lactucas, portulacam, calidarumque aquarum balneas, & vinum modicè dilutum. Soporifera eſt mandragora, opium, papauer, fugiendus quoque cibus ſomnolentiū animalium, velut leporis, cuculi, ſuis, vituli marini, herinacei, vrſi, ſtellionum, ranarum, & vpupæ, vt in noſtris Phyſiognomonicis. Calida verò vigilias inducunt, ſicut tenuis victus ratio, vinum meracius hauſtum, quod ſuapte natura calidum fuerit, & valde antiquum. Narrat Galenus id Pergami accidiſſe. Grammaticus domi puero relicto, ipſe balneum petens, qui cum vehementi ſiti excruciaretur, nec eſſet aquæ copia, vinum antiquum liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore vigil omnino permanſit, deinde periit. Sic cibus vigilum animalium ad vigiliam confert. Canes, corui, galli, philomela, veſpertilio, noctua, cancri, cerui, alcinoi, & hirundines vigiles ſunt, & vigiliis iuuant, vt in Phyſiognomonicis. Præterea loca multum ad vigiliam conferunt, vt arida, calidaque, frigida, ſicca denique humectatis frigidaque. Hyppocrates libro De aere, aquis, & locis: at locis cauis, mollibus, aquoſis, vbi aquæ ſublimes, & æſtate calidæ, hyeme frigidæ, ibi & ſegnities, & ſomnolentia ineſt multa; & vbi regio nuda, natura munita, & aſpera, quæque à frigore hyberno premitur, & à ſole calido exuritur, ibi multa vigilantia ineſt, & diligentia, & exercitium. Et Ariſtoteles quærit in problematis, cur in paluſtribus locis ſomnolenti efficiuntur, quia in his magis refrigerantur, refrigeratio autem cum requies quædam ſit, ſomnum nobis conciliat, qui inter quieſcendum ſolet accidere, & apud Septentriones, vbi perpetua temporis ſimilitudo, ibi ſegnities, ſub Zona torrida, vbi temporum mutatio crebra, ibi homines mobiles, & variis exercitiis dediti.

QVOMODO CINAEDI DIVRI FIANT. Cap. X.

EX eadem quoque temperie, qua ſegnes, & cinædi, ſiue molles naſcuntur, & cinædi. Hyppocrates, ſub Septentrione habitantes, ait, perpetuò aeris tenore frui, aere ſemper nubilo, perpetua hyeme, humidiſque in locis temporum anni mutationes ſemper eædem, ſimiles, vel parum inter ſe variantes, eodem victu, amictuque vtuntur hyeme, & æſtate, aerem humidumque denſum, aquoſum, condenſatum, bibuntque aquam à niuibus, & glacie reſolutam, nullo corporis exercitio accedente, cum non veriſimile ſit corpus, aut animum nullis exercitationibus apta fieri, vbi non mutationes temporum fortes ſunt, ob id forma eorum craſſa, inſtituta eorum inefficaces, ob humoris mollitiem. vnde neque arcus intendere, neque tela torquere poſſunt præ impotentia humiditatis, plurimum temporis deſident in curribus, & ob perpetuas circulationes nunquam prodeunt, propter perpetuam deſidiam eorum corpora ſunt fluida, & lata, mulierum ad miraculum vſque ſimilia ſunt. Vnde cum fœminis minimè ſunt cupidi commiſceri ob nimiam corporis humiditatem, ventriſque mollitiem, & frigiditatem, quæ cauſa minimè viros ad coitum impellunt. Vnde cum viri vxores adeunt, & impotentes ſe factos vident cum illis coire, atque cum bis, ter, aut amplius fruſtra opus tentarint, neque quicquam proficiunt, palam ſe euiratos confitentes, induunt ſe veſte muliebri, & ad mulierum contubernia tranſeunt, muliebria officia obeunt, vt fœminarum omnia faciunt, & loquuntur, & vocantur effœminati. Hæc faciunt diuites, at pauperes, cum non equitant, & continuis laboribus exercentur, iis hæc non accidunt. Qui verò macra loca, aquis carentia, & nuda tenent, & temporum mutationes varias, crebras, eorum corpora

corpora dura, intenta, gracilia. Mores rigidi, pertinaces, articuli probè compoſiti, hirſutique: Natura, labores tolerantes, magìs feritate participantes, quam manſuetudine. Qui igitur cynedi, duri fieri velint, phlegmaticam complexionē in calidā conuertant, locis calidis, ventoſis, aſperis habitent, cibos calidos, & ſylueſtres edant, & exercitio ſe dedant, ſic enim validi, & duri euadent, & fæmineum habitum exuent.

QVOMODO TIMIDI AVDACES FIANT. CAP. XI.

EX ſanguinis carentia, vel refrigeratione timorem oriri cuncti Phyloſophi tradidere; dixit enim Ariſtoteles, ſanguis cerui, & leporis, quia frigidus, & aqueus, non ſpiſſatur, neque dureſcere poteſt, metus enim refrigerat, itaque quibus eiuſmodi temperamentum in corde habetur, metuendi affectioni opportuniores ſunt: quamobrē animalia exanguia timidiora ſunt ſanguineis, ac motu ceſſante præ nimio metu, excrementa eijciūt; nōnulla enim ſuos colores immutāt. Chryſippus ſine corde timidos vocat, quaſi ſecordes, & euiſceratos dicit, nam audaciam in corde reſidere dicebat. Præterea melancholici timidi ſunt, nec eos timor vnquam deſerit, atque bilis color mentem ſubiens timorem incutit, tenebris ſimilem reddens, ac terrentur, vt pueri in profundis tenebris, & hominibus ferè omnibus pauorem inducunt, niſi vel audaces admodum fuerint. Atqui ſub æquinoctiali habitant, timidi fiunt, quia calor exurit eos, & melancholici exuſti ſunt. Hyppocrates Aſianos timidos, & imbelles facit, & moribus manſuetiores, atque tempora anni cauſam eſſe, quæ non magnam permutationem faciant, neque caloris, neque frigoris, ſed ſemper æqualia permaneant, vnde ijs, neque calor exiccat, neque corpora tranſmutationes fortes incurrunt. In planitie degentes, in qua fluuij magni decurrunt, vnde ſimilitudo temporum, & æqualitas perpetuā ſegnitiem parit: augetur itaq; timiditas ab ocio, & deſidia, ſed virilitas, & animus à labore, & exercitio. Sed qui in locis ab his diuerſis degunt, diuerſitates in corpore nanciſcuntur, vnde qui regionem montanam, aſperam, nudam incolunt, in quibus temporum mutationes contingunt, magnæ, & diuerſæ, hi ad laborē, & ad viriliter agendū homines natura præſtant, & audaces ſunt. Vnde q timidos audaces reddere volunt, primo ei temperamentum mutandum eſt, vt ex frigido, vel melancholico in calidum, vel hilarem cōuertatur, inde cibos, aerem, & alia remedia adhibenda, prodeſt etiam eos ſæpe ira ex aſperentur: nam ex ea ſanguis calefit, cor, & cætera membra: nam propter cordis feruorem, cætera membra calefiunt, ſic ex frequenti iracundia vltrà modum incaleſieri ſolent. Gaudia his non danda: nam gaudium corpus infrigidat, ſicut triſtitia: nam ipſa quoque infrigidat, & deſiccat corpus, & gaudium magnum videmus adeò cor refrigerare, vt ſæpius mortem attulerit, vnde ſæpius contigit ex gaudio mori, quam ex mæſtitia, vel dolore. Vitandæ ſunt quoque ab his imaginationes terribiles, & meſtæ: nam corpus etiam infrigidāt, præcipuè ſi nimis intenſæ ſint, & vitandæ inſpectiones nigrarum, vel albarum rerum: nam melancholicū humorem, & phlegma monent, ſed potius rubra: nam ſanguinem excitāt, & itam inducunt, vt diximus de tauro. Debent præterea calida loca habitare. Ab Hyppocrate igitur, & Platone docetur aerem, & regionem ad audaciam facere, & ad timiditatem, quaſi affectuum animi motiones corporis affectionem, quàm ex aeris temperatura, non parū contingat variari ſubinde conſequuntur. Plinius rerum naturum cognoſcere volentibus in mellis operibus, & aqua mulſa tractari debet, frigidam dari ventri emolliendo inuenio apud authores, hunc potius bibendum alſioſis. Item animi humiles, et præparci, quos ille dixere micropſylos. In libro Galeno aſcripto eſt electuarium Diapeperon, quod valet contra timorem, quod qui velit adeat librum. Margarita confert cardiacis, & formidoloſis, & cordis ſanguinem clarificat.

IRACVNDOS VT MITES REDDAMVS. CAP. XII.

MAgna eſt animi ægritudo ira, ideò maxima diligētia euitandum, vt iracundi mites, & placidi fiant. Ariſtot. naturam ſanguinis eſſe, vt per multa animalibus veniant, tum per mores, tum per ſenſum dicit: nam materia totius corporis eſt, quippe quū alimentum materia ſit, ſanguinis autem vltimum alimentum habetur, facit igitur, vt plurimum differentiæ exiſtat, ſi calidus, aut frigidus ſit, tenuis, aut craſſus, ſi turbulentus, aut nitidus. Libro enim De par-

Sunt & lapides, qui etſi ſecũ afferantur, vim habent occultã valde eorũ frigiditate irã mitigandi; veluti Adamas, ex Marbodeo, topacion ex Dioſcoride, Corneol', Epheſtides & adamas, cuius nomen Solinus impoſitum dicit ab eo, quod hominum impetus, & iracundiam mouent, ſic & capnites, cor miluec ſuſpenſum Arnaldus multum valere dixit.

QVOMODO EX IMBECILLI ROBVSTVM HOMINEM reddamus. CAP. XIII.

ARiſtot. ſecundo De partibus, inquit. Roboris efficacior cauſſa, ſi craſſior, & calidior eſt ſanguis. Sanguis alter fibras habet, alter non: quamobrem is ſanguis piſſatur, qui tenuis eſt, nimirum coit cum humor euaporatur, fibræ autem illæ terræ ſunt opificium, quorum autem ſanguis fibris admodum multis, craſſiſque refectus eſt, hæc terrena amplius conſtãt natura, & proinde animoſa, & fortia ſunt. In primis loca fortiorẽ hominemq́ reddunt. Hyppocrates libro De aere aqs. & locis ait, qui regionẽ montanã, aſperam incolunt, in quibus mutationes contingunt magnæ, & diuerſæ, homines fiunt, qui ad laborem, & ad omnia viriliter agendum à natura præſtant. Contra, qui loca concaua, pratenſia, & æſtuoſa habitant, ventoſque calidos plus ſentiunt, quam frigidos, & aquis vtuntur calidis; neq; robur, neque tolerentia laboris ei à natura data eſt. Præterea cibi ad plurimum conducunt, vt veſcatur carnibus, quæ plurimum alunt. Ob id Clytomacus Carthaginẽſis nouæ Academiæ ſectator, præclarum Thebanum quendam Athletam caprina carne veſcentem, reliquos ſuæ ætatis athlethas viribus ſuperaſſe ſcribit, validus, ſiccus, & tenax huius carnis cibus, vnde multum tempus in corporibus durare poteſt. Præterea fortiſſima veſcendo animalia fortior efficitur, vt in Phytognonomicis diximus, ſcilicet dragonis, leonis, equi, & canis, vnde Plinius aduerſus inſidiantes hoſtes ex huiuſmodi animalibus amuletum facit, & cõpoſitio ad inuictos reddendos. Vngues venatici canis recipit, aquilæ, galli: nam fortia, & animoſa animalia ſunt. Et diximus Chyronem Achillem educaſſe carnibus, & medullis bellicoſarum ferarum. Fauſtina, vt à veſano gladatoris amore liberaretur, gladiatoris ſanguinem potauit, ac ſtatim cum viro concubuit, ex quo concubitu natus eſt Commodus ſanguinarius, & qui adeò pugnis, & ſæuiſſimis cædibus præſtitit, vt gladiatoris nomen meruerit. Iuuat, & aliqua ſecum afferre. Alectorius lapis dat galli virtutẽ bellicoſam, qui eum ſecum attulerit, eoque Crotoniatam Milonem vſum in certaminibus, & inuictum fuiſſe. Sic criſta eius, & calcar geſtatum Adamas inuictuum reddit ſua virtute, gerentem, Aethites Aquilæ virtutes præſtat auium fortiſſimæ, inuictæque.

QVOMODO AGRESTES VIRI SYLVESTRIBVS MORIBVS EXVTI, mitiores reddantur. Cap. XIIII.

EX ſuperioribus iam ſcriptis certiores reddimur, ex temperatis alimentis corpus fieri temperatum, & ex conſequenti mores mitiores. Et loca, & regiones ſylueſtres homines gignere, & vbi regio mitior eſt, ibi & hominum mores mitiores. Hyppocrates libro De aere, aquis, & locis probat à montanis regionibus, aſperis, altis, quibus anni temporum mutationes aſperæ ſunt, & inæquales, locis macris, aquis carentibus, nudis, quæ à frigore hyberno premuntur, & ſole æſtiuo comburuntur, ibi natura homines agreſtes, feriniſque moribus, & rigidis, & tandem vt eiuſmodi loca fuerint. Contra in regionibus placidis, aquoſis, & planis, præpinguibus, & temporum mutationes placidæ, ibi placidi homines, manſueti, & benigni ſunt. Ariſtot. in Problem. efferos homines moribus dicit, qui nimio æſtu, vel frigore viuunt: nam intemperies mala multum intelligentiæ obeſt, & exceſſus dimouent, vt & corporis, ſic & mentis temperamentum peruertitur. Septemtrionales populi Nomades, Riphei, Pontici, Scythi. & eiuſmodi ſimiles ſylueſtribus regionibus conuiuentes, ſylueſtri, & ſicciori cibo vtẽtes ſylueſtrium morum diximus, ex Strabone. Alimenta aſpera, ſylueſtraque idem præſtant, & ferè eadem ſunt: nam ſylueſtria loca ſylueſtria proferunt alimenta. Plato libro De legibus ſcriptum reliquit. Ob ventos, & aquas, & propter alimentum è terra egrediens non ſolum in corporibus, ſed etiam in animis eadem parere non minus poteſt. Aqua enim eſt ex natura alimenti, inquit Galenus, & ex cibis mutatur temperamentum, vnde in his locis homines prouenientes, ex ci-

bis vrbanis vrbaniores, & modeſtiores fieri contingit. Non parum igitur functionibus incōmodat animę ſuccorum prauitas; contra verò eorumdem bonitas ſeruat. Vnde ex his colliges ſcilicet, temperamentum ſiccum ferinos mores producere. Si enim eiuſmodi hominem curare velimus, locis placidis, amęnis, humidis, & vbi neque æſtus, nec frigus inualeſcat. Prætereà humidis cibis, ac pinguibus ali debet, & vberibus præcipuè: nam alimenti defectus corpus deſiccat, & plurimus humectat. Debet etiam vitare ea, quæ corpus exiccant, ſcilicet nimius Veneris vſus: nam mirūinmodum corpus exiccat, & exaſperat. Sic nimia exercitatio, & corporis motus. Sic vigiliæ, mærores, & ſimilia, quæ pluries diximus, & his contraria vtatur oportet, vt ignauia, deſidia, ſomno, cibo, & potu vberi, & præcipuè in gaudijs verſari.

AVARI, RAPACES, ET FVRES QVOMODO AB EIVSMODI DEFECTV liberentur. Cap. XV.

RApacitatem ex temperamenti ſiccitate prouenire his argumētis nobis perſuademus. Videmus Aethiopas, qui ſub ſolis curſu degunt exuſti, calidique omnes rapaces eſſe, & difficile poſſe ab eiuſmodi vitio abſtineri, ſic inſulani, & loca maritima ſemper fures, & rapaces procreant: nam quod cōmoditas anſam furandi præbeat, in nauibus pyraticam artem exercēt, ſed qui eiuſmodi locis degunt maritimis, ſicciores ſunt, & ex ſole maris, in quo cōtinuo verſantur, Strabo plerumque homines in maritimis locis degētes furaces dicit, nec alium exercitium agere poſſe. Et de Corſica loquens ait: Malignè coli aſpera, & plurimis in partibus, prorſus inacceſſibilibus adeò, vt latrocinijs vitā tueātur. Sic Balearis agros, quos habent, ſatis ſegniter incolūt, & libentius accuratè colētes ſpoliant, partim indigenas, partim trans æquora nauibus inuadentes, & poſt latrocinandum dies complurēs nundinas celebrantes, nunc incurſant, multoſque mortales in manus retinent, igitur, vt in præcedenti diximus, loca humefacta mutando, & cibis humectis vtendo, temperamenta, & mores facilè mutare poſſunt. Auaritia ex ſiccitate, & frigiditate prouenire putandum eſt, vt liberalitas ex calido, & humido, videmus iuuenes liberales, qui calidi, & humidi. ſenes auaros, qui frigidi ſiccique, & Hyppocrates Europeos magis liberales, quam Aſiaticos appellat, quia corpora ſub calido cæli ſtatu ſita ſunt. Aethiopes ſicci, & frigidi, & extraneo calore combuſti. Melancholicos etiam auaros videmus, quia frigidi, & ſicci ſunt.

DOLOSI, ET LITIGIOSI; VT CVRENTVR. CAP. XVI.

QVando hominis temperatura calida eſt, eius operationes veloces, & præcipites ſunt, ſic & ingenij, & facilè verſantur vbique, vnde verſatus Cicero à verſor verbo prouenire dixit: nam ſubdoli, doloſi, & litigioſi illico imaginantur, & varias reperiūt inuentiones; cholera aduſta, quia ſicca eſt, inſtrumētū eſt ſolertię, quoq; & malitiæ, & apta eſt ad eiuſmodi machinamenta. Ptolomæus & Arabas ſubdolos, & doloſos dixit, qui calidi, & ſicci, vel frigidi, & ſicci ſunt, vt diximus. Litigioſi ſicci ſunt: nam ſenes litigioſi ſunt, frigidi, & ſicci: cōtra iuuenes, qui calidi, & humidi, minimè omniū litigioſi ſunt, canes litigioſi ſunt, & ſicci. Cognito igitur temperamento, vt in alijs diximus, ſic permutare poteris.

LOQVACES QVOMODO TACITVRNI FIANT. CAP. XVII.

VIdemus multos loquaces calidos eſſe. Hyppocrates libris De morbis vulgaribus: Quibus calidum multum ineſt, vocaliſſimi ſunt, ei per vocales intellexerunt magnas voces habentes. Galenus exponit, non ſolum qui magnam vocem habent, ſed etiam duriſſimè vociferare poſſunt, vt præcones quum pedem vocatum caput, nam cor, cum ſtatim formatur, quibus plurimus inſitus eſt calor, ſtatim amplificatur, & creſcit, & ad cordis proportionem magnum pectus efficitur, & hoc pulmonis magnitudo conſequitur, & his arteriæ aſperæ reſpondet, & guttur. Vnde ſæpiſſimè, qui calidæ naturæ, vocaliores eſſe contigit. Prætereà

ea multum loqui phreneticorũ eſt, qui nimio æſtu laceſſiti ſunt, melancholicorum taciturnitas, qui frigidi, & ſicci ſunt. Ad hæc videmus obſtrepera animalia calidiſſimæ naturæ, & ſicciſſimæ eſſe, vt anſeres, canes, & ſimilia, frigida verò, & ſicca tacita, aphonaq; , vt chamæleo, ſerpens, rubeta, & ſimilia, etſi ſenes garruli ſunt, & loquaces, id non ex temperamento; nam difficulter loquantur, ſed ob præteritorũ memoriam loquũtur, vt Ariſt. libro Rhethoricorum ait. Igitur loquaciores, ſi in frigidius temperamentum cadere faciemus, taciti fiunt, & loquelæ parcæ. Præterea multum dabit eſus carnium clamoſarum animalium, videlicet Galli, gruis, anatum, hyrundinum, ranarum, verſorum, luſciniæ, anſeris. Contra edere, vel aliquid ſecum habere taciturnorum animaliũ, lupi, ranæ calamitis, rubetæ, cameleontis, teſtudinis, vt in Phyſiognomicis.

QVOMODO IMPVDENTES VERECVNDI FIANT. CAP. XVIII.

VIdetur verecundiam in ſanguine, & caliditate conſiſtere. Pueri, & iuuenes, qui calidi, humidique ſunt, verecundi ſunt, ſenes, qui frigidi, & ſicci impudentes. Vt Ariſtot. Rhethoricorum libro vocauit. Videmus præterea in timore ſanguinem ad intima trahi, & vultum excolorari, & refrigeſcere, in verecundia, quæ calida eſt, vultum rubore ſuffunditur: ergo vultus colore ſanguineo ex ſanguinis ſuperuentu, & ex caliditate: ergo calidi, & ſanguinei maximè pudentes ſunt. Verecundia de repente fit, & præ naturali timiditate, cum homine longè meliori verſari non ſubſtinente, etſi poſſit à conſpectu ſubducere properante, veluti refugiens in profundum, recedit: ratione verò patibilem partem animi, quæ verecundatur, excitante reddit, extrorſum mouetur. Verecundia augetur inſitus calor, dum primò intus ſe recipit vniuerſus, deinde poſtquam in alto corporis eſt collectus, & ex ipſo imbi cōgeſtus, & aſſiduo motu incrementum capit, & reliqua, quæ apud Galenum habentur libro de ſanitate tuenda.

L A V S D E O.

Morum

Morum interpretandi modus ex effigie Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi D. Aloyſij Cardinalis Eſtenſis.

VT exẽpla aliqua affetamus Phyſiognomon. mores ex corporis partibus cognoſcere poſſit, Cardinalis Eſtẽſis imaginem apponemus, vt ex ea quilibet quomodo mores inueſtigari poſſint addiſcat. Ipſe enim, vt Heroas ſolus iocũdiſſimus ſol noſtro æuo refulget, & in eo ſumma naturæ dona aſpirantis adeo ſuperi contulerunt, vt apta membrorum corporis compoſitione oculos allicit, ita animi virtute rata modulatione reſpondent. Radiat primo in ſuæ frontis intuitu ſupra mortale decus, admirabilis ſplẽdor, regia quadam maieſtate profulgens, qui vt virtuoſos omnes allicit, ita reprobos quoſque deterret, quem neſcio vel à regali proſapia Ludouic. duodecimi Franciæ Regis ſui aui, quem oris, & animi præſefert, vel ab Eſtenſium ſanguine, Principum, & Imperatorum fœcundo poſsidet, vel à Deo fortaſſe datum, quod id rarò aliquibus impartitur: cum eum à cæteris ſe iungere vult, ac ſui fauori priuilegia ſeçum ferre. Hic nec ſcribi verbis, nec depingi valet penicillo; ſed ſolum oculorum, & mentis obtutu conſideratur. Similem formam habuiſſe Demetrium narrant Hiſtoriæ Plutarchi: nam gratiam ſimul, & terrorem, grauitatem ſimul, & manſuetudinem præſeferre videbatur, vt ſculptorum, aut pictorum nemo ſimilem vnquam potuiſſet effingere. Memini cum Romæ eſſem, multoties ſuam effigiem coloribus effictam vidiſſe, ſed numquam quæ veram demonſtraret: nam ſi lineamenta, & colores exprimerent, regiam hanc dignitatem, quam memoro, minimè exprimere voluerunt. Huius ſplendor, regiam hanc dignitatem præſeferens magnificentiam præmõſtra ſuam, animi dignitatum, virtutes, tam egregias, & præſtantes, vt digniori, & illuſtriori loco non poterant locari. Caſtigatæ magnitudinis caput eſt, vel paulò maius intra menſum, rotunditatis compreſſæ, ante, & poſt prominens, debita ceruice ſuffultum, cuius forma alia eſſe non potuit, quum arx, & regia futura eſſet memoriæ, & intellectus, prudentiæ, & perſpicaciæ ſingularis ſuæ. Frõs quadratę magnitudinis metas nõ prætergrediens, media, inter tranquillã, & nebuloſam ex qua lucidiſſimæ tranſparet animi fortitudo, virilitas, iuſtitia, & ſeueritas, quæ alteram altera ſuperare nititur, & in hoc præclaro ſingularium virtutum certamine, vnaquæque ſeipſam ſuperans, animum ſuum omni earum pompa, & multiplici decore explent. Micant ſub fronte oculi magni, ſplendentes, lucidi, ſublimes, vt illi Socratis, cærulei coloris, acuti viſus, humiliter ſuperbi obtutus, quibus veluti diuini fulgoris vis quædam ineſt, quos ſi quis acrius contueri velit, uultum ſubmittere cogitur, vti de Auguſto legitur. In his reſidet animoſitas, manſuetudo, clementia, temperantia, comitas, regaleſque mores. Aures exculptæ, extante, quadratę, mediocriter magnæ, auditus arguti. Adulationibus, iniuriarum ſuſurris, inhoneſtiſque loquutionibus clauſum auditum demonſtrant. Labia delicata, colorata in ore maiori moderatæ vocis, modici riſus, grauis ſermonis, ac denique nemini iniurio, optimi conſilij, modeſtiæ, & vrbanitatis ſedem oſtendunt. Capillorum color ſubflauus, carnis candidus rubore ſuffuſus, longè alius ab eo, quem Cicero ſeruilem vocat, & Piſoni obijcit, optimam oſtendit corporis temperiem, & ex ea animi perfectam compoſitionem. Memini, Illuſtriſsime Princeps, te in conuiualibus colloquijs multis, & probabilibus rationibus comprobaſſe, hominẽ bonitati ità propenſum, vt maximo labore, multiſque ſtimulis opus ſit ad improbitates, & maleficia impelli, & conuictus multis argumentis dixiſti, quod dico verum eſt, ſed vt ſentio dimõſtrare non valeo, cum alienos animi tui mẽſura metieris. Manus amplæ, ſemper patulæ, digiti longi, graciles, & retro conuerſi, liberalitatis ſimulachrum oſtendunt. Et ſi importunus chyragræ rigor eas deformarit, diſtorſeritque, ſua uis tandem eas incuruare non valuit, vt in manibus omnium ferè noſtri æui Principum videre licet. Hæ pauperum ſunt alimentum, miſerorum leuamen, pietatis, & miſericordiæ effectus, Principum vituperium, auaritiæ terror, quæ fugit, celaturque. Vbi ſua munera, & magnificentiæ apparent. In pectoris, & humerorum latitudine viſitur corporis robur, animus virilis, intrepidus, & inuictus, natus ad clara, ingenitaque, facinora, ſtatum iuſta, & proportioni reſpondens. Ingreſſus tardus, grauis, & magnificus, oſtendit, ſe omnibus actionibus iuſtum magnificum, & Regalem.

Legi ex commiſſione Reuerendiſſimi Magiſtri Sacri Palatij Libros hos ſex de Phyſiognomonia, à Ioanne Baptiſta Porta Neapolitano Phyloſopho conſcriptos, in quibus ſaluo ſemper Eccleſiæ iudicio, quantum mea fragilitas fert, nihil reperi fidei, & bonis moribus contrarium. Nec eſt, quòd quiſquam hæreat ob librorum materiam, cum de ęadem grauiſſimi etiam Theologi tractauerint. Diuerſæ enim membrorũ diſpoſitiones, vt ait D. Bonauentura, ſeu quiſquis alius eſt auctor Compendij Theologicæ veritatis, lib. 2. cap. 58. ſecundum artem Phyſiognomię diuerſos affectus, ac mores indicant in homine, non quod iſta ſigna neceſſitatem imponant moribus hominum, ſed oſtendunt inclinationem naturæ, quæ tamen retineri poteſt freno rationis. Quamobrem cenſeo, nihil impedimento eſſe, quominus libri prædicti in vulgus emittantur.

Franciſcus Lamata Doctor Theologus.

Ita eſt Frater P. Ioannes Saragoſa, Magiſter, & Socius Reuerendiſſimi P. Magiſtri Sacri Palatij.

Imprimttur. Ludouic. Boidus Vic. Gen. Neapolit.

Rutilius Gallacinus Canonicus deputatus vidit.

M. Cherubinus Veronenſis Auguſt. Theologus Curiæ Archiep. Neap. vidit. Reg. f. 17.

D. Gabriel Lotherius Presb. Reg. vidit.

NEAPOLI,

Apud Tarquinium Longum. M D C I.

TABVLA EORVM QVAE IN OPERE VNIVERSO CONTINENTVR.

ABSQVE amore viri figura. 254
Accipitres ad aucupiũ idonei 11. breues colli 113. oculis mobilibus, & ſanguineis 189. deſcriptio, & mores. 27
Acerbi viri qui. 251
Achilles vultu graui 86. ore venuſto 227. pectoroſus, lacertoſus. 128. magna vi brachiorum 134. criſpo capillitio 224. quo cibo educatus 34. flauis rubeis capillis, & mores. 23. Agamemnoni exprobat caninos oculos. &c. 175
Actiolinus Patauinorum tyrannus atroci pallore, vipereis oculis 119. epiſciniũ ſupra oculos habebat 66. eius imago.
Adamantius corrigitur 53. 56. 65. 72. 114. 125. 170. 176.
Adoleſcentium mores 31. quando mutant vocem. 107
Adulatoris viri figura. 261
Aegyptij de Anubi 51. quid p Pardalim intelligant 41. ſapientes 29. quid per ranam 174. quid per lumbos 123. quid per leporem 186.
Aegyſtus à capra educatus. 34
Aelianus de ichneumone 78. de lupo. 113
Aeneas hilaribus oculis fuit 190. ruffi coloris. 149. mores.
Aeromantia quæ. 7
Aeſopus prominulo labro 95. ventricoſus. 131
Aeſtate cholerici, & iracundi fimus. 36
Aethiopes oculis nigris 29. mores, criſporum capillorum 223. Perſæ. Aſſyrij. 30
Aetas ſuos mores habet. 35
Afrorum mores. 29
Agamemnon oculis canis, effrons, pectore cerui 175. corpore magno, membris teretibus. 215
Ageſilai parua ſtatura. 213
Agreſtes viri quomodo vrbani reddantur. 283
Aiax fuit melancholicus 18. claræ vocis 108. ceruice erecta 215. ſtaturoſus 214. capillo criſpo 124. nigro 229.
Albertus Magnus notatur 56. 74. 81. 95. 106. 110. 125. 126. 127. 132. 134. 150. 150. 160. 163. 182. 198. 208.
Albertus Rex Poloniæ caluus. 224
Alces forma, mores, figura. 93
Alcibiades blæſus 100. ceruice inclinata, vt pulcher 217. & mores.
Alectorolomantiæ diuinatio. 8
Alexander Aphodiſæus de oculis rubentibus 174. de oculis continentibus 187. de corporibus paruis. 213
Alexander Priami filius quo vultu. 218
Alexander Magnus colore candirubro 200. longo brachio 135. paruæ ſtaturæ 213. vultu rubro 201. oculis ſurſum prominentibus 166. magnis 177. tanquã ſalientibus. Splendidis 182. collo duro 100. pulcher 216. capillo relicino 228. effigies 166.
Alexis de comatis quid. 221
Alfonſi Eſtenſis vultus. 85
Alfonſus Leua flauo pilo. 230
Alieni mali gaudentis viri figura. 235
Amantes quomodo ſine amore reddamus. 276
Amantis viri figura 254. abſque amore.
Amari viri figura. 258
Amatores talorum figura 263. munerum. 264
Ambidexter qui, & eius mores. 138
Ambroſius de jucceſſu ſorij 207. de cæſarie. 222
Ambulantes longo greſſu 206. tardo, longo, & tardo 207. breui, ac celeri, modo cito modo tardo, breui & tardo, longo & celeri, &c. celeri &c. tardo &c. cruribus conuerſis 209. corpore ſe torquentes, corpore recti, inclinati ad dextram, ad ſiniſtram, ſuſpenſo, & ſublimi vultu, alta ceruice, ſe conuertẽs.
Amiæ piſcis deſcriptio, & mores. 28
Ammonius de Socrate. 224
Amoris figura. 9
Amphitruo à Saturno genitus. 238
Anacharſis doctus apud Scithas. 32
Anaſtaſius variorum colorum pupillas habuit, eius mores. 164
Anaxagoras Clazomenius non riſit. 202
Anaxilaus magni corporis. 215
Androcilides de claudis. 145
Andromacha pulchra, oculis claris, candida longa. 219
Andronicus ſtrabo. 194
Angelus Politianus enormi naſo 74. ſub luſcis oculis 189. eius mores.
Angli quales. 31
Anguli oculorum qui 159. longi, breues, mediocres 159. carnoſi.
Anhelitus quid 100. velox, ſpiſſus, fortis, breuis, rarus, tardus &c. paruus, &c. temperatus, cõſtans, vt qui poſt curſum, altus &c.
Anima, & corporis mutua conſentio. 9. facultas ex temperamento 12. Galeno quid 12. corpori commodam Natura dedit. 5
Animaliã quæ maſcula venere vtantur. 163. parui corporis ingenioſiora 213. coitus tempore rauceſcunt. 107
Animoſi viri figura. 247
Anius breuis ſtaturæ. 214
Annibal male indutus. 220
Antenor longus & gracilis. 215

Au-

Antianiræ in claudos dicterium. 145
Antiochus amore nouercæ captus. 181
Antoniæ matris dictum de Claudio Caſ. 118
Antonius Caracalla breui corporis. 214
Anſeris mores, & deſcriptio. 27
Apes operi habiles 11.12. vtiles. 20
Apollodorus de cælorum ſitu. 94
Apollonius Tyarreus de Cittieo. 216
Apri piſcis deſcriptio, & mores 28. quadrupedis deſcr. & mores 23. iracundus. 28
Apuleius dixit totus homo in facie 45. de moribus mulierum 40. de Venere 101. de mento 110. de clangore 107. de picarum digitis 139. de amore nouercæ 181. de oculis limis 193. de Photide, de inceſſu Veneris 107. ſuo 208. de Marſia. 227. de voce ſuſuri. 104
Aquæ mutant formas animalium. 34
Aquilæ deſcriptio & mores 27. imago 26. retinet viri formam 41. rapuit Ganimedem. 78
Arabes qui. 29
Aratus quid de loquacitate 109. panda ceruice fuit. 115
Archedicus de aduneo meretricum naſo. 76
Archelaus Rex melancholicus. 19
Arietis optimi figura. 11
Ariſtodemus Meſſenius hirſuto corde. 15
Ariſtogiton cur canis vocabatur. 175
Ariſtophanes de Theagenis capite 57. de Struthiocamelo 82. de facie Aeſchili. 192
Ariſtophanes Cratini filius qualis. 210
Ariſtoteles de phyſiogn. Socratis 6. ſeruos ex vultu eligendos eſſe 6. ex corpore animum affici 7. fuit exerto brachio 135. gracillimis cruribus 145. paruis oculis 158. voce gracili 108. textus corrigitur 38. 64. 79. 85. 88. 120. 124. 142. 150. 203. 204. 255.
Arnobius de canibus. 94
Arrogantis viri figura. 259
Artaxerſes naſo fuit adunco 74. longimanus. 135
Aſiani qui. 29. 31
Aſinus vilis 20. color pilorum 230. deſcriptiones, & mores 22. caput. 49
Aſſymbeius Vſſumcaſſanus quo inceſſu. 294
Aſtrologiam quis inuenerit 7. diuinatio vana, & inutilis: mores ex ſtellis peruenire. 33
Aſturis optimi ſigna 11. oculi. 189
Athenæus de naſo adunco. 75
Attila torua oculorum nictatione, totoq; ore ſæuus 192. pallidus 199. breuis ſtaturæ 214. caput. 51
Auari viri figura 249. quomodo liberales euadant. 284
Authoris opinio de Phyſiogno. 43. ſua phyſiogno. 237
Audacis viri figura. 240
Auguria cæleſtia, quæ pedeſtria, ſaliſtima, peſtifera, caduca, oſcinia, piacularia. 6
Auguſtus pulcher fuit 216. vultu tranquillo 86. breuis 216. capillo inflexo 229. ſubflauo 229. oculis glaucis &c. 171. coloris nigri 173. color carnis 198. auribus medioeribus 73. naſus 74. ſupercilia 68. dentes. 99
Auicenna quid de Phiſiogn. 6. mores cum lacte trahi 34. de capite. 50
Aurelij Augurelli ſtatura. 214
Aures quæ 69. magnæ arrectæ 70. valde paruæ 91. protenſæ 92. longæ anguſtæ, rotūdæ, exculptæ, quadratæ, rubræ 301. æquorum indices animi. 12
Autumnus timidos, & melancholicos nos reddit. 36

B

BAbyloniorum mores. 29
Bacchæ melancholicæ. 19
Bactrianorum mores. 31
Baiazetes auſtero vultu. 86
Balbi, & blæſi qui. 100
Barba quid 209. barbatus vir, mulier 204. imberbis. 209
Bartholomæus cololeus corpore quali. 209
Bartolemæi Liuiani oculi quales. 179
Bellorophon melancholicus. 18
Bene morati viri figura. 231
D. Bernardi oculi quales 111. facies 117. genæ, vultus 120. 86. cæſaries. 179
Beſſarionis Cardinalis effigies, & mores. 80
Bias Philoſophus de voce 109. facies, aſpectus 239. & mores.
Bibacis viri figura. 155
Billioſi viri figura. 18
Bilis atra duplex. 18
Biſtones boues flauo pilo 230. magnæ ceruicis. 112
Blenni piſcis caput quale. 28
Blepharon Plautinus, qualis. 28
Boleslaus Polonus criſpus. 223
Boriſthenes qualis. 31
Bouis troglodytici os magnum 98. pili fului. 230
Bouis optimi ſigna 10. Imago 57. 78. 87. deſcriptio, & mores 23. ſeuerus, & ſimplex. 20
Brachia venoſa quæ. 35
Briſeis flauo capillo 229. ſtatura 216. ſupercilia. 68
Britannorum mores. 32
Brutorum mores ex corporis ſignis. 10
Bruti color qualis. 199
Bubonis deſcriptio, & mores 27. imago 49. malitioſus. 20
Buſiridis ſuperbia. 68
Buſiritæ, Lycopolitæ tubas non admittunt. 230

C

CAeſar quo rictu, naribus, ſtatura 83. membris 215. oculi 173. corpore 195. veſtibus 219. caluitiæ 224. ceruice 118. effigie. 116
Cæſar Borgia qua facie 201. corpore 234. oculis. 168
Cæſius color quis. 171
Calcanea craſſa quid. 147
Calculi in oculis qui. 176
Calidi temperamenti ſigna 13. ſicci 14. humidi. 14
Caligula quibus oculis 168. caluitie 224. capillis 203. cor-

corpore, ceruice cruribus 215. temporibus 69. fronte. 59
Cameli pedes quales. 140
Canum differentiæ 51. ſagacis figura 50. cuſtodis 56. Venatici 66. optimi ſigna 10. deſcriptio, & mores 23. amarus. 20
Capilli qui 222. porrecti, aſperi, in extremo criſpi 224. denſi 225. mediocres, molles, duri 226. medij à ſummo deſcendentes 227. in vertice circumuoluti 227. à vertice ſurſum vergentes 228. depreſſi, fronte imminentes, nigri 229. valde recti, medij, leniter ſubflaui, valde 230. flaui aurei, valde ruſi, ſubruſi, rubei, albi. 231
Capnomantiæ diuinatio. 7
Capræ lacte agni altæ qua forma 35. caper vagus 20. capriolus velox 20. oculi caprini. 174
Caput quid 50. paulo maius, minus paruo 52. prominens in ſinciput, in occiput 55. tabula capitum 53. in ſinciput canum 54. in ſinciput & occiput 55. naturale. in ſinciput, & occiput protenſum, acuminatum 55. altum planũ, in quot partes diuidatur 48. dignitas eius.
Candaces quibus vocantur. 34
Carneades cibo obliuiſcebatur. 220
Caro quid, dura, mollis &c. 196
Carolus Aurelianus candiruber. 100
Caroli Burgundiæ Ducis deſcriptio, & mores. 66
Carolus Rex Neapolitanorum quo vultu. 85
Carolus Rex Franciæ qua ſtatua 215. vultu. 85
Carthaginenſes tunicati. 219
Caſſandra ruffa fuit. 199
Caſtor, & Pollux quo capillo. 229
Catilina quo colore 199. oculis, deformitate 219. coma 220. naſo 74. inceſſu. 207
Cati tabula. 91
Cato Melicerides ignarus. 32
Catullus de riſu 103. callopicbitus 214. de rubore 40. de Thullo. 226
Caitbeni figura, & mores. 66
Cazimirus magnus qua ceruice 114. capillo 224. voce 108. balbutie. 100
Celebinus Turcharum Imperator quibus oculis. 188. ore 198. corpore. 229
Celſus de ſpatula. 118
Celtæ, Thraces, & Bythini quibus corporibus. 196
Cenchri qui. 175
Cephali deſcriptio, & mores 27. magno capite 50. ſimo naſo. 82
Cercopes qui. 209
Cerebri calidi ſigna, ſicci, humidi, & calidi, & ſicci frigidi, & ſicci frigidi, & humidi. 16
Ceruí deſcriptio, & mores 22. tabula eius. 82
Ceruix quid 118. aſpera, & collum rotundum, piloſa 204. craſſa.
Chalcas augur. 8
Chamæleontis deſcriptio, & mores 25. tabula. 598
Charilaus de coma. 221
Charichia Theagenis amore flagrans. 180
Charicles charichiam amantem ex ſignis cognouit. 102
Chiromantiæ diuinatio quæ.
Cholerici ſigna, & mores.
Chriſtierni Datiæ Regis dentes 99. oculi 188. frons 65.
Chryſippus Phiſiogn. negauit 11. nutrices ſapientes pueris dabat. 34
Cicero mores ex alimẽtis procedere 34. exprobrat Piſoni genas 81. & colorem 203. gracile caput, & infirmum habuit 112. de bobus 126. de Milone 134. de digito 139. de coloribus oculorum 172. de Marſiæ impudentia 175. de inceſſu 20. de elephãte 214. de Socrate. 116
Cilia quæ 69. defluentia, inferius arcuata, ſolida, nigra.
Cimon qua coma fuit. 224
Cinædi viri figura 243. quomodo robuſtus redatur. 280
Circuli in oculis qui 177. candidi, varij coloris, humidi &c. inferior viridis &c. iridis coloris, in oculis aſperioribus.
Circumſpecti qui. 266
Clamoſi qui. 265
Claudianus de riſu. 103
Claudius Cæſar quali ceruice. 118
Clauiculæ quæ 116. maleſolutæ, aſperæ, bene ſolutæ.
Cleantes more ex vultu dignoſci. 1
Cocles phiſiogn. notatur. 63. 166
Cocles Romanus quo naſo 82. Claudus. 145
Cogitabundi viri figura. 238
Collum quid 112. craſſum, & neruoſum, pingue gracile, & longum, medium. 113. Breue, neruis intenſum. 114
Vacuum, & imbecille, mutilatum. Durum, & molle, valde fractum, & rectum 115. inclinatum ad dextram, ſiniſtram, in neutram partem, ſanguineis venis refertum, complexum circa magna vaſcula, aſperum, & pingue.
Color quid 196. albus, niger, ſplendidus, pallidus, ſubliuidus 198. mellinus 199. ruffus, inflammatus 100. rubeus, candit ruber, niger.
Columba domeſtica. 20
Columella de canibus quadratis. 216
Commodi cæſaris mores. 133
conciliator conciliatur 223. 111. 112. 126. 127. 136. 166.
conſaluus cordubenſis quali ſtatura. 215
conſtantinus Magnus quo capillo 224. naſo 74. humeribus, ceruice. 126
conſtantis viri figura. 238
cordis calidi ſigna 15. aridi, frigidi, ſicci, frigidi, & humidi, calidi, & ſicci, magnum cor timidos, paruum audaces facit, piloſum quid.
cornelius Licinius caluus qua ſtatura. 214
cornicis deſcriptio, & mores. 27
corpore magni quid 211. parui 213. magni duris carnibus &c. 213. carne humida &c. pauca, & ſic-

cis carnibus, &c. 214. humidis carnibus &c. mediocri. 216
Corſicæ mores. 32
Coruus durus, & agreſtis. 20. tabula. 75. deſcriptio, & mores. 25
Corybantes qui. 186
Coſtæ quæ 122. bene, male, exiles, vacuæ. 172. inflatæ, carnoſſæ, duræ, & carnoſæ.
Coturnicis deſcriptio & mores. 37
Coxæ quæ 142. carnoſæ.
Coxendices quæ 140. &c. appareutia, gracila
Crocodili deſcriptio ei mores. 25
Cublaienus Scytharum Imperator quo naſo. 74
colore. 85. ore. 86
Cyclops à Tiloſtrato deſcriptus. 203
Cynici Philoſophi qui. 173
Cyrus à cane educatus. 34. adunco naſo. 74. qua corporis forma. 219

D

Damocles pulcher dictus. 219
Dantes Alaghierius qua fronte 61. de ira 241. de luxuria. 257
Darius longimanus 135. qua forma. 219
Dediguoſi viri figura. 251
Delphinus reſimo naſo. 86
Dementis viri figura. 239
Demetrius Conſtantinopolitanus. 10
Demetrius Phalereus de Perſis. 31
Demetrius Gryphus à naſo dictus. 77
Democritus de riſu 103. de oculis, cur magni. 156
Demoſthenes quibus veſtibus. 220
Dentes qui 58. tabula, rari, magnum, ſpiſſi. 99. continuati, canini, longi, exerti, firmi, longi, acuti, fortes, acuti, recti, mixti.
Diagoras ex lætitia moritur. 9
Digiti manuum qui. 139.
grosſi, lati, tenues, longi, ex tabula. 139.
longi, molles, inuicem diſtantes, retro conuerſi, in manibus ſuperflui iactari, Pedum qui. 150.
circumſepti 150.
tabula paluſtrorum, ſuillorum 151.
compacti, coniuncti, mediocriter diſtantes, tabula. 152.
breues, exiles, iuſti, longi, gratiles, moderate magni, commenſurati.
Diogenes comatus, barbatus 204.
de voce. 104.
Diomedes vultu auſtero. 86.
clamoſoque 105.
magna ſtatura. 115
Dionyſius Afer de Sauromatis. 31. de Meſſagetis. 34
Diuinationis ars præclara 7. eſt artis & naturæ peruerſus, per ſincopim, per ſomnium.
Doloſi viri figura, 234. quomodo emendetur. 284
Domitianus quibus cruribus. 146. oculis. 157. & malis. 201
Dorſum quid 119. magnum robuſtum, anguſtum, imbecille, macilentum, piloſum. 204
Draco virum deſignat. 41

E

Edacis viri figura. 254
Et bibacis 255. quomodo non temperati reddantur. 279
Effæminati viri figura. 242
Efficacis viri figura. 263
Elephas carus. 20
Eloquentes qui. 265
Empedocles mores extemperamento prouenire dixit. 12. melancholicus fuit. 19. de oculorum coloribus. 17
Euarchus de ſe quid prædixerit. 9
Epheſius de ſuperciliis. 68
Epitharmus de liene. 255
Epiſcinium quid. 66
Equi optimi ſigna. 10. dentes 99. deſcriptio, & mores. 22. inconſtans, honoris cupidus. 20
Euagoras qua ſtatura. 219
Eunuchi forma, & mores.
Eurilochus fuit melancholicus. 19
Euripides, de Helenæ oculis. 155. de Helenæ vaticinio 175. de Oreſte. 185
Euſarchi qui. 197
Extrema magna, & imbecillia quid. 36
Ezellini oculi, facies, pallor. 117

F

Fabius quid de capite. 114. de collo, & de ceruice. 44
Facies quid. 84.
valde magna, parua 58.
parua, & macra, crocea, mediocris. 58.
valde carnoſa, obloga, macilenta, neque carnoſa, neque macilenta, parua, rotunda, tranquilla 51.
anguſta, glabra, macra, 91.

erube-

erubeſcens 199.
rubra. 201.
tabula faſierum. 99
Falconis deſcriptio, & mores. 234
Fallacis viri figura. 234
Farnelius quo fuit vultu. 86.
Fatui improbi viri figura. 161.267
Fauorius Philoſophi vox. 106
Fauſtina pulchra. 115.
mores. 253
Felis deſcriptio & mores, dorſum imbecille. 119
Ferini qui. 268
Fœminæ deſcriptio, & mores. 40.
Quando virilis naſcitur. 43
Barbata. 205
Fœmora quæ. 142
Oſſa neruoſa, mollia in articulata, mediocria, craſſa.
Feſtus Pompeius. 8.
Fidelis viri figura. 236.
Fortis viri figura. 242.
tabula.
Franciſcus Buffonius quo vultu. 86.
Franciſcus Galliæ Rex qua fronte. 64
Franciſcus Paſſius quo ore. 199
Franciſcus Sfortia quo vultu. 86
Frigidæ temperaturæ ſigna, & mores. 14.
Frigidæ & humidæ. 14.
Frigidæ, & ſiccæ.
Frons, quæ. 17
Magna. 58
Carnoſa, leuis, plana, lata. 59
Anguſta, longa, quadrata. 61
Circularis, rotunda, mixta depreſſa. 62
Minus plana, aſpera cum foſſiculis & tuberculis. 63
Tabula caperata. 62
In altum erecta, magna, læta, tranquilla. 64
Neq; nebuloſa, alta depreſſa. 65
magna, recta, hilaris.
Fronto canes paſtorales optimos quos. 174
Furis viri figura. 234

G

GAbbare, quo corpore. 29
Galactophagi lacte viuunt. 31
Galbæ ſtatura. 216
Galeacius Vicecomes pulcher. 219.
quo ore, 200.
mores.
Galeſes pulcher. 219
Galenus ex temperamentis mores præſagij poſſe dixit. 13. quid de anima. 5
Gallinæ optimæ ſigna. 11
Galli deſcriptio & mores, 7
& pauonis tabula, largus. 20
populi. 29. mores.
Gellius de oſcedine. 105
Genæ quæ. 92
Graciles & craſſæ, ab oculis diſtantes, rotundæ, oblongæ, e contractæ in ore mæſto, hilari, vultu. 201
Genæ oculorum quæ, veſiculæ ſupra, & infra, ſanguineæ. 161
Generoſi viri figura. 250
Genua quæ. 142
carnoſa, rumorem facientia, intus innuentia, &c. 143. tabula eorum.
Geomantiæ diuinatio quæ. 7.
quot ſpecies. 6
Georgius Fraisbergius qua facie, 201
& ſtatura 266
Georgius Nazianzenus de Iuliano. 592
Georgius Scanderbegius quo naſo. 77.
qua ſtatura. 116
quibus artubus & corpore. 134
Georgius Valla notatur. 70.100.
de vnguibus. 158.
Germani qui. 31
Gibbus quid. 122
gibboſi dorſo & pectore 28
Glanidis piſci deſcriptio & mores. 248
Glorioſi viri figura. 248
Gottifredus Gallus quo vultu. 86.
ſtatura, corporis ſpecie. 216
Gratianus de venatione. 10
Græcorum mores & forma. 29
Grimoaldus Dux Longobardorum quis ſtatura. 206
Gruis auis deſcriptio. 215
Guttur quid. 115.
aſperum &c. gula.

H

HAruſpicina diuinatio quæ. 8
Hæſitantes qui. 100
Haliabbas de capillorum. 225
Haliaberuagel de iudicijs. 271
Hali Rhodan de capite. 52
Hebetis viri figura. 239
Hector venerabilis vultu 86.
ſtrabus. 193
decenter barbarus. 204

Her-

cis carnibus, &c. 214. humidis carnibus &c. mediocri. 216
Corſicæ mores. 32
Coruus durus, & agreſtis. 20. tabula. 75. deſcriptio, & mores. 25
Corybantes qui. 186
Coſtæ quæ 122. benè, malè, exiles, vacuæ. 172. inflatæ, carnoſſæ, duræ, & carnoſæ.
Coturnicis deſcriptio & mores. 17
Coxæ quæ 142. carnoſæ.
Coxendices quæ 140. &c. apparentia, gracila
Crocodili deſcriptio ei mores. 25
Cublaienus Scytharum Imperator quo naſo, 74 colore. 85. ore. 86
Cyclops à Philoſtrato deſcriptus. 203
Cynici Philoſophi qui. 173
Cyrus à cane educatus. 34. adunco naſo. 74. qua corporis forma. 219

D

Damocles pulcher dictus. 219
Dantes Alaghierius qua fronte 61. de ira 241 de luxuria. 257
Darius longimanus 135. qua forma. 219
Dedignoſi viri figura. 251
Delphinus reſimo naſo. 86
Dementis viri figura. 239
Demetrius Conſtantinopolitanus. 10
Demetrius Phalereus de Perſis. 31
Demetrius Gryphus à naſo dictus. 77
Democritus de riſu 103. de oculis, cur magni. 156
Demoſthenes quibus veſtibus. 220
Dentes qui 58. tabula, rari, magnum, ſpiſſi. 99. continuati, canini, longi, exerti, firmi, longi, acuti, fortes, acuti, recti, mixti.
Diagoras ex lætitia moritur. 2
Digiti manuum qui. 139.
  groſſi, lati, tenues, longi, ex tabula. 139. longi, molles, inuicem diſtantes, retro conuerſi, in manibus ſuperflui iactari, Pedum qui. 150.
  circumſepti 150.
  tabula paluſtrorum, ſuillorum 151.
  compacti, coniuncti, mediocriter diſtantes, tabula. 152.
  breues, exiles, iuſti, longi, gratiles, moderate magni, commenſurati.
Diogenes comatus, barbatus 204.
  de voce. 104
Diomedes vultu auſtero 86.
  clamoſoque 105.
magna ſtatura. 215
Dionyſius Afer de Sauromatis. 35. de Meſſagetis. 34
Diuinationis ars præclara 2. eſt artis & naturæ per-uerſus, per ſincopim, per ſomnium.
Doloſi viri figura, 234. quomodo emendetur. 284
Domitianus quibus cruribus. 146. oculis. 157. & malis. 201
Dorſum quid 119. magnum robuſtum, anguſtum, imbecille, macilentum, piloſum. 204
Draco virum deſignat. 41

E

Edacis viri figura. 254
Et bibacis 255. quomodo non temperati reddantur. 279
Effœminati viri figura. 242
Efficacis viri figura. 263
Elephas carus. 20
Eloquentes qui. 265
Empedocles mores ex temperamento prouenire dixit. 12. melancholicus fuit. 19. de oculorum colori-bus. 17
Euarchus de ſe quid prædixerit. 9
Epheſius de ſuperciliis. 68
Epicharmus de liene. 255
Epiſcinium quid. 66
Equi optimi ſigna. 10. dentes 99. deſcriptio, & mores. 22. inconſtans, honoris cupidus. 20
Euagoras qua ſtatura. 219
Eunuchi forma, & mores.
Eurilochus fuit melancholicus. 19
Euripides, de Helena oculis. 155. de Helena vaticinio 175. de Oreſte. 185
Euſarchi qui. 197
Extrema magna, & imbecillia quid. 36
Ezellini oculi, facies, pallor. 117

F

FABIVS quid de capite. 114. de collo, & de ceruice. 44
Facies quid. 84.
  valde magna, parua 58.
  parua, & macra, crocea, mediocris. 58.
  valde carnoſa, obloga, macilenta, neque carnoſa, neque macilenta, parua, rotunda, tranquilla 51.
  anguſta, glabra, macra, 91.

erube-

erubeſcens 199.
rubra. 201.
tabula faeierum. 99
Falconis deſcriptio, & mores.
Fallacis viri figura. 234
Farnelius quo fuit vultu. 86
Fatui improbi viri figura. 163.267
Fauorini Philoſophi vox. 106
Fauſtina pulchra. 115.
mores. 253
Felis deſcriptio & mores, dorſum imbecilie. 119
Ferini qui. 268
Fœminæ deſcriptio, & mores. 40
Quando virilis naſcitur. 43
Barbata. 205
Fæmora quæ. 142
Oſſa neruoſa, mollia in articulata, mediocria, craſſa.
Feſtus Pompeius. 8
Fidelis viri figura. 236
Fortis viri figura. 242.
tabula.
Franciſcus Buffonius quo vultu. 86.
Franciſcus Galliæ Rex qua fronte. 64
Franciſcus Pallius quo ore. 199
Franciſcus Sfortia quo vultu. 86
Frigidæ temperaturæ ſigna, & mores. 14
Frigidæ & humidæ. 14
Frigidæ, & ſiccæ.
Frons, quæ. 17
Magna. 58
Carnoſa, leuis, plana, lata. 59
Anguſta, longa, quadrata. 61
Circularis, rotunda, mixta depreſſa. 62
Minus plana, aſpera cum foſſiculis & tuberculis. 63
Tabula caperata. 62
In altum erecta; magna, læta, tranquilla. 64
Neq; nebuloſa, alta depreſſa. 65
magna, recta, hilaris.
Fronto canes paſtorales optimos quos. 174
Furis viri figura. 234

G

Gabbare, quo corpore. 29
Galactophagi lacte viuunt. 34
Galbæ ſtatura. 216
Galeacius Vicecomes pulcher. 219.
quo ore, 200.
mores.
Galetes pulcher. 219
Galenus ex temperamentis mores præſagij poſſe dixit. 13.
quid de anima. 5
Gallinæ optimæ ſigna. 11
Galli deſcriptio & mores. 2
& pauonis tabula, largus. 20
populi. 29. *mores.*
Gellius de oſcedine. 105
Genæ quæ. 92
Graciles & craſſæ, ab oculis diſtantes, rotundæ, oblongæ, e contractæ in ore mæſto, hilari, vultu, 201
Genæ oculorum quæ, veſiculæ ſupra, & infra, ſanguineæ. 161
Generoſi viri figura. 250
Genua quæ. 142
carnoſa, rumorem facientia, intus innuentia, &c. 143. *tabula eorum.*
Geomantiæ diuinatio quæ. 7.
quot ſpecies. 6
Georgius Fraisbergius qua facie. 201
& ſtatura 266
Georgius Nazianzenus de Iuliano. 502
Georgius Scanderbegius quo naſo. 77.
qua ſtatura. 216
quibus artubus & corpore. 134
Georgius Valla notatur. 70.100.
de vnguibus. 158.
Germani qui. 31
Gibbus quid. 122
gibboſi dorſo & pectore
Glanidis piſci deſcriptio & mores. 28
Glorioſi viri figura. 248
Gottifredus Gallus quo vultu. 86.
ſtatura, corporis ſpecie. 216
Gratianus de venatione. 10
Græcorum mores & forma. 39
Grimoaldus Dux Longobardorum quia ſtatura. 206
Gruis auis deſcriptio. 215
Guttur quid. 115.
aſperum &c. gula.

H

Haruſpicina diuinatio quæ, 8
Hæſitantes qui. 100
Haliabbas de capillorum. 225
Haliabernagel de iudicijs. 271
Hali Rhodan de capite. 52
Hebetis viri figura. 239
Hector venerabilis vultu 86.
ſtrabus. 193
decenter barbarus. 204

Hecuba pulchra 219. inſtar canis latrait. 9
Helena capillo quo, oculis corpore. 217. ore. 96.
Heliodorus de Funuebis. 42. de amore Chariobiæ. 181.
Henricus Rex Polonorum ſedigitus. 139
Heroclides quo inceſſu. 20
Heraclitus de Melancholia 28. fletu proſequebatur omnia. 104
Hercules fuit Melancholicus 28. triplici dentium ordine 99.
quo corpore. 219.
pectore & tergo. 129. 133.
vorax 255. pede. 148
Herebe filia pallida. 198
Hermes Phyſiognomonicus. 13
Heroes melancholici 19. affectio melancholica quæ. heroici viri figura. 269
Herophilus de oculis. 156
Hippocratis diuinatio per ſomnium 9. quod cælorũ ſitus ſequãtur mores 28. de pileo 48. parua ſtatura 214. inceſſu. 208. 150
Hippopotami dentes. 99
Hircouorum mores. 31
Hircorum oculi, & mores. 23
Hirundo oculata. 28
Hiſpanorum mores, & deſcriptio. 23
Hædi ouis elate alti quo pilo. 35
Homerus de Lecanomantia 8. necromantia 8. quid de muliere 30. riſu 102. de Helena 217. de oculis Mineruæ 172. Antinoi 174.
de voce 106.
de ira. 251.
ab infortunato cauendum 145.
Homine nullum animal ſocialius 5.
imberbis 204.
quomodo naſcatur 43.
mores omnium animalium habet. 20
Homicidæ viri figura. 235
Horatius Cocles quo naſo. 82
Horatius quid de muliere 40. de filia ſedigita 139. de lupa rauca 173. ſtatura, oculis 214. de ſuſpiriis. 101.
Humeri qui 125. robuſti, bene articulati, validi, exiles, maleſoluti, ampli, diſtantes, neque ſoluti, neque colligati, fugaces, graciles, colligati eleuati.
Humidi temperamenti ſigna. 14
Hyenæ collum quale, & mores. 113
oculi quales. 275
Hydromantiæ diuinatio quæ. 6
Hieronymus Sauonarola pineato capite, naſo aquilino, labiis craſſis, oculis fœdis, capite caluo, mores. 177.
Hyperboreorum mores. 33

I

Iacob, & Laban. 85
Iacobus Faber Stapulenſis 1. ſtatura. 214
Iacobus Triuultius 11. ſtatura 217
Iactabundi viri figura. 259
Iamblicus de Phyſiogn. 4. de Alectoromantia. fol. 6.
Ignarus quomodo prudens efficiatur. 271
Illiberalis, parci viri figura. 250
Imberbis homo quid. 206
Imbecillis quomodo robuſtus reddatur. 281
Impii viri figura. 262
Importuni viri figura. 261
Impudens quomodo verecundus reddatur. 285
Improbi fatui viri figura. 270
Indignabundi viri figura. 262
Indorum mores. 25
Inflati viri figura. 247
Ingenioſi viri figura. 237
Iniuſti quomodo iuſti efficiantur. 274
Intemperantis viri figura. 293
Iniurioſi viri figura. 264
Inuidiæ ſimulacbrum. 9
Inuidi viri figura. 262
Ioannes Alexandrinus de capite. 50
Ioannes Aſſumbeyus qua ſtatura 216. quo vultu 86. naſo. 27
Ioannes Cataguzenus qua voce. 105
Ioannes Maria Vicecomes quibus oculis. 177
Ioannes Picus quo vultu. 219. contra aſtrologos. 7
Ioannes Trezes de Alexandro Magno 115. de epiſcinio. 66
Ioannes Iouianus Pontanus quo vultu 86. effigies & mores. 67
Ioſeph pulcher. 217
Iouialis viri figura. 33
Iucundi viri figura 250. ex Plutarcho Lactantio. 251. quomodo miti reddatur. 281. iuſtus & morigeratus & inuidioſus. paruiloquus, fur, auarus. 36
Iſmael Perſorum Rex quo naſo 77. quo vultu 218. mores corporis, forma, ſiniſtra manu agilis. 138.
Iſocrates de riſu. 102
Italorum mores. 30
Iuppiter à Capra educatus 32. aquilæ forma Ganimedem rapit. 78
Iuuenalis de pilis. 226. 204
Iucundi viri figura. 259
Iulius Firmicus de inceſſu. 207
Iuſti Viri figura. 232

L

Labia quæ. 92. cauſſa, infernè pendentia, exilia in ore paruo, gracilia, circa caninos dentes tumentia, ſuperno prominentia, eretumentia ad inciſorios. 95

La-

Laborioſi qui. 266
Lactantius de capite. 48.
Lacena malefica. 20
Laidis forma, & effigies. 217
Lamia piſcis quo ore. 98
Laodamatiis humeri toroſi, membra 125. tura. 146.
Leo audax, iraſcibilis 20. eius deſcriptio, & mores. 21. 38. Tabula. Sui animi index cauda. 10
Leo Imperatore qua voce. 108
Leonicus Rex qua ſtatura. 215
Leonicus de voce. 107
Leporis deſcriptio, & mores. 25. Timidus. 20. Piloſa bucca. 203. Eius tabula. 113
Libanotis ſophiſta de Alectorolomantia. 8
Liberalis viri figura. 250
Libes qui. 30
Ligurum mores ex Virgilio. 32
Limis oculis Venus. 193
Lingua quæ 100. ſubtilis, velox, tarda.
Litigioſi viri figura. 261
Littoralium regionum mores. 31
Loquacis viri figura. 265
Loquela quæ 101. contenta, & vehemens velox, remiſſa, tarda, vehemens, leuis grauis, & debilis, acuta, ſquallida, debilis, e naribus, ſubflaccida, difficilis, blanda, & collecta, modeſta. 109
Loliginis deſcriptio, & mores. 28
Loxus de melancholicis. 18
Lucretius de Septentrionalibus, & occidentalibus 31. de leone 104. de animalium temperamentis. 17.
Lucianus de Therſite 56. de Pſeudomante. 188
Lucretia pulchra fuit 219. eius mores.
Ludouicus Pannoniæ Rex, qua forma. 215
Luitprandus Longobardorum Rex qua ſtatura. 216
Lumbi qui 123. validi eſſet 124. parui imbecilles, carnoſi, acuti tremuli.
Lupi deſcriptio, tabula 24. mores 20. 27. piſcis deſcriptio, & mores. 98
Luſcioſi qui. 189
Luſitanorum mores. 31
Luxurioſi viri figura 152. mulieris figura. 259
Lycaſtus à lupa educatus. 34
Lycurgus de coma. 221
Lydus pedagogus Plautinus de ſenio. 18
Lyſander qua cæſarie fuit 225. melancholicus. 16
Lyriæ piſcis deſcriptio, & mores. 28

M

Machaon quis. 215
Macrobius de ſatyro. 253
Magnanimi viri figura. 249
Mahometes Imperator Turcharum, quo pectore, & lacertis. 129
Mahometes ſecundus quibus oculis, & moribus. 178.
Mahometes octauus oculis toruis, hircinis 193. quo vultu, & oculis. 87
Male morati viri figura. 234
Maleuoli qui. 262
Mamillæ quæ 128. tabula 179. deſcendentes à pectore amplo, tabella mediocrium 130. mediocres.
Mania quid. 10
Manus quæ 135. magnæ articulatæ, & neruoſæ, paruæ, graciles, mutilatæ, duræ, ſuperfluæ, carnoſæ, delicatæ, & molles. Tabula manuum. Magnæ, duræ, valdè breues, craſſæ pleniores cum digitis longis. anguſtæ, graciles, valdè paruæ, graciles, & oblongæ. Tabula 137. longæ cum digitis longis, articuli generoſi, longi craſſi, & aſperi, motus languidi, & diſſoluti, colliſio, ex fricatio, corpore &c. ante maris dextra, & ſiniſtra qui vtantur 138. piloſæ. 205
Marcus Craſſus nunquam riſit. 104
Marcus Syracuſanus melancholicus. 19
Marius de ſtatura tyronum. 114
Mars quo pectore 228. martialium mores. 33
Marſia multibibus, quo vultu. 203
Marſilius Ficinus qua ſtatura 214. corpore. 216
Martialis de Zoilo ſuo 194. de pallido 199. de comato 221. de Rhinocerote. 74
Marulus poeta Claudus. 145
Mauſolus quo corpore. 216
Maxillæ quæ. 100
Maximilianus Sfortia quo vultu. 86
Mechanici viri figura. 238
Medi quibus veſcuntur 34. mores. 31
Medianæ regionis mores. 29
Medicorum opinio de Phyſiogn. 12
Mediocris temperii ſigna. 14
Meladerini piſcis deſcriptio, & mores. 27
Melampus de næuis. 270
Melancholiæ diuinatio 8. melancholici quomodo hilares fiant. 275
Melanurus piſcis oculatus. 157
Meletius Philoſophus 52. 59. 61. 84.
Meliteus Pitteus qua barba. 106
Memoris viri figura. 240
Mendacis viri figura. 260
Menelaus, qua ſtatura 216. capillo 229. voce. 106.
Mentum quid 110. paruum longum. depile, quadratum bifidum, ſciſſum, ad nares concauum.
Mæotidum mores. 31
Mercurialium mores 33. a capra educatus. 35.
Meridianorum mores. 29
Merlinus Britannicus. 270

Merula piſcis. 27
Meſſagetum mores 31. ſylueſtribus veſcuntur. 34
Metaphrenum quid 120. bene carnoſum, magnum articulatum, mutilum, inarticulatum, magnum rectũ, piloſum. 205
Metopoſcopiæ diuinatio quæ. 85
Michael Imperator equos ex ſignis cognoſcebat. 10
Mieonij qui. 224
Milo Crotoniata quibus lacertis 134. corpore. 215
Miluus piſcis qui. 28
Mineruæ ſtatua 23. glaucopis cur dicta. 172
Miſericordis uiri ſigura. 262
Moleſti viri ſigura. 261
Mores corporis temperatura dignoſci. 12. 13. à feminea, à uirili forma 13. ab ætate, à nutricibus, ex domeſticis, & ſylueſtribus animalibus, ex vultu. 34
Mulier barbata quid. imberbis. 106
Mulus recalcitrans. 20
Muricenus de humeris. 126
Mus noxius. 20
Muſca in oculis ſanguinoſis. 174

N

Nares quæ, patulæ, tabula equi 84. obſtructæ ſurſum diſtantes.
Naſus qui 73. valde magnus. Tabula Rhinocerotis, magnus, valdè paruus, rectus, obliquus, ad faciem benè diſcretus, male, longus, ad os protenſus, craſſus, mediocriter longus, latus, & apertus. Tabula magnitudinũ naſi, tabula canini 75. curuus à fronte. Tabula aquilini 76. aduncus. Tabula gallinacei 77. incauus &c. latus in medio. Tabula bouini 77. in extremo craſſus. Tabula ſuilli 78. à ſummo craſſus &c. longus, & tenuis. Tabula auicularis 80. Tabula leonini, rotũdus, in extremo obtuſus. Tabula ſimiæ. Tabula ceruini, ſimus 82. Tabula taurini 83.
Nates quæ 140. tabula muliebrium, pingues, oſſeæ, acutæ 145. delicatæ, neque rugoſæ, neque leues. Tabula ſimiæ 141. graciles veluti deſiccatæ, neque rugoſæ, neque leues.
Natura dat inſtrumenta corpori morbus, ac commodata. 5
Neantes de Platone. 60
Neciomantia quæ. 8
Necromantia quæ. 8
Nefarij coitus viri. 274. qui. 268
Neoptolemus ſuperciliosus, bleſus 68. 100. adunco naſo 77. oculis rotundis 157. eius mores. magnus, deducto corpore. 215
Neptuni oculi cærulei. 172
Nero caluus fuit 225. ceruice obeſa. 118. oculis fædis 178. cæſiis 171. prominulo ventre. 131
Neſtor magnus, longus, latus, eius mores. 215
Neui in vultu, vbi in corpore. 269
Nicolaus Piccininus qua ſtatura. 214
Ninus Semiramidis filius qua voce 108. ſtatura. 256
Nomadum mores. 80
Numa à pueritia canus. 231
Numenius Suffectius ſortilegia reperit.

O

Obliuioſus quomodo memor reddatur. 273
Obſequioſi qui. 261
Oculi qui. 156. valde magni, tabula Domitiani, & oculatæ, magni & liuidi. Tabella Socratis 157. magni, & continui. Tabula vulpini 158. valde parui, & concinni, medioeres. Multum prominuli 165. humidi, foueatique. Tabula Alexandri Magni 166. Prominẽtes, ſurſum, deorſum, ſanguinei, cæſij, cũ granoſis ſupercilijs, ſicci, parui, igniti, humilis obtutus parui 167. concaui & parui 168. Tabula Tamerlani, & Borgiæ. Parui, & ſicci. Tabula Bouini. 169. Magni, vt aqua in vaſe ſe mouentes; intenti, fluidi, cum mollitie, neque parui, neque concaui. Parui. In longitudine viſus 172. Cæſij, albicantes, crocei cũ paruis pupillis ſicciores, viridantes, cærulei, magni, ſtantes, ſplendentes, nigri 173. valde, aquili, flaui, fului, caprini 174. Turbati, ſicci, humidi, igniti 175. Macuſoſi, parui, varij, fului cum æqualibus calculis, inæqualibus, nigra cum pallidis. Varij. magni &c. calenli. &c. mediocres cum candidis circulis, imbecilles, varij coloris 177. humidi, &c. inferior viridis ſuperior niger. ſicci, humidi, aſperiores, tenebricoſi 178. aridi, parui, caliginoſi, diſcolorati, truces, fædi, humidi, ſplendentes 179. Cæſij, ſanguinei, fului ſubridentes, torue aſpicientes, ſicci, parui, & concaui, ſplendentes, &c. ſqualidi, humidi, fulgentes, ſtantes humidi, ſicci 181. pallidi, cæſij, obliqui, ſuper alium eleuantes ſubnitantus, fulgentes, ſubruſſi, infrà ſpectantes 182. parui, prominentes &c. qui frontem &c. frons porrecta, ſemouentes ſicus turbari, cum palpebris parui, intuentes 183. obſcuri, tardi, mediocriter. Vibrantes parui, magni, tanquã ſalientes, ſplendentes circumſurgẽtes, turbidis ſe claudentes 184. Tabula Veneris, ſtantes, recti, iuſtæ magnitudinis &c. cum fronte aſpera &c. cum palpebris &c. ſe aperientibus &c. aperti. obſcuri, ſicci 186. Tabula leporis. Apertis oculis dormientes, ſe claudentes & aperientes 187. humidi, pallidi extantes ſicci, diſtorti, 188. non conniuentes grauiter intuentes, humidi, pallidi, mobiles acuti viſus 189. turbati, Inſcioſi, molles, &c. pallidi &c. molles placidi &c. ridentes 190. ſicci, caui &c. fixi, aperti ſicci, humidi, & palpebra &c. triſtes 191. aridi ſupercilia &c. ſurſum euntes. trementes, pallidi. ſubrubri, ſupplices, & eleuati &c. limi. Tabula hirci 192. ad dextram, ad ſiniſtram ad naſum, aridi, cærulei 194. oculi caropi, concaui ſinis lati bouum. prominentes aſini. 20
Oculatæ piſcis deſceptio, & mores. 157
Oenopia radix inebriat. 9
Onocrotalus, & vox. 105
Oppianus de cynoſcopio 49. de cane venatico 66. 81. de vrſu 86. de gallis 114. de melanuro. 157
Oreſtis oculi conuerſi. 193
Os quid magnum, paruum, extra protenſum, valde exertum, labia craſſa 95. humile, medium inter humile & exertũ, valde diſſectum. Tabula dentiũ 98.

Oſc-

Oſcedo quid. 192
Otho fuit caluus 224. qua ſtatura, 206
Ouidius de Aſcalapho. 49. de formis. 56. de urſo. 96. de oculis inuidiæ. 142. de pallore amantium 198. de inuidia. 199. de Parte. 229. de Minerua 230. de ſomno 161. 255. de oculis amantum 180. de Biblide 181. de Venere. 188
Ouis optimæ ſigna, deſcriptio, & mores. 25

P

PAlamedes quo corpore. 215
Pan capripes, 204. pſychem agnoſcit amantem. 102
Pathi i quo ore. 208
Pardalis iracunda, doloſa. 20. deſcriptio & mores. 22. 40.
Paſſer gratioſus. 20
Paſſiones animæ aliæ alias oſtendunt. 36
Patroclus quo corpore 225 quibus oculis. 121
Pauonis deſcriptio & mores. 27. obediens 20. tabula.
Pauſanias de Satyris. 253
Pecten quid 135 magnum, muliebre.
Pectus quid 127. magnum, gracile, imbecille & humeri magni, anguſtum, carnoſum mediocre, piloſum, glabrum. 36. 206. erubeſcens. 202
Pedes qui, 147. bene formati, parui graciles, tabula pedum. 148. carnoſi, craſſi, parui, graciles, articuli generoſi, curui & pingues oblongi, curui, infra concaui. Tabula vulpini 149. vt planta incedant. 150
Pentaſilea quo corpore. 215
Petri Hiſpani ſigna & mores. 242
Perdix fœminam deſignat. 181
Pertinacis viri ſigna. 061
Periclis Athenienſis caput. 55
Peſſimi viri qui. 268
Perſius de auribus aſini. 70. de riſu 102. de lumbis. 123
Philippus iunior nunquam riſit. 114
Philon Lacædemonius per apparentes mores phyſign. 13. opinio de phiſogn. 46. notatur 32. ab Ariſtotile reprehenſus. 32. mores ex plantis dignoſci poſſe. 46
Philoſtratus de Pane. 78. de Panthia 200. de Poliphemo. 192. de luxuria. 213
Philoxenus guloſus. 253
Phocilides Poeta de mulieribus. 94
Phœnicum mores. 29
Polemon ex figura Hippocratis eius vitia cognouit. 6
Phyſiognomonia quid 45. ex corporeis ſignis mores, in proemio, quid præſtet 6. tanquam oraculum vera prædicit, modus phyſiogn. 45
Phrenicias animam mores è ſtellis deducere dixit. 12. cum Poſidomio Phyſiogn. negauit. 12
Pili quid demoſtrent. 203
Piſcatricis ranæ os quale. 43
Piſcis mutus. 20
Pituitoſi ſigna. 18
Plato de Socrates 81. natura dicebat corporis moribus aptam animum dare, ſcilicet mores ex temperamento. 13. ex animalium partibus ſigna capiti. 23. 33. de bilioſis. 18. de voce. 106. de fœminis quid. 39. de venis. 193. melancholicus fuit. 19. nunquam effuſe riſit. 103. caput quali 51. fronte. 60. humeris. 118
Plautus de fronte Caperata. 63. de lenone. 66. 131. de Philocrate naſo. 29. 88. 173. 197. de Leonida 83. 221. 223. 217. de Lambrace de Pſeudolo. 82. de Eutico. 86. de voce. 108. de corpore magnis. 214. de vnguibus. 153 de ſenibus. 44
Plinius Ariſtotilem & Phyſiogn. irridet. 12. de fronte. 57. de naſo. 73
Plutarchus de Mercurio. 210. de Antiochi amore. 181. de Satyris. 253. de lymphaticis. 8. de capra. 107. de riſu. 103
Podemantia diuinatio. 8
Pedemantia diuina. 8
Polemonis textus corruptus. 72. 124. 129. 105. ex Adamantio teſticulis. 56 63. 65 72. 78. 81. 89. 94. 144. 109. 114. 117. 118. 119. 131. 132. 147. 149. 152. 180. 191. 199 229. 238.
Polixena quo collo. 112. quibus digitis. 139. pedibus. 14. quo colore. 197. alta. 215. pulcherrima. 219. flaus capillo. 229
Polyphemus quali fronte. 192
Polypi deſcriptio & mores. 58
Pompeius Columna quo vultu. 86
Poliphemus iunior Polonus caluus. 224
Poſſidonius mores dixit ex ſtellis, 12
Præcipites viri qui. 266
Priamus Rex Troianorum pulcher. 219. altus. 215
Probi viri figura. 233. 236
Prudentis viri figura. 236
Pſychagogia qua. 8
Pſyches amore capta 212. pallor. 199
Pſychopompita quæ. 8
Pſyfaci deſcriptio & mores. 27
Ptolemæus notatur. 32. de ſono 166. de oculis Caſijs. 172
Publius Gallus ornate veſtiebat. 220
Publius Syrus decenti forma. 219
Pudenda quæ. 133. piloſa quid. 204
Pulcherrimi qui. 217
Pupillæ quæ. 167. mediocres, prominentes. 164. orbes inæquales æquales.
Puſillanimi viri figura. 248
Pyromantia diuinatio. 7
Pyrrhi Epirotarum Regis dentes contenui. 59
Pythagoras pulcher. 219. ex corporeis ſignis diſcipulos eligebat, per vetuſta forma fuit. 219

Q

QVadratus vir quis. 216
Quintilianus de naſo. 74

Quo

R

RAna quo loco ſanguinem habeat. 174. vox 107. piſcatrix, & lamia, Tabula. 28. coſtas inflatas habet. 123
Raſis notatur. 112
Regionis maritimæ incolarum mores. 30 concanæ, planæ, aquaticæ, in medio ſitæ. 31
Rhemus & Romulus à Lupa educati. 31. qua ſtatura. 215
Rhinocerotis naſus, 73. figura.
Rhododagnes quos oculos habuit. 174
Riſus quid. 105. multus. 103. cum taſti & bucca diſtorta. cum irriſione, rarus, bucca riſibilis.
Roma in temperata mundi parte collocata vt vniuerſi imperio potiretur. 29
Roſcius quibus oculis fuit. 193
Rotophanes Magneſius bene coſtatus. 132
Rubetæ deſcriptio & mores. 27. tabula.
Rudis viri figura. 239
Ruellius Gallus qua ſtatura. 217. quo naſo. 82
Rugæ melancholiæ ſignum. 91

S

SAluſtius de Catilina. 178
Saturninorum mores. 32
Sauromatum mores. 29
Satyrorum naſus. 82
Scelerativiri figura. 231
Scrophæ optimæ ſigna. 15
Scythice intueri quid. 190
Semiuiri in figura. 258
Selini decimi Turcarum Imperatoris effigies, & mores. 66. quibus oculis. 178
Selinus Baiazeti filius quo naſo. 74. manibus & membris. 135
Selinus Solimani filius qua voce, eius mores. 105
Senum forma & mores. 35. ſeruili facie pueri quid 35
Semiuiri hominis figura. 237
Septentrionalium forma & mores. 28. 29 30.
Sergius Galba quo naſo. 74. caluus. 224
Seruilis viri figura. 255
Sexus maſculini & fæminini deſcriptio & mores. 36
Sfortiæ quibus mẽbris 144 oculis 172. & ſtatura. 216
Siculorum deſcriptio, & mores. 29
Sidonius Apollinaris. 115
Signa à contrario quæ. 36. quæ præferenda 95. propria, & communia.
Silones qui. 222
Simia ſcurilis 20. deſcriptio & mores 23. tabula. 81
Simulatoris viri figura. 260
Sine cura viri figura. 256
Situs oculorum qualis. 165
Sybillæ melancholicæ. 11
Syllogiſmus phyſiognomicus. 43. aliis paſſionibus, alia indagaatur. 56
Syluſtrium animalium forma & mores. 42
Sylla quibus oculis. 172
Syrorum deſcriptio, & mores. 29
Socrates deſiderium. 5. diſcipulos ex vultu eligebat. Alcibiadem maximum futurum ex vultu coniecit. Critoni non ruſticandum dixit, neq; Carmidi pugnandum, & Platonem illuſtrem futurum 9. fuit melancholicus, naſo adunco. 34. c laniculis non ſolutis 117. repãdis cruribus. 146. quibus oculis. 167 humeris. 105. deformis. 220. qua fronte. 224
Solimanus Selini filius qua facie fuit 86. quibus oculis, & moribus 178. quo capillo. 229
Solinus de memoria 44. ſedigito. 139
Solliciti qui. 266
Sõnolenti figura 255. quomodo vigiles reddantur. 279
Sonori qui. 265
Sophocles de Hectore. 133
Sortilegia quæ, 8
Spartani pueros prauæ indolis non educabant. 5
Spatulæ quæ 118. magnæ, latæ, dictãtes, ſurſũ elatæ. 119
Stolidi viri figura. 215
Strabo de Dario. 135
Stultiloqui qui. 265
Stulti viri figura. 239
Stupidi viri figura. 256
Sueſſanus notatur. 85. 88. 127. 195. 206.
Superbi viri figura. 240
Supercilia quæ. 64. in rectum extenſa non extenſa, ad naſum inflexa. 66. iuxta tempora, ad aures diuulſa, quæ ſuo loco manent. In totum demiſſa, coniuncta, denſa. 68
Suſpicioſi qui. 259
Suſpiria quæ 101. 102.
Suillum collum quale. 114
Suræ quæ. 145. valdè vaſtæ, deorſum ductæ, ſurſum, imbecilles, indecentis magnitudinis. 145

T

TAbula Leonis. 21. 38. pandalis. 22. ſuis 23. vulpis & leporis. 186. 158. 125. chamelæontis. 25. aquilæ et perdicis 26. 40. galli & pauonis 27. 121. 148. ranæ piſcatricis & lamiæ 28. corporis virilis. 37. fæminei. 39. 242. pardalis 40 ſyllogiſmi. 47. bubobie & Vitellij. 49. canis & Platonis. 50. 60. Struthionis. 51. Capitis 35. 98. 62. 223. 225. innaturalis 54. 60. corui. 56. 75. 60. 169. 78. 83. bouis. 57. C. Caligulæ 58. ſuilli 59 96. 79. 78. 67. Leonini. 261. 84. 93. 60. aſinini 92. 70. 61. canini 71. 64. 90. Venatici e Accioliui. 66 ſimiæ 71. 81. rhinocerõtis & Politiani. 73. naſuũ 75. aquilini. 76. gallinacei 77. 114. auicularis. 80. 157. cerui & Socratis 111. 117. 82. tauri. 83. 210. equi. 84. 120. felis 88. 91. alces. 95. arietis 97. variorum mentum. 110. Lupini colli. 113. Iulij Cæſaris 116. humeri auicularis. 119 bouis & ranæ 123 canis & Adonis. 125. mamillarum 129. 130. pectoris. 132. Artaxerſis 134. manuum. 137. cũ digitis. 137. digitorũ 139. ſimiarum 141. genuum. 143 tibæ neruoſæ. 144. ſurarum 146. pedum 148 planorũ 149. digiti conſepti. 140 digito-

digitorum. 152. coruini. 153. vnguium imbricatorum. 154. Domitiani 156. milui. 159. hirci. 162. 192. ichneumonis 215. capitis vertici. 222. herculis. 245
Tagus magiſter haruſpicinæ. 8
Tali pedum qui. 147. neruoſi, articulati, inarticulati carnoſi, valde graciles, calcanea craſſa & aſpera.
Tamerlanus quo vultu, quibus oculis 168. corpore 215
Tarquinius canus in pueritia. 231
Taurus fortis ob fibroſum ſanguinē. 12. indomitus. 20
Telemachus pulchris talis. 148
Telephus educatus à ceruo. 33
Temerarij viri figura. 240
Temperati viri figura. 256
Tertullianus de elephanto. 214
Teſtes qui. parui, magni quid. 132
Thaddei Haegij mores. 30
Thaleſtis Amazonum Regina. 219
Theodoricus Rex Polonorum. 228
Theodoſii deſcriptio & mores 220. caluus. 225
Theſeus quo corpore. 215
Thracum deſcriptio & mores. 30
Thebanorum deſcriptio & mores. 32
Tibiæ quæ 143. neruoſæ & robuſtæ, inarticulatæ & molles 144. valde exiles, graciles & neruoſæ 145. & calcanea craſſa, lata, tali craſsi, claudi. 205
Tiberius Cæſar quibus humeris 119. corpore. 197. ceruice. 210. corpore. 215
Timidi vt audaces fiant.
Triphonis color. 230
Tigridis mores. collum. 113
Tydeus quo corpore. 214
Torpedo quibus oculis. 158
Totilas. 200
Troelus quo corpore. 219
Triſtis viri figura. 255
Tritormus qua ſtatura. 215
Trogus ex ſignis mores colligebat. 13. ex cæli partibus 28. optime de phyſogn. 46

V

VAni ſublimia cogitantis figura. 259
Vegetius tyrones quos eligebat. 31. quo pectore. 128. quo corpore. 214
Veneri liui oculi tribuuntur. 193
Venter quis. 230. amplus & concauus, magnus, carnoſus, mollis & dependens 231. macilentus, durus, mollis & mediocris.
Veracis viri figura. 257
Verecundi viri figura. 257
Verres ad futuram eligendi. 12
Veſiculæ oculorum nigra 160. quid, ſupra infra, & ſupra, ſanguineæ. 161
Veſpaſianus quibus membris. 134. qua ſtatura. 216
Vinoſi quomodo abſtemij reddantur. 219
Vitellius quo capite. tabula. 49
Vitruuius de voce. 104
Vitulus marinus quibus oculis. 225
Vlnæ quæ. 133. & brachia robuſta, & bene articulatæ, & cubiti exiles. 134. valde carnoſæ. oblongæ vſque ad genua 133. teretes, venoſæ.
Vlyxes quo vultu. 86. tibijs. 143. ſtatura. 214. ſuris. 146.
Vmbilicus quis. 131. tabella pectinum 32. ſpacium ab vmbilico, &c. ab vmbilico vſq; &c. ab vmbilico ad pubem, &c.
Vngues qui. 152. tabella vnguis coruini. 153. curui, longi & curui, rotundi, carnoſi, 154. tabella vnguis imbricati, breues, &c.
Vox quæ 104 grauis, & intenſa, & magna 105. & perplexa, mollis. ſonora. grauis in principio, &c concaua flebiles, acuta. 107. & venusta. 107. intenſa, cum clagnore, mollis & ſupra, clamoſa, aſpera, clara 108 blanda, dulcis ſubmiſſa, flebilis, gracilis, tremula.
Vultus quis 84 ſubtriſtis varius 85. ſtupidus, ſomniculoſus, temerarius, remiſſus, nō præceps, humilis, grauis, iracundus, 86. elegans, illiberalis, venerabilis, auſterus.

X

XEnocrates quo vultu. 220

Z

ZEno Citiens qua cute. 197. quibus auribus 144. qua ſtatura. 216
Zenial Perſa qua ſtatura, & oculis. 216
Zeuſippus qua ceruice. 115
Zopyrus phyſogn. ſocratem luxurioſum dixit. 224. & ſtupidum. 112

FINIS TABVLAE.

Omnes ſunt duerni præter E, vnde ante E, poſt D, ſolitarium E, addes, quod Typographi incuria omiſſum erat.